







BIBLIOTECA DE LOYOLA

Sala 1  
 Estante 21  
 Plúteo 1

OF  
 S-  
 OS.

PAVLI  
 SII PRES  
 HISPANI  
 S PAGANOS

IARVM LI.  
 septem:

auxilio à mendis vindic.  
 is ex vtriusq; lingue hi.  
 i. opera & studio

BRICII M. R.  
 RANI.

em Orosij Apologeticus  
 arbitrij liber. ate.

aguest  
 aqu

OPINIO



S  
 NI  
 IS  
 4

Burgis.  
 1863.

Polinum

Maiest.

Handwritten signature or scribble in brown ink.



BIBLIOTECA DE LOYOLA.


Sala / 01

PAVLI  
OROSII PRE  
BYTERI HISPANI  
ADVERSVS PAGANOS  
HISTORIARVM LI-  
bri septem:

*Vetustorum librorum auxilio à mendis vindic-  
ti, & annotationibus ex vtriusq; lingua hi-  
storicis illustrati, opera & studio*

FRANC. FABRICII M. R.  
CODVRANI.

Quibus nunc accessit eiusdem Orosij Apologeticus  
contra Pelagium, de arbitrij libertate.



Societatis  
Iesu.

Burgis.  
1863.

COLONIAE  
Apud Maternum Cholinum  
M. D. LXXIII.  
Cum gratia & privilegio Caf. Maiest.



# AMPLISSIMO

# ORNATISSIMOQVE

VIRO D IOANNI VLATTENO, PRAE-  
posito Aqueusi, Cranenburgensi, & Carpenfi: Illu-  
stris Principis Guilielmi Ducis Tul. Cliv. Mont.  
&c. Cancellario, patrono suo, Franc.  
Fabricius Marcoduranus.

S. D.



Vm omnes, qui res à se  
vel inuentas primum vel  
deinde excultas ac illu-  
stratas literis consigna-  
runt, bene de posteritate  
sunt meriti, vir amplissime: tū haud  
scio an nū limelius, quā qui res ge-  
stas historiarū mandarunt, memoriāq;  
propagarunt. Magnificant, vt merito  
fieri debēt, quæ grauissimi viri Socra-  
tes, Plato, Aristoteles, alijque philoso-  
phi de appetenda virtute, aspernāda-  
que vitiositate literis prodiderūt: qua  
tamen Herodotus, Thucydides, The-  
opompus, Ephorus & ceteri historici  
monimentis annalium consignerūt,  
maiores vim ad res præclaras sectan-  
das, contrariasq; declinandas habere,  
nemo inficias, opinor ibit: illi enim  
\* 3 quid

EPISTOLA

quid agere homines debeant, hi quid  
 præclare egerint, docent. illi de colen-  
 da iustitia, fortitudine, temperantia  
 multa præcepta dederunt, hi, quis ius-  
 te, fortiter, moderatè vixerit, demon-  
 strant. Neque vero qui ad iustitiã hor-  
 tabitur, plus Socratica ratione, quàm  
 Aristidis, Fabricij, & aliorũ documētis  
 efficiet: Rectè igitur Antonius apud  
 Ciceronẽ historiam suis laudibus ex-  
 ornãs, cã **MAGISTRAM VITAE**  
 nominat. estque magna gratia re-  
 rum gestarum scriptoribus habenda,  
 qui suo studio effecerunt, vt rebus præ-  
 teritis cognoscendis, quid in vita ho-  
 minũ laudetur aut vituperetur, quid  
 probetur aut offendat, tanquã in spe-  
 culo intueremur. Quanquã non eo-  
 dem loco omnes, qui historias scripse-  
 runt habendos, neque eandem utili-  
 tatem ex omniũ illorum scriptis ex-  
 pectandam, nemo rerũ adeo ignarus,  
 aut à literis ita alienus est, qui nesciat.  
 Sed cum eorum alij rerum præscarum  
 narratione aures tantum quasi volu-  
 ptate quadam perfundere, verborum-  
 que illecebris captare voluerint, alij  
 res sapienter, iuste, piè, fortiter, mode-  
 rateque

NVNCVPATORIA

rateque gestas, sint splendida & illu-  
 stri oratione persecuti: alij neglecto  
 verborum ornatu res, vtiles illas qui-  
 dem, sed orationis luminibus nõ illu-  
 stratas proposuerint: deligendi sunt  
 in primis omniq; studio euoluendi, qui  
 non modo linguã excolere, verũ eti-  
 am pectus plurimarum & maximarũ  
 rerum copia instruere possunt. Quod  
 si tamen eos non aspernamur, à qui-  
 bus præter verborum ornatum nihil  
 omnino suppeditatur, certe valde lau-  
 ti sunt, qui ab illis abhorrent, qui bre-  
 ui simplici que oratione res cognitio-  
 nis dignissimas cõprehenderunt. præ-  
 fertim si constet, eos veritatis cancel-  
 los ita sibi circũdeditisse, vt extra illos  
 nunquã sint egressi, nulla gratia, nul-  
 la similitate in scribendo sint permoti.  
 quod quidẽ vt de Paulo Orosio in  
 hoc tẽpore pluribus verbis planum fa-  
 ciam, necessariũ esse non arbitror: sed  
 ea quæ adulescentes de hoc nostro au-  
 ctore scire laborabunt, minime præ-  
 termittam. Vita eius descripta breui-  
 ter à Gennadio in Catalogo illustriũ  
 virorum extat: quæ etiã in scriptis ex-  
 emplaribus initio historiẽ inuenitur,  
 sicut

EPISTOLA

sicut à nobis est edita. Fuit is Christianus, in Hispania natus & educatus: sed discendi cupidus, suos patriamq; reliquit, atq; ut ea, quæ in religione enodatus scire cupiebat, plane cognosceret, in Africam ad Aureliū Augustinū traiecit. Fuit hoc circa annū Christi CCCC. Cum apud Augustinū esset, consuluit eum de Priscillianistis, & de quibusdā Origenis sensibus. Cui consultationi ille respōdit libro, qui extat ad Orosium contra Priscillianistas & Origenistas. Capitur interim Roma à Gothorum rege Alarico, & magnam Romani cladem accipiunt: causamq; hostes Christianæ religionis in eā conferunt, aduersus illos tū Orosius Augustini iussu hos septē libros historiarum cōscripsit, de quibus Gelasius primus cū LXX. episcopis sententiā tulit, eiusq; decreti verba sunt  
 » hæc: Orosiū virum eruditissimū col-  
 » laudamus, quia valde necessaria ad-  
 » uersus paganorum calumnias ordina-  
 » uit, mira q; breuitate contexit. Augu-  
 » stini deinde cōsilio, ut ipse ad Euodiū scribit, Orosius Berhlemum ad D. Hieronymum profectus est, cum hac  
 eius

INVCYPATORIA.

eius cōmendatione: Ecce venit ad me, religiosus iuuenis, catholica pace frater, ætate filius, honore cōpresbyter, noster Orosius, vigil ingenio, paratus eloquio, flagrās studio, vtile vas in domo domini esse desiderās, ad refellendas falsas perniciosasq; doctrinas, quæ animas Hispanorū multo infelicius, quàm corpora barbaricus gladius trucidarunt. &c. Non hic cōmemorabo, quàm sæpe, quamq; libenter homines eruditi huius scriptoris auctoritate ac testimonio vtantur: quàm multarū rerum memoria in Orosio extet, quæ apud alios post tantam Liuij, Taciti, atque aliorū historicorum iacturā factā non inueniantur. hoc dico, dolendum fuisse, tanti viri tam fructuosam historiā adeo mēdosè hæctenus in manibus versari. Contulerat eā cum aliquot manuscriptis exemplaribus ante annos XXXV. Gerardus Bolsuinge: laborauit deinde in eadem emēdanda doctis. vir Ioannes Casarius: sed profecto necesse est, ut vel eorum exemplaria non fuerint diligenter satis descripta, vel ipsi parum accurate opus perspexerint. Tot menda relicta ab

EPISTOLA

illis deprehendi, postquam eorum libros cum tribus manuscriptis conferre cœpi. Neque vero satis habui vetustos libros ad huius tã præclaræ historiæ emendationem aduocare: sed cū iam pridem multorū græcorum & latinorum auctorum collatione didicissem, ipsos libros scriptos multis sæpe mēdis fœdatos esse, cōduxi, & quasi conuocaui in vnū locū omnes, quos de his rebus, quas Orosius attingit, scripsisse aliquid potui recordari. qui aut illi, & quot fuerint, ex Annotationibus nostris apparebit. in quibus non tantū hanc editionē fulcire, sed & historiam illustrare sum conatus: vt adulescentes, qui cuperēt ea, quæ Orosius breuiter cōplexus est, plenius cognoscere, hac nostra admonitione instructi scirēt, vnde illa essent petenda, eorumq; lectione sitim suā explerent. Atq; hoc quidem ego magno conatu studioq; egi: quid vero sim consecutus aliorū iudicio lubens permitto. in quibus vnus tu, Patrone ampliss. es mihi instar omniū. tua mihi beneuolentia, tuū iudicium harū vigiliarum fructus erit vberimus. Habui equidē  
in hu-

NVNCPATORIA.

in huius laboris nō modo susceptio-  
 ne, verū etiā molitione ac perfectione  
 publicā iuuentutis vtilitatem mihi  
 propositam, sed in te ipsum simul, cū  
 Orosio operam darem, cū grata qua-  
 dam beneficiorum tuorum in me re-  
 cordatione spectauī, nec id sine causa.  
 Si enim ab eo tēpore, quo me primū  
 cōplexus es, tibi omnia, quæ à me pro-  
 ficiscerentur, deberi statui: quanto cu-  
 mulatior nunc ea volūtas esse debet,  
 postquā filiū à sacrosancto baptisma-  
 te suscipere maxima beneuolentiæ si-  
 gnificatione voluisti? Quod necessitu-  
 dinis vinculū, quando Iustiniani Im-  
 peratoris sanctione arctissimum ha-  
 betur, ego illo grauissimū onus obser-  
 uantiæ mihi impositum statuo. Cu-  
 ius testem Orosiū hoc tempore ad te  
 mitto: quē in tuo nomine merito ap-  
 parere existimo, quod tu, qui summā  
 istam prudentiā, qua in altissimo di-  
 gnitatis gradu positus, patriæ trāquil-  
 litati bene cōsulis & præsidet, te histo-  
 riarū cognitione à prima ætate incho-  
 asse, aluisse, auxiliisse ac cōfirmasse me-  
 ministi, ne nunc quidem, cum per gra-  
 uissimas Reip. occupationes licet, hi-  
 storice-

EPISTOLA NVNCVPAT.

corum lectionem refugere consuevi-  
sti, quod cum non cognoscēdi, sed re-  
colendi gratia facias, nulli cōmodius  
leguntur, quàm qui *ἐπιτομῆν* res gestas  
clarorum virorū ac populorum scri-  
pserūt. Id vero cum Orosius grauissi-  
morum virorū testimonio summa  
fide præstiterit, opus esse nō arbitror,  
vt hoc pluribus verbis hic demon-  
strem: nec dubito, quin tibi satis com-  
mendatus sit is, qui historiam ab ini-  
tio mundi exorsus, ad sua tēpora per  
quinque millia annorum supra DC,  
ferededuxit: confido etiā te nostrum  
laborē approbaturum: vnde, vt Timā-  
thes Agamemnonis dolorem, sic nos  
amorem & obseruantiam erga te no-  
stram æstimandā relinquimus. Chri-  
stū Opt. Max. precamur, vt te patriæ,  
nobisq̃ue diu incolumem conseruet.

Vale patrone mihi inprimis ob-  
seruande, Dusseldorpij, po-  
stridie Idus Mart. An-  
no à CHR. N,  
M.D.LXI.

AD LE.

AD LECTOREM.

**S**tiuuat extrema scriptis ab origine mundi  
Plenus historijs Lector amice frui:  
Quid nimis in Veterum mutilata volumina pēdes,  
Quæ nequeunt vlla parte leuare famem?  
En redit Orosius tenues emissus in auras,  
Lumine Francisci splendidiore nitens.  
Ante licet populi fuerit delatus in ora,  
Non tamen exutus sordibus ipse fuit.  
Sed veluti malum roseo plerunque colore,  
Brachia quod matris deserit ante diem,  
Quæ coquitur Phæbo cutis alma linquit honorem,  
Cætera pars veteri plena vigore manet:  
Sic hinc Orosium multus labefecerat error,  
Illinc à maculis semirefectus erat.  
En tibi nunc posito labum squalore, situq̃,  
Fabricij docto factus honore venit.  
Si possunt Veteres aliquem meruisse fauorem,  
Qui tamen historia vincula sepe leuant:  
Non placet Orosius lima iam vindice rasus,  
Qui sua pro Christo fortiter arma tulit?  
Nam simul ac stueret Romana potentia retro,  
Plebsq̃, mali Christum diceret esse caput,  
Texuit annales à primo semine mundi,  
Semper humum monstrans cladibus isse grauem;  
Ac vt dilueret stolidi mendacia vulgi,  
Quæ Christi poterant obtenebrare iubar,

Edocuis

Edocuit mira fraudes breuitate refellens  
Romula Christi adum sceptrum vivere fide.  
Hinc nos qui tegimur densa cœu nube dolorum,  
Semper & arumnis turba sepulta sumus,  
In Christum fugimus causas torquere malorum,  
Discimus & clades ferre, subire, pati.  
Ergo cape Orosium vitij de puluere raptum,  
Sic te parua tuit angere cura potest.  
Non vanus pariet tibi tadia sermo legendi,  
Eloquij currit gratia viua sui.  
Non te mendorum iam triste morabitur agmen,  
Quorum Fabricij munere prodit egens.  
Si qua videbuntur cæcis immersa tenebris,  
Quæ nequit ingenij captus inire tui:  
Hæc tibi Gymnasi lux illustrissima nostri  
Franciscus scholij clara nitore facit.  
In quibus vt sequitur veterum monumenta virorum,  
Sic loca de rerum nubila nocte trahit.  
Cur tibi si possint huius placuisse labores,  
Et sensus dempto sine mouere tuos:  
Orosij sumas Lector studiose libellos,  
Quos fert hic studio gratificante tibi.

Io. Ruremund. Discipul.

PAVLI

PAVLI OROSII PRE-  
SBYTERI VITA, EX CATALO.

go illustrium virorum Gennadij.



Orosius presbyter Hispani generis, vir eloquens & historiarum cognitor, scripsit aduersum querulos & infamatores Christiani nominis, qui dicunt defectum Romanæ Reipub. Christi doctrina inuictum, libros septem, in quibus totius penè mundi calamitates & misèrias bellorumq; inquietudines replicans, ostendit magis Christianæ obseruantia esse, quod contra meritum suum Resp. Romana adhuc duraret, & pace culturæ dei pacatâ retineret imperium. Sane in primo libro descripsit positionem orbis, oceanum interfusione & Tanai limitibus intercisum, situm locorum, nomina vrbiū moresq; gentium, qualitates regionum, initia bellorum & tyrannidis exordia, finitimorum sanguine dedicata. Hic est Orosius, qui ab Augustino pro discenda animæ ratione ad Hieronymum missus, rediens, reliquias beati Stephani primi martyris, tunc nuper inuentas, primus intulit occidenti.

Claruit extremo Honorij  
imperatoris tem-  
pore.

IN



**IN OROSII HISTO-**  
**RIAM RERVM MEMOR A-**  
**bilium Inde.**

III

**A** Bderitæ 204. flus 376.  
Abenne 24. Aeneæ aduentus in Ita-  
Abraami ætas & liam 52.  
tempus 6. Aetna æstuat 106. eius  
Accesines fl. 189. 233 ignis 120. eius incen-  
achaia 17. dium 374. 384. 389.  
achaicum bellum 263. Africa Europa: pars 21.  
acroceraunij mōtes 14.  
17. 69. africanus maior, eiusq;  
actiacum bellum 331. res 292. 299. 304.  
Adama 31. mors 309.  
adraftæ 189. 232 african. minor, eiusq;  
adrometus 23. 312. 354. 375. mors 383  
L. Acbutius Cos. mor africę descriptio 9. 21. 22  
tuus 102. 135 africanum bellum Cæsaris  
Aegyptiorum plagæ x. 518.  
33. 39. Agathocles Syracusanus  
Aegypti st. nilitas & fa- rex 252. 323. eiusq;  
mes 34. 35. 263  
Aegypti vectigal 36. agefilus dux, eiusq;  
Aegyptus 12. 13. 148. 149  
Aegyptus Persarū sub agis Lacedæmonius 186.  
iecta imperio 162. agrigentum, eiusq;  
Aemilius Barbula Cos. sidio 2. 7.  
248. 322. Agrippa, eiusq;  
Aemilius Mamertin Dictator 103. 136. res 527.  
Aemilius Paullus Perfe- 528. 531. 542  
ctum vincit 512. agrippina Gallia: vrbs  
Aemilius Paullus Cos. 601.  
274. Alania 16.  
Aemilia Vestalis incc- alaricus rex Gotho um  
capit 673. 677. Romam  
79. 67. 672. Romam  
capit 673. 677

Alba-

**I N D E X.**

albania 16. ambrosius 665  
albani 13. 14. amilcar dux Pœnorum  
albinus Cæsar 610. 270. 274  
alceta frater Perdicæ ammonis Iouis templū  
202. 183. 227  
alcibiades dux, eiusq;  
gestæ 110. 111. 112. 113. ammonis oraculum 39.  
alexander Epirota 166. & μυσία 118. 142  
alexander Magnus na- amomū vbi nascatur 14.  
tus 161. 217. eius arq; 9. amphictyon Atheniensis  
eiusq; res gestæ 181. um rex 37. 67  
& deinceps vsq; 190. Anastæ 9.  
crudelitas 157. mors ancus Marcius 83.  
190. 236. eius successo- androgynus 367.  
res 198. annibal Pœnorum Imp.  
alexander Seuerus Imp. 287. eius res gestæ 288.  
612. eius reditus in Africa  
alexandria in Aegypto 303. eius mors 309. 310  
cōdita 183. & super Ta- annibal senior 267. eius  
naim amarem constitu- mors 270.  
ta 187. anno nouus Imperator  
alexandrinum bellū Cæ Cathaginiensis 267.  
saris 518. 270  
alexandri Epiri mors 186. anno vir quidā Cartha-  
230. ginienfis 261.  
alia flu. 122. antalcidæ pax 212.  
aliensis dies 144. antan der Agathoclis fra-  
allobrogicum bellū 389. ter 264.  
447. antichristi apparitio 4.  
Amasis rex Aegyptiorū, Antigoni res gestæ 202.  
dictus Diapolita 36. 204. 205. mors 206.  
amazonum incurfus in antiochus rex Syrię 306.  
Asia 56. earū regio 16. vincitur à Romanis  
amazones vnde dictæ 308.  
48. 70. 71 ab Amazo- antiochum bellum 307.  
nibus conditæ vrbes antiopa Amazon 49.  
Ibidem, antipater Macedon. p̄f-  
fectus 186. eius res ge-  
stæ 200.



I N D E X.

ñæ 200. 201.  
 antoninus Caracalla  
 Imp. 611.  
 antonius Verus Impera-  
 tor 605.  
 antonius Mutinam obse-  
 det 525. eius res gesta  
 526. 527. cum Augusto  
 ad Actiū pugnat 531.  
 eius mors 535.  
 antonius Pius Imp. 604.  
 Apis Argiuorum rex 36.  
 Ap. Claudius Decēuir,  
 103 eius libido 104.  
 ἀποβατήριον 64.  
 L. Apuleius Saturninus  
 403.  
 Aquitannia 18.  
 Arabicus sinus 13.  
 aiarath Armonia 64.  
 arbatu Sardanapali p̄-  
 fectus 52. 73  
 arbatu 77. 125  
 arbela 228.  
 arbis fl. 10.  
 arcadius Imp. 663.  
 archelaus dux Mithrida-  
 tis 472.  
 archidamus dux Lacæd.  
 153.  
 ardea 83.  
 arelas 18.  
 aremulus Latinorū rex  
 56.  
 argyraspides qui? 202.  
 anobarzanes Cappado-  
 ciæ rex 471.

aristides Atheniēsis 60.  
 aristobulus Iudæorū re-  
 485.  
 Aristonicus, ciuſq; bellū  
 cū Roman. 382. 383. 443  
 aristoteles 183.  
 arius 638. 639. 640. 641.  
 armenia 11.  
 armenia pilæ 14.  
 arriſcus rex Macedonię  
 203. 242  
 artabanus Xerxem occi-  
 dit 100.  
 artaxerxes, Ochus di-  
 ctus 161. 217  
 artaxerxis & Cyri fra-  
 trum bellum 119.  
 artemidora regina Ali-  
 carnasi 97. 133  
 artemisia regina 133.  
 arubas Molossorum rex  
 168. 220  
 aruns Superbi filius 84.  
 arusini cāpi 252. 324.  
 arzuges 22. 63.  
 Asdrubal Annibalis fra-  
 ter occisus 300. dāna-  
 tur 276. victus 294.  
 asia minor 12.  
 asia descriptio 8. 9. 12  
 assyriorum regnum in  
 Medos concessit 53.  
 astrixis mons 23.  
 astures 20.  
 astyages capitur 54.  
 astyages Medorum rex  
 53. 54. 74.

Ataul-

I N D E X.

Ataulphus Goth. rex 686  
 athanaricus rex Gothorū  
 647  
 athenæ 17. captæ à Sylla  
 472. incensæ à Mardo-  
 nio 99  
 athenien. & Lacedæm.  
 bellum 58  
 athenien. Lacedæmonijs  
 se dedunt 114. 139  
 atheniensium bellum cū  
 Dario 93. 130  
 atheniensium & Creten-  
 sium bellum 46  
 atheniensium & Pelopō-  
 nensium bellum 56  
 atheniensium profectio in  
 Siciliam, & res ibi gesta  
 107. 108  
 atheniensium victoria de  
 Lacedæ. 112. 139  
 atlas mons 9. insula facta  
 119. 120. 143  
 atreus 45  
 atropatus 199. 238  
 attalus Eumenis populū  
 hæredem facit 104  
 attyrus Scytharū rex 92  
 Auentinus mons, & in eū  
 secessio plebis 104  
 augustini libri de Ciuita-  
 te Dei 361  
 augustus Cęsar ciuſq; res  
 522. 523. 529. Antoniū  
 ad Actiū vincit 531. mo-  
 narcha fit 534. res in  
 Hispania gesta 537. 538  
 auloles 24  
 aurelianus Imp. 620  
 B Abylonia 11. eius ma-  
 gnitudo 88. capitur  
 & euertitur 78. 88  
 Bagra da flumen 271  
 balcares insulæ 26  
 balcaricum bellum 389  
 baleus Assyriorum rex 36  
 basilus, non Basilius Mu-  
 niciorū cognomē 563  
 basteſnæ deleti 310  
 Belgica 18  
 belus Nini pater 5  
 Bibuli mors 512  
 bituitus rex Gallorum vi-  
 ctus 390  
 Bocchoris Aegypti rex 39  
 bocchus rex Maurorum  
 593. 422  
 boij deleti 506  
 bomilcar dux Pœnorum  
 265. eius mors 329  
 Brigantia Callicæ 19. 63  
 britannia 20  
 brutus primus Consul, e-  
 iusq; res 84. à Pompeio  
 occisus 425  
 D. Brutus Mutinę obse-  
 ditur 523. occiditur 524  
 M. Brutus 525  
 bucephala 189. 232  
 bura vrbs 156. 214  
 burgundiones 648  
 bufiridis crudelitas 43. 68  
 Byzaciū 23. 63. fidetur 173  
 byzatiū 16. à Philippo ob-

\* \* Ceni-



I N D E X.

**C**Aeninenses 82. **C**ausa 419. **o**ccisus 427.  
**C**aspar Consul Gal- 422  
 liam sortitur, eius- carpathus 24  
 que res gesta 485. vsque carpathij 33  
 ad 505. bellum civile carrae 14  
 cum Pompeio gerit 509. **C**arthago noua in litore  
 510. **D**yrachium vincimaris posita 20. quando  
 tur 514. **P**ompeium vincondita 259. 327  
 cit 515. 516. **A**lexandri-  
 num bellum gerit 518. 279. euersa 318. restituta  
**A**fricanū gerit 518. qua- 386  
 tuor triumphos agit 519. **C**arthaginis situs 35  
 occiditur 520. **C**arthaginiensium origo  
**C**alcartium 9. & res 258. 259. 260. co-  
 caligula **C**aspar 581. occi- rum foedus cum Roma-  
 ditur 583. nis 160. 161  
**C**aligardamana promotō caryatides virgines 74  
 rium 10. **C**aspia portae 14  
**C**allisthenis interitus 188. **C**aspium mare 13. 14  
**C**alpe 24. 63. **C**assander 199. eius res ge-  
 stae 205  
**C**alpurnius **F**lamma 269  
**C**alypso **I**nsula 22. **C**assiope **I**nsula 17  
**C**ambyfes **C**yri filius 91. **C**. **C**assius **S**yriam contra  
 130. **P**arthos defendit 507. 508  
**C**amerina vrbs **S**iciliae 558  
 269. **C**atana **A**etnae incendio op-  
 pressa 389  
**C**amillus **D**ictator, eius- **C**atanenses 107  
 que exilium 121. 143. 157  
**C**annensis pugna 291. **C**athippi 14  
 371. **C**atilina incesti reus 477.  
**C**antabri 20. 550  
**C**antabricum bellum **A**u-  
 gusta 538. 484  
**C**appadocia 11. 12. **C**ato se **V**ticae occidit 519  
**C**apua capta 298. **C**arus **I**mperator 622  
**C**arbo 414. à **P**ompeio vi-  
 caucasus mons 13  
 caucasi

I N D E X.

**C**aucasi descriptio 13. 14. **C**immericum mare 12. 13  
**C**audinae turculae 178. **C**immeriorū incurfus in  
**C**ecrops **A**theniens. rex **A**siam 56  
 37. 67. **C**inna **C**os. eiusque faci-  
 cilia potus 377. **n**ora 414. **C**ædes 416.  
 ceutauri 46. 70. 456  
**C**entenius **P**enula 294. **C**ircenses ludi 33  
**C**ephalenia 17. **C**irca vrbs 393  
**C**esennius **L**ento 562. **C**iuile bellum primū 412.  
**C**heronensis pugna 223. **M**arianum & **S**yllanum  
**C**haldæa 11. 413. **C**innamum & **O**cta-  
**C**haldæorum regnum 78. **U**ianum 414. **L**epidi &  
**C**harceades dux **A**thenic. **C**atuli 425. **P**ompeij &  
 107. 137. **C**æsaris 509. 510  
**C**haotras 62. **C**laudius **C**aspar 584  
**C**hristus nascitur 522. **C**leopatra **A**egypti regi-  
 544. 573. 574. patitur na 518. 530  
 580. **C**litus occiditur 187  
**C**hristiani **R**oma exter-  
 cloelia virgo 85  
 minantur 579. **S**uppli-  
 cius afficiuntur 591. 610. **C**lypea vrbs 270  
 617. 726. vexantur 599. **C**lymax mons 12  
 602. 606. 613. 615. 621. **C**odri mors 52. 73  
 644. **M**. **C**œlius 512. 558  
**C**iceronis mater **H**elua colchi 14  
 449. **C**ommagena 11  
**C**icero **A**rpini nascitur **C**ommodus **I**mp. 608  
**I**-  
 bid. **M**iltiam legem sua-  
 sit 5. 1. **C**onsul 483. **C**onō dux **A**thenien. 113.  
**C**atilinam opprimit 484. 148. 149  
**P**roscriptus occiditur **C**onstans **C**onstantini fili-  
 524. 525. **ἀμυθια** sua-  
 sit 142. 583. **C**onstantinopolis prius **B**y-  
 cilicia 12. **Z**antium 173  
**C**imbricum bellum 397. **C**onstantius **I**mp. 626  
 398. **C**onstantinus **I**mp. 627. 635  
**C**imbrorū cædes 400. 401. **C**onstantinus, **C**onstanti-  
 \*\*\* 2 us, &c



I N D E X.

|   |            |   |              |
|---|------------|---|--------------|
| us, & Constas Imp.  | 640        | Dadali montes                               | 188          |
| corinthius sinus  | 17         | Dacia                                       | 16           |
| corinthus ibid. capta & uersa   | 364.436    | Dacus                                       | 11.62        |
| corsica   | 25.26      | dalmatia                                    | 17           |
| coruinus M. Valerius vnde   | 160.216    | dalmatia domita                             | 430          |
| cofconius Illynici procōsul   | 430        | dalmatius Caesar                            | 640          |
| cofsura Infula  | 421.459    | damasippus prator                           | 418          |
| cottia Alpes  | 18         | danai hiftoria                              | 43.68        |
| cotta Cos.  | 276        | danubius, qui & Ifter vocatur               | 16           |
| M. Crassus prator fugit uos vincit, & Spartacū occidit 431. In Parthos proficiscitur 506. occiditur | 507        | dania                                       | 13           |
| Cremera fl.   | 128        | dardania                                    | 17           |
| creta 24. prouincia facta   | 478        | darius Persarū rex                          | 91.92.       |
| creticum bellum   | ibid.      | uictus ab Alexādro                          | 181.         |
| cræsus Babylonis auxiliō uenit 83. à Cræso capitur  | Ibid. & 84 | 184. eius mors                              | 93.185       |
| Curius Cos. cum Pyrrho dimicat  | 252        | dascusa                                     | 62           |
| M. Curtius  | 158        | Decemuiri creantur procos.                  | 103.135. 136 |
| Cydmus fl.  | 181.226    | decentius                                   | 642          |
| cyclades Insulæ   | 24         | decius Imp. 614. eius filij deuotio         | 194.235      |
| cyprus  | Ibid.      | P. Decij deuotio                            | 164.218      |
| Cyrus Babylonē euertit 78. Persarum rex 53. 54. 87. eius res gestæ                                  | Ibid.      | deiotarus rex Gallogræciæ                   | 475          |
| cyrus minor 113. eius bellū cum fratre 119. 143. eius mors  | 91         | demaratus Lacedæ.                           | 94           |
| cythera   | 24         | demetrius Antigoni filius, eiusq; res gestæ | 206.         |
|   |            | 207.242                                     |              |
|   |            | demosthenes dux Athen.                      | 108.137      |
|   |            | demosthenes Orator                          | 180.         |
|   |            | 224   |              |
|   |            | deorum multitudo vnde?                      |              |
|   |            | 464.465                                     |              |
|   |            | dercillo das dux Lacedæ.                    |              |
|   |            | moniorum                                    | 148          |
|   |            | deucaliō rex 37. ab eo genus                |              |

I N D E X.

|                                   |         |                                   |                          |
|-----------------------------------|---------|-----------------------------------|--------------------------|
| nus humanum reparatum cur dicatur | 38      | epidaurius anguis                 | 196.                     |
| Diana Taurica                     | 260     | Eteocles                          | 45                       |
| diapolita rex Aegyptiorum         | 36      | Euagoras Cyprius                  | 114.                     |
| dictator primus, eiusq; potestas  | 85.128  | eudoxius                          | 647                      |
| dido                              | 327     | eumenes 199. eius res gestæ       | 201.202                  |
| diluuium sub Noë                  | 27      | eumenes Attali filius             | 308.                     |
| diluuium Ogygiū in Achaia         | 34      | cunus Syrus auctor belli seruilis | 439.493                  |
| diluuium Thessaliæ                | 37      | euphrates fl.                     | 11                       |
| diocles Medorū rex                | 53.74   | europæ descriptio                 | 8.9.16                   |
| diocletianus Imp.                 | 622.    | eurydices                         | 203                      |
| discessio plebis                  | 87      | eurymedon dux Atheniensium        | 108.137                  |
| Domitianus Imp.                   | 599     | eurystheus Hercules dominus       | 71                       |
| Dropanum                          | 277.278 | Abia vestalis                     | 477.550                  |
| dromichates rex Thracum           | 243     | Fabij CCCVI. occisi 86            |                          |
| drusus Germanos vincit            | 540     | M. Fabius Cos. ibidem             |                          |
| drusus tribunus pl.               | 406.    | fabius Gurges Cos.                | 196.                     |
| 453                               |         | 252                               |                          |
| Duilij naualis victoria           | 268     | fabius historicus                 | 285.339                  |
| duodecim tabulæ                   | 104     | fabius Maximus, eiusque res       | 299.300                  |
| Ebusus                            | 26      | faliscorum bellum                 | 285                      |
| Ecbatana                          | 480     | fames Romæ                        | 576.589. In              |
| Elephantum primū uisi Romanis     | 248     | Syria                             | 587                      |
| eleusina cōditor Ogygius          | 34      | Fidenæ captæ                      | 105.136                  |
| elis Græciæ vrbs                  | 81      | fidenate bellum                   | 105                      |
| elisa Carthaginem condidit        | 259     | simbria Marianus, eiusque res     | 473. 474. 548. eius mors |
| Epaminondas Thebanus              |         | Futetius                          | 82                       |
| 152                               |         | fugitiuorū bellū                  | 430.434                  |
|                                   |         | ful-                              |                          |



I N D E X.

fulula vxor Antonij 326  
fuluius Flaccus cū C. Grac 340.  
cho cæsus 387.388  
fuluius Nobilior Cos. 274  
furius Pacilus Cos. 276  
furti reus filius, à patre  
occisus 287  
**G**abinus Pompeij le-  
gatus 483 430  
Gabij 83  
gasata 338  
galaules 24  
galba Imp. 592  
gallia 18.19  
gallienus Imp. 616  
Gallicum bellum 281.284.  
285.286  
galli Romā capiunt 122  
Galli ad Anienē cæsi 159  
gallogræcia quæ 309.352  
gallus & Galla viui defo-  
diuntur 284.285  
gallus Hostilianus Imp.  
615  
gandaridæ 15  
ganges fl. 14  
ganymedis raptus 44  
garamantes 22.23  
gaugamela 228.229  
**T.** Geganius Cos. 85  
128  
Gelanor Argiuorum rex  
68  
gentiles 3  
**C.** Genucius Clepsina  
Cos. 252  
germania 16  
germani à Druso victi  
Quinctilium Varū  
vincunt 542  
getæ, qui postea Gothi  
50.72  
getuli 24  
Gildo comes 663  
Gladiatorū ludus Capuæ  
405. eius  
glæcia prætor 405. eius  
cædes 404  
Gomorra euersa 30.31  
gordianus Imp. 613  
gordius nodus 226  
gothia 16  
gothi olim Gethæ 50.72.  
Valentē vincūt 651 652.  
Romanis se dedunt 655.  
Romam capiunt 673  
**C.** Gracchii seditio & cæ-  
des 387  
**Ti.** Gracchus Tribunus pl.  
seditiosus 379. 440.222.  
eius interitus 381  
Græciæ pax iussu Artax-  
erxis 146  
græciæ libertas crepta  
177  
græcorum classis 37  
gratianus Imp. 647. 648.  
654  
gratidius occiditur 413.  
435  
Gylppus Lacedæm. 108  
gyn-des fl. 87.128.129  
**H**Adrianus Imp. 603  
Harpagus Astyagis  
exerci-

I N D E X.

exercitum Cyro prodit  
53.54  
Helena Adiabenorū re-  
gina 587  
helenæ raptus 51  
helice vrbs 156 214  
heliogabalus Imp. 611  
heluia Ciceronis mater  
449  
**L.** Heluius eques Roman.  
395 448  
heraclea Campaniæ vrbs  
249  
herculis prælium cum A-  
mazonibus 49  
herculis colūg 9. 24 63  
hercynio rex Aegypti 148  
herdonius Capitolii oc-  
cupat 102.135  
herodes Hierosolymorū  
rex 275.527  
herennius Sannis 178  
Hiero. Syracusarum rex  
267  
hieronymus Presbyter  
657  
hierosolyma à Pompeio  
capitur 483. à Vespasia-  
no & Tito obsidetur  
atq; euertitur 595. 596.  
597. instaurata ab Hadri-  
ano Aelia dicitur 604  
hierta Numidiæ rex 422  
himera vrbs Siciliae 106  
hippo regius 23  
hippolitæ Amazonis cin-  
gulum 71  
hirtius Cos occiditur 523  
hispaniæ descriptio 19.20  
hispaniense bellū Cæsaris  
519  
Homerus poëta clarus 11  
honorius Imp. 663  
Hunni 14.651  
Hydraspes flumen 10  
hyrcani 15.54  
Hircanus sacerdos Iudæ-  
orum 483  
**A**ni portæ clausæ 6 162.  
217.282. 537. 540. 543.  
597  
**I**lij expugnatio & clades  
474  
illyricum bellum 284  
Imai montes 10  
Imaus mons 15  
imilco rex Carthaginien-  
sium 260  
Inarimi campi 457  
incendium Romæ 509.  
558 608. 609  
indiæ descriptio 10  
Indicus Oceanus Ibid.  
indus flumen Ibid.  
Iohannes Apostolus in  
Pathmū insulam relega-  
tur 600  
iones victi à Dario 93  
ioseph 34.35.36.37  
iosephus Iudæorū dux 598  
Iphicrates Atheniensium  
dux 151.212  
Isauria 12  
**I**saurici cognomen 430  
ister



I N D E X.

**I**ffer, idē qui Danubius 16  
 istria 17 (287 200.201.240  
 istri hostes Romanorum  
 Italia 18 dux 200  
 italicum bellū, siue Mar-  
 sicum 406 uet 425  
 Iuba rex 512  
 iudæi ob passionem Chri-  
 sti vexantur 583.596.588.  
 corum furor, & clades 38.67.68  
 602.603  
 iugurtha rex Numidarū  
 391. capitur 395  
 iugurthinum bellum 391  
 iulianus Carthaginiēsis 3  
 iulianus Imperator 609.  
 644  
 iustinus philosophus &  
 Martyr 605  
**L**ætorius 388. 446. 458  
 Lacedæmoniorū bel-  
 lum cū Messenijs 56.  
 cum Atheniensibus 58.  
 59. corum auaritia 147  
 laches dux Atheniēsum  
 107.137  
 lamachus dux Athenien-  
 sium 107.108  
 lamiacum bellum 240  
 Laomedon Mitylenæus  
 199.238  
 lapithæ 46  
 lafer vbi nascatur 14  
 lauro ciuitas 427  
 Lemniadum flagitia 45  
 leonidas rex Spartanorū  
 94.132

leonnatus 199. eius mors  
 leosthenes Atheniensium  
 dux 200  
 lepidus bellum ciuile mo-  
 uet 425  
 leptis ciuitas magna 22  
 leuinus Cos. 249  
 Liber pater Indiā vastat  
 38.67.68  
 liburnicæ insulæ 17  
 libya Cyrenaica 22  
 libyæ Aegyptiæ 13  
 libyatiopes 22  
 ligiris flu. 19  
 lipara insula 268.384  
 Locustarum multitudo  
 in Africa 385  
 lollius proscriptus 420  
 Luceni 21  
 M. Luculli res gestæ 477  
 L. Lucullus Mithridaticū  
 bellum gerit 474. 475.  
 476. 478  
 lugdunensis Gallia 18  
 luratius Catulus Consul  
 278.335  
 Lysander, eiusque res ge-  
 stæ 112. 113. eius mors  
 150.211  
 lysias Orator 116.141  
 lysimachia vrbs 207  
 lysimachus 199.239. 206.  
 eius res gestæ 205. eius  
 mors 208

**M**acedonia 17  
 Macedonicum bel-  
 lum

I N D E X.

lum 304  
 macedonicum bellum se-  
 cundum 311.353.429  
 macedonicum bellū ter-  
 tium 316.354.  
 mæotides paludes 15  
 magnentius 642  
 mali 189  
 malua flumen 23  
 mamertum 267  
 mancinus, eiusq; res ge-  
 stæ 369.370  
 Cn. Manlius Cos. 86. eius  
 mors Ibid.  
 manlius Torquarus 159.  
 filium suum occidit 164  
 manlia lex 551  
 marcellus cōsul cum Han-  
 nibale per triduum di-  
 micauit 299  
 C. Marcius Rutilus Di-  
 ator 160  
 mardonius 97.98.99  
 marianum bellum & Syl-  
 lanum 413  
 marius Cos. Iugurtham  
 vincit & capit 505. eius  
 bellum Cimbricum 399.  
 Saturninum & Glauci-  
 am occidit 404 eius fu-  
 ga 413. mors 417  
 marius minor cæsus 421  
 marpesia regina Amazo-  
 num 48.49  
 marsicum bellum 406  
 massanisa 302. eius mors  
 316  
 massilia à Cæsare captā  
 511  
 mauritania Sitifensis &  
 Cæsariensis 23  
 Maxentius 636  
 maximianus Imp. 626  
 maximinus Imp. 612  
 mazeus dux 260  
 Medex amor 45.69  
 mediæ nomen in scriptu-  
 ris sacris 11  
 medorum regnum 53  
 medorū imperij finis 54  
 memarmali mons vbi a-  
 momum nascitur 14  
 memmius quæstor Pom-  
 peij 428.461  
 mena libertus Pōpeij 526  
 menalippa Amazon 49  
 meroc 12  
 messana 267  
 messena expugnata 57  
 messeniacum bellum 58  
 mesopotamia 11  
 metellus Creticus 478  
 metellus Macedonicus  
 363  
 metellus Numidicus 392.  
 eius exilium 405. eius  
 reditus 405  
 methona vrbs 168  
 mettus Fufetius 82  
 meuania 21  
 Micipsa rex Numidiæ 385  
 milo exul 512  
 multiadis victoria 93.191  
 minas rex Cretensium 69  
 \* \* \* mino-



I N D E X.

minotaurus 46 Nicæa 189.232.639  
 minucia Vestalis incestus nicenum concilium Ibid.  
 damnata 165 nicias dux Atheniesium  
 minucius hastatus 249. 107  
 nicopolis 439  
 L Minucius Cos. 102 nilus fl. 12 13  
 Mundi partes tres 8 nilus Beli F. 5. 28. 64. 76.  
 Mithridaticum bellū 412. 77  
 455 ninvas Nini F. 64  
 mithridates rex, eiusque nisibis capta 478  
 res gestæ 471. mors 481 Noë egressus ex arca 64  
 Moxia 16 noricus 17  
 Mossilon emporium 12 Nuchul 13  
 moyses 35.39 numatiæ euersio 370.375  
 Mummius Corinthū ex- numantinum bellum 368  
 pugnat & euertit 364 numitor interfectus 81  
 mucius Scæuola vnde di- Nyssa vrbis 188.231  
 ctus 84 128 Ofsidius 410  
 P. Minutius Cos. 85.128 Ochus, qui & Arta-  
 Mycale mons vbi Persæ à xerxes dicitur 161  
 Græcis victi 99.134 Oericolum 83.127  
 N Abatæi 11 octauianus Cæsar 522  
 Nabis dux Lacædæ. octauianum bellum 414  
 305 Oedipus 43  
 nabuchodonosor 78 Ogygius rex 84  
 narbonensis prouincia 18 ogygium diluuium ibid.  
 natica Ti. Gracchum in- Olbia oppidum 331  
 teremit 380 olympias quid 81  
 natiuitas Christi 6 olympias Alexandri Ma-  
 naufragium classis Rom. gni mater 166.203  
 274 olympus 12  
 Nearchus 199.238 olynthus à Persis expu-  
 nemrod gigas 88 gnata 99. 133. Philippo  
 neoptolemi res gestæ 201 capta 170.222  
 nepotianus 642 Onomarchus 169  
 nero Cæsar 589 Ophellas rex Cyrenarum  
 nerua Imp. 601 264.329

ophi-

I N D E X.

ophiussa insula 54 56 parthi Augusto se dedunt  
 opilius Macrinus Imper. 542  
 611 paulus Apostolus occidi-  
 tur 591  
 opimius Cos. Gracchum 388  
 interficit 388 paufanias dux Laced. 150  
 oppia lex 307 Peloponnensium & Athe  
 oppia virgo vestalis 131 nien. bellum 54  
 Orcades insulæ 20 587 pelopis facta 44.45  
 20 pentapolis 22  
 orctani 20 pentapolis igne cœlesti  
 origenes 612 613 pentapolis 30  
 orithyia Amazon 49.71 arsit 30  
 orodes Albanorum rex penthesilea Amazon 49.  
 480.552 72  
 orodes rex Parthorū 507 perdicæ res gestæ 201  
 orofus quādo scripsit 61. pericles Atheniesiū dux  
 iussu Augustini scripsit 59  
 I. ei9 historiæ summa 2.7 perillus tauri auci fabri-  
 cator 55 74  
 Otho Imp. 593  
 ottorogerra fl. 10.14 perperna non Perperna  
 Oxyartes 200.289 461  
 oxydrace 189.233.234 persæ vnde dicti 44.  
 3 69  
 P Agani qui? 3  
 Palæstina 11.12 persepolis 184  
 pandionis fuga 45 perseus Macedonum rex,  
 17 eius res & mors 311. 312  
 panfa Cos. 523 persicum aurū corruptio  
 L. Papius Samnites vin Græciæ 99  
 cit 180 pertinax Imp. 609.610  
 parapasij 33.66 pefcennius Niger Ibid.  
 paratonium 22 pestilentia Romæ 102.  
 parchoatras 14 62 103.135.157.136. 215.252:  
 183 257.367.591  
 parmenio 37 35 petrus Apostolus Romā  
 paropamisadæ 14.63 venit 587. occiditur 591  
 parricidarum supplicii Phæthontis fabula vnde  
 402 42.68  
 parthia 10 phalaris tyrannus 55  
 phano-



I N D E X.

phanocles poeta 45 polybius 363  
 pharnabazus 148 polymnestor 360  
 pharnaces rex Ponti 518 polynices 45  
 pharsalicum praelium 515 Cn. Pöpeius Carbonë oc-  
 philenorum aræ 22 cidit, & in Africâ trajicit  
 philippense praelium 525. 421. 422. Brutū occidit  
 563. 425. Sertorianum bellū  
 philippus Macedonum gerit 426. Piratas vincit  
 rex eiusq; res gestæ 166. 478. Mithridaticum bel-  
 167. lū suscipit & gerit 479.  
 philippus Imp. 614 eius res gestæ in Syria  
 philo Iudæus 583 & Iudæa 483. bellū ciui-  
 philomela 43 le cū Cæsare gerit 510. à  
 philomelus Phocensium Cæsare vincitur, & in  
 dux 169 Aegypto occiditur 516  
 philopœmen 310 Cn. Pompeius F. occiditur  
 philotas 199 520  
 phocicum bellū 169. 221 pöpeius Bithynicus 516.  
 phœnicia 11 560  
 phoroncus Argiuorū rex Sex. Pompeius Cn. F. 520.  
 33. 66. proscriptus Italiam va-  
 phraortes Medorum rex stat 526. occiditur 530  
 53 pontius Samnis 178. 157  
 phyle Atticæ castellum popillia virgo viua defof-  
 116. 141. fa 94. 131  
 Picentes victi 255 porus Indorū rex 188. 232  
 pilatus præses Palæstinæ porfena rex Etruscorum  
 576. se interfecit 583 84. 127  
 piræci portus muri 115. Præfidæ 189. 292  
 140. probus Imp. 621.  
 piraticum bellum 478. 551 procas Latinorum rex 77  
 pisander dux 150. 211 progne 43  
 Plinius Secundus 602 proletarij qui 248  
 plynos 47 proscriptio Syllana 422.  
 Publicius Malleolus ma- Triumuirorum 524  
 trem occidit 402 Pseudophilippus 317  
 pœninæ Alpes 18. 19 Ptolemaus Lagi F. 399.  
 238. eius

I N D E X.

238. eius res gestæ 201. Rutilij exilium 405. 453  
 Punicum bellū primum S Abinæ raptæ 81  
 267. 330. eius exitus 277. S Sabini à Rom. victi 197  
 secundū 287. 288. eius fi- bellū Romanis infe-  
 nis 304. tertium 315. 354 runt 85  
 Pyrenæi saltus 19 sacer mons 85  
 Pyrrhus Epiri rex 207. in sacer mons 205. 243  
 Italiâ venit 248. victus sagunti expugnatio 287.  
 Italia excedit 253 288  
 pythicum oraculum 513 salassi Galli Ap. Claudiū  
 pytho serpens 513. 559 vincunt 366  
 Vadi 618 samara promōtorium 10  
 Quadratus discipu- samnites Rom. vincit 179  
 lus Apostolorū 603 samnitici belli tēpus 197  
 quinctilius Varus à Ger- saraceni 11  
 manis victus 542 sardanapalus 52. 73  
 T. Quinctius Cincinna- sardi subacti 281  
 tus 102. 157. 214. 215 sardinia 25  
 quingentiani 624 sardis 181  
 Egulus Consul 271 sarnus fl. 290  
 Religionis ius 4 saturnini seditio & cędes  
 remus interfectus 81 403. 404  
 regna quatuor p̄cipua 76 saxoncs 647  
 Rhea Siluia 77 Sequola: cognomen vnde  
 rheimorū discordia 106. 84. 128  
 clades 254 scænicus ludi 158  
 rhetia 17 scena fl. 21  
 rhodus 24. Ophiussa di- sceleratus campus 165  
 cta 34. 66 scipio Nasica 313  
 Roma quando cōdita 81. scipio Consul 269  
 126. à Gallis & Gotthis scipiones in Hispania oc-  
 capta 122. 673 cisi 297. 345  
 romæ & Sodome compa scolopythus 47. 70  
 ratio 32. 571 scoti 21  
 romæ vrbis incendiū 590 scythæ 15  
 romani & Babylonij re- scythæ victi à Philippo  
 gni collatio 79 176  
 scythæ-



I N D E X.

scytharum res gestæ 47  
 Seboim 31  
 segor Ibid.  
 segericus rex Gotho. 688  
 seleucus, eiusq; res 205.  
 eius mors 205  
 Semiramis 29.65.77  
 sempronius Blæsus Cos. 275  
 senense pralium 347  
 C. Sentiuss prætor in Mace-  
 donia 412  
 Sericus oceanus 10.15  
 serpens miræ magnitudi-  
 nis 272  
 sertorius 414.  
 pania mouet 426.  
 ditur 428  
 P. Seruilius Consul mor-  
 tuus 102.135  
 P. Seruilius Isauricus 429  
 seruius Tullius rex 83  
 seruius militans 293  
 seruorum Romanorum  
 coniuratio 269  
 seruire bellum in Sicilia  
 374.439.442.380  
 seuerus Imp. 609  
 sextilia Vestalis incesti  
 damnata 253  
 Sibi 233  
 sibyrtius 200.239  
 sicilia 25  
 siciliæ res gestæ 105.  
 sidon Phœnicia 161  
 silarus fl. 432  
 siris fl. 249

siuisensis Mauritania 23  
 Socratis mors 118.142  
 sodoma cum finitimis ci-  
 uitatibus euerfa 31  
 sophocles 59  
 sothimus rex Thracû 412  
 spartaci bellum 431  
 spartacus victus & inter-  
 fectus 432  
 Stafanor 200  
 statilius Taurus 526.564  
 sthenelas Argiuorum rex  
 43.68  
 stlico 667.671  
 Suesfa Pometia 83.127  
 sueffa Aurunca Ibid.  
 sueni 15  
 P. Sulpicius occiditur 413  
 C. Sulpicius Dictator 160.  
 216  
 Sylla Iugurthâ capit 395.  
 Consul Mithridaticum  
 bellum sortitur, & Mari-  
 um fugat 412.  
 crudeli-  
 tas in ciues 418. 419.  
 proscriptio 420.  
 Mithri-  
 daticû bellû gerit 472.  
 eius mors 425  
 syphax 302  
 syracusæ à Marcello ca-  
 ptæ 295.296  
 syria 11.12  
 syrtes maiores 22  
 TAcitus Imp. 621  
 Tantalii facta 44  
 taprobanc 10

taren-

I N D E X.

tarētini Romanorû clas-  
 sem inuadunt 247  
 tarētini belli origo 247.  
 248  
 tarētinatorum origo Ibid.  
 tarquinius Priscus 83  
 tarquiniij Superbi regnû  
 Ibidem  
 tarraco 26  
 tarsus 181  
 T. Tatius Sabinorû dux 181  
 taurorum crudelitas 435  
 taxiles 200  
 Telchines 33.65  
 tenodus 24  
 terentius Comicus 304  
 tereus 43  
 terremotus in Achaia 156.  
 Asia 602 Bosphoro 480  
 Caria & Rhodo 286.  
 Cōstantinopoli 156. Cy-  
 pri 598  
 teutones 397. eorum cæ-  
 des 400.401 (313)  
 Theatrû lapideû Romæ  
 981.30  
 thebani bellû Lacedæ. in-  
 ferunt 150. Bœotiorum  
 imperiû amittunt 59  
 thebæ dirutæ ab Alexan-  
 dro 181  
 theodosia vrbs 9  
 Theodosius Imp. 656  
 themisurij campi 11.12  
 themiscyra, & Cæpi The-  
 miscyrij 48.70  
 themistocles dux Atheni-  
 ensium 96  
 therames 115.141  
 thermopylarum angustie  
 94  
 thebei vxor Hippolyt 49  
 72  
 thessaliæ inundatio 37  
 thracia 16.17  
 thrasylbulus 116.117.141  
 thule 20  
 thycstes 45  
 Tiberis inundatio 280  
 tiberius Imper. 578. Pan-  
 nonios delet 542. eius  
 crudelitas 57.58  
 tigranes 478.480  
 tigris fl. 10.11  
 tigurini vincunt Roma-  
 nos 396  
 tingitana Mauritania 23  
 tissafernes 110.138  
 titus Imper. 598  
 Tolosa capta 397  
 tolosanû aurû 397.449  
 tomyris regina Scytharû  
 981.30  
 Traianus Imp. 601  
 ad Trasimenum lacû pu-  
 gna 290  
 trebia fl. 289  
 trebonius occiditur 524  
 triginta tyranni Athenis  
 115  
 tripolis 217  
 tripolitana regio 22  
 trogloditæ 22.21  
 trogus Pompeius 34.38  
 troianum bellum 51  
 Tuscia



I N D E X.

|                             |             |                            |              |
|-----------------------------|-------------|----------------------------|--------------|
| Tusciae populi xij. 83. 127 | 70          | vespasianus Imper.         | 594          |
| Tyrus vrbs                  | 262         | vestae ignis aternus       | 280          |
| tyrus capta                 | 183.227     | vestales incestus damna-   |              |
| tyrtaeus poeta              | 57.58.74    | tae                        | 396          |
| V Accai                     | 29          | vesuuij montis incendiū    |              |
| V Vadimonis lacus           | 237         |                            | 598          |
| Valens Imp.                 | 646         | L. Vettius Iudex           | 484. 553     |
| valentinianus Imp. Ibid.    |             | Victorinus tyrannus        | 619          |
| valentinus haeresiarches    | 605         | viridomarus Gallorū rex    |              |
| valerianus Imp.             | 616         |                            | 287.340      |
| M. Valerius Coruinus        | 160         | virginiae stuprum ab Ap.   |              |
|                             |             | Claudio illatum            | 104          |
| M. Valerius Dictator 85.    | 128         | virginius                  | Ibid.        |
|                             |             | virriathus. eiusque bellum |              |
| P. Valerius Poplicola       |             |                            | 365.366      |
| Cos.                        | 102.135     | vitellij iuuenes occisi    | 84           |
| P. Vatinius Tribunuspl.     | 553         | vitellius Imp.             | 593          |
| Vcientanum bellum           | 84          | Vlpianus Iurifcon.         | 612          |
| vciarum obsidio & expu-     |             | Vulliniensium clades       | 256          |
| gnatio                      | 121         | X Anthippus Lacede-        |              |
| velabri                     | 21          | mon. rex                   | 273          |
| velites                     | 300.301.347 | Xerxes Perfarū rex,        |              |
| ventidius Parthos vincit    |             | eiusque res                | 94. eius co- |
|                             | 527         | pię 94.131.132. eius mors  | 100.134.     |
| verres                      | 477         | Z Eugis                    | 23           |
| vesores rex Aegypti 46.     |             | Zopyrion                   | 186          |
|                             |             | Zoroastres                 | 29           |

FINIS INDICIS.

PAVLI

PAVLI OROSII  
HISPANI HISTO-  
RIARVM

LIBER PRIMVS.

AD AVRELIVM AV-  
GYSTINVM.

**R**æceptis tuis parui, beatif-  
sime pater Augustine: at-  
que vtinam tam efficaciter  
quàm libenter. Quanquam  
ego in vtramuis partem pa-  
rum de explicito mouear, recte ne, an se-  
cus egerim: tu enim iam isto iudicio la-  
borasti, vtrūm ne hoc quod præciperes  
possem: ego autem solius obedientiæ, si  
tamen eam voluntate conatuq; decorauī,  
testimonio contentus sum. nam & in ma-  
gna magni patris familias domo, cum sint  
multa diuersi generis animalia, ad iumen-  
to familiaris rei commoda, non est tamen  
canum cura postrema: quibus solis natura  
insitum est, volūtariè ad id ad quod præ-  
parantur vrgeri, & per ingenitam quan-  
dam

A



PAVLI OROSII

dam obedientiæ formulam, sola discipli-  
 nati timoris expectatione suspendi, do-  
 nec ad peragendi licentiã nutu signoue  
 mittantur. Habent enim proprios appeti-  
 tus quantũ brutis excellentiores, tantũ ra-  
 tionabilibus propinquãtes, hoc est, discer-  
 nere, amare, seruire. Nam discernẽtes in-  
 ter dominos atq; extraneos, non eos quos  
 insectantur, oderunt: sed his, quos amant,  
 zelant: & amantes dominum ac domum,  
 non quasi ex natura apti corporis vigi-  
 lant, sed ex cõscientia solliciti amoris in-  
 uigilant. Vnde etiam mystico sacramen-  
 to in euangelijs, quod edant micas catel-  
 li sub mēsa dominorũ suorum, & Chana-  
 nãa non erubuit dicere, & dominus non  
 fastidiuit audire. Beatus etiã Tobias, du-  
 cem angelum sequens, canem comitem ha-  
 bere non spreuit. Igitur generali amorĩ  
 tuo speciali amore connexus, voluntati  
 tuæ volẽs parui. Nam cum subiectio mea  
 præcepto paternitatis tuæ factum debeat,  
 totumq; tuum sit, quod ex te ad te redit,  
 opus meum hoc solo meo cumulatus red-  
 didi, quod libens feci. Præceperas mihi,  
 vt aduersus vaniloquam prauitatem eor-  
 um, qui alieniã ciuitatẽ dei, ex loco-  
 rum agrestium compitis, & pagis pagani  
 vocan-

LIBER PRIMVS.

vocantur, siue gentiles, quia terrena sapi-  
 unt: qui cum futura non quærant, præte-  
 rita autem aut obliuiscantur, aut nesciãt,  
 præsentia tantum tempora veluti malis  
 extra solitum infestissima, ob hoc solum,  
 quod creditur CHRISTVS, & co-  
 litur deus, idola autem minus colun-  
 tur, infamant: præceperas ergo, vt ex  
 omnibus, qui haberi ad præsens possunt,  
 historiarum atque annalium fastis, quæ-  
 cunque aut bellis grauiã, aut corrupta  
 morbis, aut fame tristitia, aut terrarum  
 motibus terribilia, aut inundationibus a-  
 quarum inuoluta, aut eruptionibus igni-  
 um metuenda, aut ictibus fulminum pla-  
 gisq; grandinum sæua, vel etiam par-  
 ricidijs flagitijsq; misera, pertrans-  
 acta retrò sæcula reperissem, ordinato  
 breuiter voluminis textu explicarem: ma-  
 xime cum reuerentiam tuam perficiendo  
 aduersum hos ipsos paganos vndecimo  
 libro insistentem (quorum iam decem  
 \* orientes radij, mox vt de specula ec-orientales.  
 clesiastica claritatis elati sunt, toto or-  
 be fulserunt) leui opusculo occupari  
 non oporteret: & sanctus filius tuus  
 Iulianus Carthagenensis, seruus deifac-  
 tis fieri super hac re petitioni tuæ ea-  
 dem



PAVLI OROSII  
 dem fiducia qua poposcisti, exigeret: de-  
 di operam, & meipsum in primis confusi-  
 one presci, cui plerunque reputanti supra  
 modum exæstuauisse præsentium clades  
 temporum videbantur. Nactus sum enim  
 præteritos dies non solum æquè vt hos  
 graues, verum etiam tanto atrocius mis-  
 ros, quanto longius à remedio veræ reli-  
 gionis alienos: vt meritò hac scrutatione  
 claruerit, regnasse mortem auidam san-  
 guinis, dum ignoratur religio, quæ pro-  
 hiberet à sanguine: ista illucescete, illam  
 constupuisse: illam concludi, cum ista iam  
 præualet: illam penitus nullam futuram,  
 cum hæc sola regnabit. Exceptis videlicet  
 semotisque illis diebus nouissimis sub fi-  
 ne sæculi, & sub apparitione Antichristi,  
 vel etiam sub conclusione iudicij: quibus  
 futuras angustias, quales antè nõ fuerint,  
 dominus CHRISTVS per scripturas  
 sanctas, sua etiam contestatione prædixit:  
 cum non secundum ipsum quidem, qui &  
 nunc & semper est, modum, verum aperi-  
 tiore ac grauiore discrimine, per intole-  
 rabiles tribulationes temporum il-  
 lorum, sanctos probatio, im-  
 pios perditio conse-  
 quetur.

Vnde

LIBER PRIMVS.

Vnde ceteri historias exorsi sint. Et vnde ipse  
 eam exordiri, quatenusq; profsequi velit, ostendit:  
 admiscens interim de primis temporibus origi-  
 neq; seu causa malorum.

CAPVT I.



T quoniam omnes prope-  
 modum tam apud Græcos  
 quàm apud Latinos studio-  
 si ad scribendum viri, qui  
 res gestas regum populo-  
 rumque ob diurnam memoriam verbis  
 propagauerunt, initium scribendi à Ni-  
 no Beli filio, rege Assyriorum, fecere:  
 qui cum opinione cæca mundi originem  
 creaturamque hominum sine initio credi  
 velint, cœpisse tamen ab hoc regna bel-  
 laque definiunt: quasi verò catenus huma-  
 num genus ritu pecudum vixerit, & tunc  
 primum veluti ad nouam prouidentiam  
 concussum suscitatumque vigilarit: ego  
 initium miseriam hominũ ab initio peccan-  
 tis hominis ducere institui, paucis dunta-  
 xat, iisdemq; breuiter delibatis. Sunt autè  
 ab Adam primo homine vsq; ad Ninum,  
 magnũ (vt dicunt) regem, quando natus  
 est Abrahã, anni tria millia CLXXXIII,  
 qui ab omnibus historiographis vel o-  
 missi,



PAULI OROSII

missi, vel ignorati sunt. A Nino autē vel  
Abraam vsque ad Cæsarē Augustum, id  
est, vsque ad Natiuitatē Christi, quæ fuit  
anno imperij Cæsaris XLII. cū, facta  
pace cum Parthis, Iani portę clausę sunt,  
& bella toto orbe cessarunt, colliguntur  
anni duo millia XV. in quibus se inter  
auctores scriptoresque omnium otia ne-  
gotiaque triuerunt. Quapropter res ipsa  
exigit ex his libris quam breuissime vel  
pauca contingere eorum, qui originem  
mundi loquentes preteritorum fidem an-  
nuntiatione futurorum, & post subsequa  
probatione fecerūt: non quod auctori-  
tatem eorum cuiquam videamur ingerere,  
sed quod operæpretium sit de opinione  
vulgata, quæ nobis cum omnibus commu-  
nis est, cōmonere. Primum, quia si diuina  
prouidentia, quæ sicut bona, ita pia & iu-  
sta est, agitur mundus & homo: hominem  
autem, qui conuertibilitate naturæ & li-  
bertate licentiæ & infirmus & contumax  
est, sicut piē gubernari egenum opis opor-  
tet, ita iustē corripī immoderatū liberta-  
tis necesse est: iure ab initio hominis per  
bona malaque alternantia, exerceri hunc  
mundum sentit, quisquis per se atque in se  
humanum genus videt. Deinde cum ab  
ipso

LIBER PRIMVS.

ipso primo homine peccatum punitio-  
nemque peccati cōpisse doceamur: porrō  
autem cum etiam isti de medijs tempori-  
bus inchoantes, quamuis superiorū nul-  
quam meminerint, nihil nisi bella clades-  
que descripserint (quæ bella quid aliud  
dicenda sunt, nisi vergētia in alterutrum  
mala: mala autem huiusmodi quæ tunc  
erant, sicut & nūc sunt, in quantū sunt, si-  
ne dubio aut manifesta peccata sunt, aut  
occultæ punitioes peccatorū) quid im-  
pedimenti est, nos eius rei caput pandere,  
cuius illi corpus expresserint: & priora il-  
la sæcula, quæ multo numerosiora mon-  
strabimus, vel tenuissimo testari relatu si-  
miles miseras pertulisse? Diciturus igitur  
ab orbe condito vsque ad urbem condi-  
tam, de hinc vsque ad Cæsaris principa-  
tum, natiuitatemque Christi, ex quo sub  
potestate vrbis orbis mansit imperium:  
vel etiam vsque ad dies nostros, in quan-  
tum ad cognitionē vocare suscepero, con-  
suetudines generis humani, & veluti per  
diuersas partes ardentem malis mundum,  
face cupiditatis incensum, è specula o-  
stentaturus, necessarium reor, vt pri-  
mum ipsum terrarum orbem, quem in-  
habitat humanum genus, sicut est à maio-  
ribus



PAVLI OROSII

ribus trifariam distributus, deinde regionibus prouincijsq̄ue determinatus expeditiam: quo facilius cum locales bellorū morborumq̄ue clades ostentabuntur, studiosi quique non solum rerum ac temporum, sed etiam locorum \* scientiam consequantur.

\* notitiā.

*Maiores mūdum in tres partes diuissse: quarum situm, regiones, locaq̄, celebriora succinctē admodum describit.*

CAPVT II.

**M**Aiores nostri orbem totius terræ, Oceani limbo circumseptū, triquadrum statuere: eiusq̄ue tres partes, Asiam, Europam, & Africā, vocauerunt: quamuis aliqui duas, hoc est, Asiam, ac deinde Africam in Europam accipiendam putarint. Asia tribus partibus oceano circuncincta, per totam transuersi plagam oriētis extenditur. Hęc occasum versus, à dextra sui, sub axe septentrionis, incipientem contingit Europam: à sinistra autē Africam dimittit: sub Aegypto verò & Syria mare nostrum, quod magnū generaliter dicimus, habet. Europa incipit, vt dixi, sub plaga septentrionis à flumine Tanai, qua Riphæi montes, Sarmatico auersi

LIBER PRIMVS.

auersi oceano, Tanaim fluuium fundunt: qui præteriens aras ac terminos Alexandri Magni, in Roxolanorum finibus sitos, Mæotidas auget paludes: quarū immensa exundatio iuxta Theodosiam urbem Euxinum pontum latè ingreditur. Inde iuxta Cōstantinopolim longè emittitur angustie, donec eas mare hoc quod dicimus nostrum, accipiat. Europæ in Hispania occidentalis oceanus terminus est, maximè vbi apud Gades insulas Herculis columnæ visuntur, & Tyrreni maris faucibus oceani æstus immittitur. Africæ principiū est à finibus Aegypti vrbisque Alexandria, vbi Parætonium ciuitas sita est; super mare hoc magnum, quod omnes plagas terrarq̄; medias interluit. Vnde per loca q̄ accolæ Catabathmōn vocant, haud procul à castris Alexandri Magni, & super lacum Caleartium, deinde iuxta superiorum fines Auaritarum, missa in transuersum per Aethiopica deserta, meridianum contingit oceanum. Termini Africæ ad occidentem ijdem sunt, qui & Europæ, id est, fauces Gaditani freti. Vltimus autem finis eius est mons Atlas, & insulæ quas fortunatas vocant. Et quia breuiter generales



ro  
 PAVLI OROSII  
 tripartiti orbis diuisiones dedi, ipsarum  
 quoque partiū regiones, sicut pollicitus  
 sum, significare curabo. Asia ad mediam  
 frontē orientis habet in oceano Eoo ostia  
 fluminis Gangis, à sinistra promontoriū  
 Caligardamana, cui subiacet ad eurū insu-  
 la Taprobane: ex qua oceanus Indicus vo-  
 cari incipit, à dextra habet Imai montes,  
 vbi Caucaus deficit, promontorium Sa-  
 maram: cui ad aquilonem subiacent ostia  
 fluminis Ottorogoræ: ex quo oceanus  
 Sericus appellatur. In his finibus India  
 est, quæ habet ab occidente flumen Indū,  
 quod rubro mari accipitur: à septentrio-  
 ne montem Caucaus: reliqua (vt dixi)  
 Eoo & Indico oceano terminatur. Hæc  
 habet gentes quadragintaquatuor, absq;  
 insula Taprobane, quæ habet decē ciuita-  
 tes: & absq; reliquis insulis habitabilibus  
 plurimis. A flumine Indo, quod est ab o-  
 riente vsque ad flumen Tigrim, quod est  
 ad occasum, regiones sunt istæ: Aracosia,  
 Parthia, Assyria, Persis & Media, situ ter-  
 rarum montoso & aspero. Hæ à septentri-  
 one habent montem Caucaus, à meri-  
 die mare rubrum & sinum Persicum: in  
 medio autem sui, flumina præcipua Hy-  
 daspem & Arhim. In his sunt gentes  
 XXXII.

LIBER PRIMVS. 11  
 XXXII Sed generaliter Parthia dicitur,  
 quamuis scripturæ sanctæ vniuersam sæ-  
 pe Mediam vocent. A flumine Tigri vsq;  
 ad flumen Euphratem, Mesopotamia est,  
 incipiens à septentrione inter montem  
 Taurum & Caucaus: cui ad meridiem  
 succedit ad Babylonia, deinde Chaldæa,  
 nouissimè Arabia eudæmon: quæ inter  
 sinum Persicum & sinum Arabicum an-  
 gusto terræ tractu orientem versus exten-  
 ditur. In his sunt gentes viginti octo. A  
 flumine Euphrate quod est ab oriente,  
 vsque ad mare nostrum quod est ab oc-  
 casu, deinde à septentrione, id est, à ci-  
 uitate Dacula, quæ in cōfinio Cappado-  
 ciæ & Armeniæ sita est, haud procul à lo-  
 co vbi Euphrates nascitur, vsq; ad Aegy-  
 ptum & extremum sinum Arabicum, qui  
 est ad meridiem, longo angustoque sul-  
 cō saxi insulisq; creberrimo, à rubro ma-  
 ri, id est, ab oceano occasum versus ex-  
 tenditur. Syria generaliter nominatur,  
 habens maximas prouincias, Commage-  
 nam, Phoeniciam & Palestinam, absque  
 Saracenis & Nabateis, quorū gētes sunt  
 duodecim. In capite Syriæ Cappadocia  
 est, quæ habet ab oriente Armeniam,  
 ab occasu Asiam, ab Aquilone The-  
 misci



## PAVLI OROSII

miscritos campos & mare Cimmericum:  
à meridie Taurum montem, cui subiacet  
Cilicia & Ilauria vsq; ad Cilicum finum,  
qui spectat contra insulam Cyprum. Asia  
regio, vel (vt propriè dicam) Asia mi-  
nor, absque orientali parte qua ad Cappa-  
dociam Cyriamque progreditur, vndiq;  
circundata est mari: à septentrione ponto  
Euxino, ab occalu Propontide atq; Hel-  
lesponto, à meridie mari nostro, vbi est  
mons Olympus. Aegyptus inferior ab  
oriente habet Syriam Palaestinam, ab oc-  
casu Libyam, à septentrione mare nostrum,  
à meridie montem, qui appellatur Clymax,  
& Aegyptum superiorem, fluuiumque  
Nilum, qui de littore incipientis maris ru-  
bri videtur emergere in loco qui dicitur  
Mossilon emporium: deinde diu ad occa-  
sum profluens, faciens insulam nomine  
Meroen in medio sui: nouissimè ad septen-  
trionem inflexus, tempestiuus auctus in-  
crementis, plana Aegypti rigat. Hunc ali-  
qui auctores ferunt haud procul ab At-  
lante habere fontem, & continuo arenis  
mergi: inde interiecto breui spacio, vastis-  
simo lacu exudare, atque hinc oceano te-  
nus, orientem versus, per Aethiopica de-  
serta prolabi, rursusque inflexum ad sini-  
stram

## LIBER PRIMVS.

13

stram, ad Aegyptum descendere. Quod  
quidem verum est, esse huiusmodi flu-  
uium magnum, qui tali ortu taliq; cursu  
sit, & reuera omnia Nili monstra gignat,  
quæ utique propriè fontem barbari Dara  
nominant, ceteri vero accole \* Nuchul vo \* Nuhul;  
cant. Sed hic in regione gentium quæ Li-  
byæ Aegyptiæ vocatur, haud procul ab il-  
lo fluuio, quem à littore maris rubri pro-  
rumpere diximus, immenso lacu acceptus  
absumitur: Nisi fortè occulto meatu in  
alueum eius, qui ab oriente descendit,  
eruat. Aegyptus superior in orientem  
per longum extenditur, cui est à septentri-  
one sinus Arabicus, à meridie oceanus.  
Nam ab occalu ex inferiore Aegypto in-  
cipit, ad orientem rubro mari terminatur:  
vbi sunt gentes viginti quatuor. Et quo-  
niam meridianam partem vniuersæ Asiae  
descripsimus, superest vt ab oriente ad se-  
ptentrionem pars, quæ restat, expediatur.  
Mons Caucasus inter Colchos, qui  
sunt super Cimmericum mare, & inter Al-  
banos, qui sunt ad mare Caspium, primùm  
attollitur: cuius quidem vsque in vltimum  
orientem vnum videtur iugum, sed mul-  
ta sunt nomina: & multi hoc ipsum iu-  
gum Tauri montis credi volunt: quia re-  
vera



PAVLI OROSII  
vera Parchoatras mons Armeniae, inter  
Taurum & Caucaſum medius, cōtinuare  
Taurum cum Caucaſo putatur: ſed hoc  
ita non eſſe, diſcernit fluuius Euphrates,  
qui radice Parchoatræ mōtis effuſus ten-  
dens in meridiem, ipſum ad ſiniſtrā, Tau-  
rum excludit ad dexteram. Itaque ipſe  
Caucaſus inter Colchos & Albanos, vbi  
& portas habet, mons Caucaſus dicitur: à  
portis Caſpijs vſque ad Armenias pylas,  
vel vſque ad fontem Tigridis fluminis,  
inter Armeniam & Iberiam, mōtes Acro-  
ceraunij dicuntur: à fonte Tigridis vſ-  
que ad Carras ciuitatem, inter Maſſage-  
tas & Parthos, mons Ariobarzanes: à  
Carris ciuitate vſq; ad oppidum Cathip-  
pi, inter Hyrcanos & Baſtrianos, mons  
Memarmali, vbi amomum naſcitur: à quo  
proximum iugum, mons Parthau dicitur:  
ab oppido Cathippi vſque ad vicū Sa-  
phrim, inter Danas ac Araucas & Parthy-  
enas, mons Oſcobares, vbi Ganges fluui-  
us oritur, & laſer naſcitur: à fonte flumi-  
nis Gangis vſque ad fontes fluminis Ot-  
torogoræ, qui ſunt à ſeptentrione, vbi  
ſunt montani Paropamiſadæ, mons Tau-  
rus: à fontibus Ottorogoræ vſque ad  
ciuitatem Ottorogoram, inter Hunnos  
& Scy-

& Scythas & Gandaridas, mons Cauca-  
ſus. Vltimus autem inter Eoas & Paſia-Peſya-  
dras, mons Imaus, vbi flumen Chryſor-  
rhoas, & promontorium Samara orien-  
tali excipiuntur oceano. Igitur à mon-  
te Imao, hoc eſt, ab imo Caucaſo, & dex-  
tra orientis parte, qua oceanus Sericus  
tenditur, vſque ad promontorium Bo-  
reum & flumen Boreum, inde tenus Scy-  
thico mari, quod eſt à ſeptentrione vſque  
ad mare Caſpium, quod eſt ab occaſu, &  
vſque ad extentum Caucaſi iugum quod  
eſt à meridie, Hyrcanorum & Scytha-  
rum gentes ſunt quadragintaduæ, pro-  
pter terrarum infœcundam diſſuſionem  
late oberrantes. Mare Caſpium ſub aqui-  
lonis plaga ab oceano oritur, cuius vtra-  
que circa oceanum littora, & loca deſer-  
ta incultaque habentur: inde meridiē ver-  
ſus per longas anguſtias tenditur, donec  
per magna ſpacia dilatatū, Caucaſi mon-  
tis radicibus terminetur. Itaque à mari Caſ-  
pio quod eſt ad orientem, per orā oceani  
ſeptentrionalis vſque ad Tanaim fluuium  
& Mæotidas paludes, quæ ſunt ad occa-  
ſum, per litus Cimmerici maris, quod eſt  
ab Africo vſque ad caput & portas Cau-  
caſi quæ ſunt ad meridiem, gentes ſunt  
triginta-



PAULI OROSII

triginta quatuor. Sed generaliter regio proxima Albania vltior, sub mari & monte Caspio, Amazonum nuncupatur. Expliciti sunt quàm breuissimè fines Asiæ: nunc Europam, in quantum cognitioni hominis concenditur stilo peruagabor.

A montibus Riphæis ac flumine Tanai Mæotidisque paludibus, quæ sunt ad orientem, per litus septentrionalis oceanivsq; ad Galliam Belgicam & flumen Rhenum, quod est ab occasu, deinde vsq; ad Danubium, quem & Istrum vocant, qui est à meridie & ad orientem directus, ponto accipitur: ab oriente Alania est, in medio Dacia, vbi & Gothia: deinde Germania est, vbi plurimam partem Sueui tenent, quorum omnium gentes sunt quinquaginta quatuor. Nunc quicquid Danubius à barbarico ad mare nostrum secludit, expediam. Mœsia ab oriente habet ostia fluminis Danubij, ab euro Thraciam, à meridie Macedoniam, ab africo Dalmatiam, ab occasu Istriam, à circio Pannoniam, à septentrione Danubium.

Thracia habet ab oriente Propontidis sinum & ciuitatem Constantinopolim, quæ Byzantium prius dicta est: à septentrione-

LIBER PRIMVS.

ptentrione partem Dalmatiæ, & sinum Euxini ponti: ab occasu & Africo Macedoniam, à meridie Aegæum mare. Macedonia habet ab oriente Aegæum mare, à borea Thraciam, ab euro Euboeam, & Macedonicum sinum, à meridie Achaïam, à fauonio montes Acroceraunios, in angustijs Adriatici sinus, qui môtes sunt contra Apuliam & Brundisium: ab occasu Dalmatiam, à circio Dardaniam, à septentrione Mœsiam, Achaia vndique propemodum cincta est mari: Nam ab oriente habet Myrtoum mare, ab euro mare Creticum, à meridie Ionium mare, ab africo & occasu Cephaleniam & Calsiopam insulas, à septentrione sinum Corinthium, ab aquilone angustum terræ dorsum, quo Macedonia coniungitur, vel potius Atticæ, qui locus Isthmos vocatur, vbi est Corinthus, habens in Attica ad boream non longe Athenas ciuitatem. Dalmatia habet ab oriente Macedoniam, ab aquilone Dardaniam, à septentrione Mœsiam, ab occasu Istriam & sinum Liburnicum & insulas Liburnicas, à meridie Adriaticum sinum. Pannonia, Noricus, & Rhetia habent ab oriente Mœsiam, à meridie Istriam, ab africo Alpes Pœninas,

B nas,



PAULI OROSTII

nas, ab occasu Galliam Belgicam, à circio Danubij fontem, & limitem qui Germaniam à Gallia inter Danubiũ Galliamque secernit, à septentrione Danubium & Germaniam, Italię situs à circio in eorum tenditur, habens ab africo Tyrrenum mare, à borea Adriaticum sinum: cuius ea pars qua continenti terrę communis & contigua est, Alpium obicibus obstruitur: quæ à Gallico mari super Ligusticum sinum exurgentes, primũ Narbonensium fines, deinde Galliam Rhetiamque secludunt, donec in sinu Liburnico defigantur. Gallia Belgica habet ab oriente limitem fluminis Rheni & Germaniam, ab euro Alpes Pœninas, à meridie provinciam Narbonensem, ab occasu provinciam Lugdunensem, à circio oceanum Britannicum, à septentrione Britanniam insulam. Gallia Lugdunensis ducta per longum, & per angustum inflexa, Aquitanicam provinciam semicingit. Hęc ab oriente habet Belgicam, à meridie partem provincię Narbonensis qua Arelas ciuitas sita est, & mari Gallico Rhodani flumen accipitur. Narbonensis provincia, pars Galliarum, habet ab oriente Alpes Cortias, ab occidente

LIBER PRIMVS.

dente Hispaniã, à circio Aquitanicam, à septentrione Lugdunensem, ab aquilone Belgicam Galliam, à meridie mare Gallicum, quod est inter Sardinia & insulas Baleares, habens in fronte quã Rhodanus fluvius in mare exit, insulas Stęchadas. Aquitanica provincia obliquo cursu Ligeris fluminis, qui ex plurima parte terminus eius est, in orbem agitur. Hęc à circio oceanũ, qui Aquitanicus sinus dicitur, ab occasu Hispanias habet, à septentrione & oriente Lugdunensem, ab euro & meridie Narbonensem provinciam contingit. Hispania vniversa terrarum situ trigona est, & circumfusione oceani Tyrrenique pelagi pene insula efficitur. Huius angulus prior spectans ad orientem, à dextris Aquitanica provincia, à sinistris Balearico mari coartatus, Narbonensium finibus inseritur. Secundus angulus circium intendit: vbi Brigantia Calecię ciuitas sita, altissimam pharum, & inter pauca memorandi operis, ad speculam Britanię erigit. Tertius eius angulus est, quã Gades insulę intentæ in africanum, Atlantem montē interiecto sinu oceani prospiciunt. Hispaniã citeriore ab oriente incipientem, Pyrenæi saltus à parte septentrionis



PAVLI OROSII

trionis vsque ad Cantabros Asturesque deducit, atque inde per Vaccæos & Oretanos, quos ab occasu habet, posita in nostri maris littore Carthago, determinat. Hispania vltior habet ab oriente Vaccæos, Celtiberos, & Oretanos, à septentrione oceanum, ab occasu oceanum, à meridie Gaditanum oceanum fretum: vnde mare nostrum, quod Tyrrhenum vocatur, immittitur. Et quoniam oceanus habet insulas, quas Britanniam & Hiberniam vocant, quæ in auersa Galliarum parte ad prospectum Hispaniæ sitæ sunt, breuiter explicabuntur. Britannia oceanum insula, per longum in boream extenditur. A meridie Gallias habet, cuius proximum littus transmeantibus ciuitas aperit, quæ dicitur Rhutubi portus: vnde haud procul à Morinis in austro positos Menapios Batavosque prospectat. Hæc insula habet in longum millia passuum octingenta, in lato millia ducenta: à tergo autem, vnde oceano infinito patet, Orcadas insulas habet, quarum viginti desertæ sunt, tredecim incoluntur. Deinde insula Thule, quæ per infinitum à cæteris separata, circum versus medio sita oceanum, vix paucis nota habetur. Hibernia insula inter Britanniam &

LIBER PRIMVS:

am & Hispaniam sita longiore ab africo in boream spacio porrigitur. Huius partes priores intentæ Cantabrico oceano, Brigantiam Callectiæ ciuitatem ab africo sibi in circum occurrentem, spatio interuallo procul spectant: ab eo præcipue promontorio, vbi Scenæ fluminis ostium est, & Velabri Luceni que consistunt. Hæc propior Britannia, spacio terrarum angustior: sed cæli solisque temperie magis utilis, à Scotorum gentibus colitur. Huic etiam Meuania insula proxima est, & ipsa spatio non parua \* solo commoda, \* sole æquæ à Scotorum gentibus habitatur. Hi sunt fines totius Europæ. Africam vt dixi, cum tertiam orbis partem maiores nostri accipiendam descriperint, non spatiorum mensuras, sed diuisionum rationes secuti sunt. Mare hoc siquidem magnum, quod ab occasu ex oceano oritur, in meridiem magis vergens, angustior inter se & oceanum coartatæ Africae limitem facit. Vnde etiam aliqui, quamuis eam longitudine parem, tamen multo angustiorẽ intelligentes: inuerecundum arbitrati sunt tertiam vocare partem, sed potius in Europa Africa deputantes, secundæ portionis portionem appellare maluerunt.



Præterea cum multo amplius terræ in Africa ardore solis, quàm in Europa rigore frigoris incultum atque incognitum sit, (quippe cū omnia penè animantia vel germinantia, patientius & tolerabilius ad summum frigoris quàm ad summum caloris accedant) ea scilicet causa est, Africam per omnia situ & populis minorem videri: quia & natura sui minus habeat spatij, & coeli inclementia plus deserti: cuius descriptio per prouincias & gentes hæc est: Libya Cyrenaica & Pentapolis, post Aegyptū in parte Africæ prima est. Hæc incipit à ciuitate Perætonio & montibus Catabathmôn: inde secundo mari vsque ad aras Philenorum extenditur. Post se habet vsque ad oceanum meridianum, gentes Libyæthiopum & Garamantum. Huic est ab oriente Aegyptus, à septentrione mare Libycum, ab occasu Syrtes maiores & Troglodytæ, contra quos insula Calypso est: à meridie Aethiopicus oceanus. Tripolitana prouincia quæ & Subuentana, vel regio Arzugum dicitur, vbi Leptis magna ciuitas est, quamuis Arzuges per longū Africæ litem generaliter vocentur, habet ab oriente aras Philenorum inter Syrtes maiores & Troglodytas,

ditas, à septentrione mare Siculum, vel potius Adriaticum, & Syrtes minores, ab occasu Byzacium vsque ad lacum Salinarum, à meridie barbaros Getulos, Nôthabres, & Garamantas, vsq; ad oceanū Aethiopicū pertingētes. BYZACIUM, ZEUGIS, & NUMIDIA. Zeugis autem prius non vnus cōuentus, sed totius prouinciæ generale fuisse nomen inuenimus. Byzaciū ergo, vbi Adrumetus ciuitas, Zeugis vbi Carthago magna, Numidia vbi Hippo regius & Rusiccada ciuitates sunt: habent ab oriente Syrtes minores & lacū Salinarum, à septentrione mare nostrum, quod spectat ad Siciliam & Sardiniam insulas, ab occasu Mauritaniā Sitifensem, à meridie montes Vzara: & post eos Aethiopum gentes, peruagātes vsque ad oceanum Aethiopicum.

Sitifensis & Cæsariensis Mauritania habent ab oriente Numidiam, à septentrione mare nostrum, ab occasu flumen Maluam, à meridie mōtem Atrixim, qui diuidit inter viuam terram & arenas iacentes vsque ad oceanum: in quibus oberrant Gangines Aethiopes. Tingitana Mauritania vltima est Africæ. Hæc habet ab oriente flumen Maluam, à septentrione mare



PAULI OROSII

nóstrum vsque ad fretum Gaditanú, quod inter Abennen & Calpen duo contraria sibi promontoria coartatur: ab occidente Atlantem montem, & oceanum Atlanticum, sub africo Hesperium montem, à meridie gentes Aulolum, quas nunc Galaulles vocant, vsque ad oceanum Hesperium contingentes. Hic est vniuersus terminus Africæ. Nunc insularum quæ in nostro mari sunt, loca, nomina, & spatia dimetiar. Insula Cypros ab oriente mari Syrio, quem Issicum sinum vocât, ab occidente mari Pamphylico, à septentrione Aulone Cilico, à meridie Syriæ & Phœnices pelago cingitur: cuius spatium in longo tenet millia passuum centum septuaginta quinque, in lato millia passuum centum viginti quinque. Insula Creta finitur ab oriente Carpathio mari, ab occasu & septentrione mari Cretico, à meridie Libyco, quod & Adriaticum vocât: habet in longo millia passuum cētum septuaginta duo, & in lato quinquaginta. Insulæ Cyclades, quarum est ab oriente prima Rhodos, à septentrione Tenedos, à meridie Carpathos, ac occasu Cythera, ab oriente sinjuntur littoribus Asia, ab occidēte mari Icario, à septentrione mari

Aegæo,

LIBER PRIMVS.

Aegæo, à meridie mari Carpathio. Sunt autem omnes Cyclades numero quinquaginta tres. Hæ tenent à septétrione in meridiem millia passuum \* quinquaginta, ab oriente in occasum millia ducenta. Sicilia insula tria habet promontoria, vnum quod dicitur Pelorum, & aspicit ad aquilonem, cui Messana ciuitas proxima est. Secundum quod dicitur Pachynum, sub quo ciuitas Syracusana respicit ad Euroton. Tertiū quod appellatur Lilybæū, vbi & ciuitas eiusdem nominis sita est, dirigitur in occasum. Hæc habet à Peloro in Pachynum millia passuum centū \* quinquaginta nouem, à Pachyno in Lilybæum centum septuaginta septem. Hæc ab oriente cingitur mari Adriatico, à meridie mari Africo quod est contra Subuentanos & Syrtes minores: ab occidente & septentrione habet mare Tyrrhenum: à borea vsque sublolanum, fretum Adriaticum, quod diuidit Tauromenitanos Sicilia & Bruttios Italiae. Sardinia & Corsica insulæ paruo freto, hoc est, millium viginti, diuiduntur: ex quibus Sardinia habet à meridie contra Numidiam Carlitanos: cōtra Corsicam insulam, hoc est, septétrionem versus, habet Vlbienfes: cuius

quingenta

XLIX.

B 5 ius



ius in longo spatium tenet millia passuum  
 ducēta triginta, in lato millia CCLXXX.  
 Hæc habet ab oriente & à borea Tyrreni-  
 cum mare, quod spectat ad portum  
 vr̄bis Romæ: ab occasu mare Sardum,  
 ab africo insulas Baleares longè positas,  
 à meridie Numidicum sinum, à septen-  
 trione (vt dixi) Corsicam. Corsica insu-  
 la multis promontorijs angulosa est.  
 Hæc habet ab oriente Tyrrenicum ma-  
 re, & portum vr̄bis, à meridie Sardiniam,  
 ab occasu insulas Baleares, à circio & se-  
 ptentrione Ligusticum sinum. Tenet au-  
 tem in longo millia passuum centum se-  
 xaginta, in lato millia viginti sex. Insulæ  
 Baleares duæ sunt, maior & minor, qui-  
 bus insunt bina oppida: maior Tarraconē  
 Hispaniæ ciuitatem, minor Barcinonem  
 in septentrionem versus contra se habet.  
 Maiori subiacet insula Ebusus. Deinde ab  
 oriente Sardiniam, ab aquilone mare Gal-  
 licum, à meridie & africo Mauritanicum  
 pelagus, ab occasu Ibericum pelagus spe-  
 ctat. Hæc sunt insulæ ab Helleponto vsque  
 ad oceanum per totum magnum pelagus  
 cōstitutæ: quæ & cultu & memoria ma-  
 gis celebres habentur. Percensui breuiter  
 (vt potui) prouincias & insulas orbis v-  
 uiuersi:

niuersi: nunc locales gentium \* singula-  
 rum miseras, sicut ab initio incessabiliter  
 extiterunt, & qualiter quibusque exortæ  
 sunt, in quantum suffecero, proferam.

*De diluuiō sub Noë.*

CAPVT III.

**C**VM post fabricam ornatamq; mun-  
 di huius, homo, quem rectum atque  
 immaculatum fecerat deus, ac perinde  
 humanum genus, libidinibus depraua-  
 tum peccatis obsorbuisset, continuo inu-  
 stam licentiam iusta punitio cōsecuta est.  
 Sententiam creatoris Dei & iudicis, pec-  
 canti homini ac terræ propter hominem  
 destinata, semperque dum homines ter-  
 ram habitauerint duraturā, omnes, inuiti  
 licet, aut probamus negando, aut confi-  
 tendo toleramus: obstinatisque mentibus  
 testis sibi infirmitas sua inurit, quibus fi-  
 delis scriptura non suaserit. Deinde refu-  
 so in omnē terram mari, immissoque dilu-  
 uio, cū toto orbe contecto vnum spatium  
 cœli esset ac pelagi, deletum fuisse vniuer-  
 sum humanum genus, paucis in arca fidei  
 sue merito ad substituendam originem  
 reseruatis, euidentissimè veracissimi scri-  
 ptores docent. Fuisse tamen etiam illi  
 contestati sunt, qui præterita quidem  
 tempora;

\* Insularumque.

Genes. 6.

Gene. 7.

Eccles. 44.



tempora ipsumque auctorem temporum  
nescientes, tamen ex indicio & coniec-  
tura lapidum, quos in remotis monti-  
bus conchis & ostreis scabros, saepe etiã  
cauatos aquis visere solemus, conijciẽdo  
didicerunt. Et quamuis huiusmodi adhuc  
& relatu digna & fide certa proferri à no-  
bis queant, tamen hæc veluti principalia  
duo de preuaricatione primi hominis, &  
condenatione generationis vitæq; eius,  
ac deinde perditione totius generis hu-  
mani dicta sufficiant: tantũ, vt si qua gen-  
tiles historici de nostris aliquo ordine  
contigerunt, hæc plenius cũ cæteris ipso,  
quo incurrerint, ordine proferantur.

*De Nino & Semiramide, eorumq; regnis.*

CAPVT IIII.

**A**Nte annos vrbs conditæ MCCC.  
Ninus rex Assyriorum, primus (vt  
ipfi volunt) propagandæ dominationis  
libidine arma foras extulit, cruentamque  
vitam quinquaginta annis per totam A-  
siam bellis egit: à meridie atque à rubro  
maris surgens sub vltimo septentrione Eu-  
xinum pontum vastando perdomuit, Scy-  
thicamque barbariem, adhuc tunc & im-  
bellem & innocentem torpentemque ex-  
citauit, seuitiam, vires suas nosse, & non  
laete

laete iam pecudum, sed sanguine hominũ  
viuere, ad postremum vincere, dum vin-  
cit, edocuit. Nouissime Zoroastrem Ba-  
ctrianorum regem, eundemque magicæ  
(vt ferunt) artis repertorem, pugna op-  
pressum interfecit. Post ipse dum deficien-  
tem à se oppugnat urbem, sagittæ ictu in-  
terijt. Huic mortuo Semiramis vxor suc-  
cessit, virum animo, habitu filium gerens:  
auidosque iam vsu sanguinis populos, per  
duos & quadraginta annos cædibus gen-  
tium exercuit. Non cõtenta terminis mu-  
lier, quos à viro suo tunc solo bellatore,  
in quinquaginta annis acquisitos susce-  
perat, Aethiopiam bello oppressam, san-  
guine interlitam, imperio adiecit. Indis  
quoque bellum intulit: quod præter illam  
& Alexandrum Magnum nullus intrauit.  
Quod eo tempore ideo crudelius graui-  
ulque erat quàm nunc est, persequi & tru-  
cidare populos in pace viuentes, quia tũc  
apud illos nec foris erant vlla incẽdia bel-  
lorum, nec domi tanta exercitia cupi-  
ditatum. Hæc libidine ardens, sanguinem  
sitiens, inter incessabilia stupra & homi-  
cidia, cum omnes quos regis arcessitos  
meretriciæ habitos cõcubitu oblectasset,  
occideret, tandem filio flagitiosè conce-  
pto,



## PAVLI OROSII

pto, impiè exposito, incestè cognito, priuatam ignominiam publico scelere obrexit. Præcepit enim, vt inter parentes ac filios nulla delata reuerètia naturæ, de cõiugijs appetendis, vt cuique libitum esset, \*

Licitum.

*Pentapolim regionem ob nefanda libidinis scelerata de celo tactam & exustam fuisse.*

## CAPVT V.

**A**Nte annos vrbs condita MCLX. confinem Arabiæ regionem, quæ tunc Pentapolis vocabatur, arsisse penitus igne cœlesti, inter alios etiam Cornelius Tacitus refert, qui sic ait: Haud procul inde campi quos ferunt olim vberes, magniq; vrbibus habitatos, fulminũ iactu arsisse: sed manere vestigia, terramq; ipsam specie solidã vim frugiferam perdidisse. Et cum hoc loco nihil de incensis propter peccata hominum ciuitatibus quasi ignarus expresserit, paulopost velut oblitus consilij, subiicit & dicit: Ego licet inclytas quondam vrbes igne cœlesti flagrasse concesserim: ita habitu lacus infici terram & corrumpi reor. Quo dicto, inuitus licet, de exustis vrbibus, quæ procul dubio peccatorum noxa conflagrauerunt, & scisse se & concessisse con-

fessus

## LIBER PRIMVS.

31

fessus, palàm prodidit non sibi cognitionis fidem defuisse, sed exprimendæ fidei voluntatem: quod nunc à me plenius proferetur. In confinio Arabiæ & Palæstinæ, qua dimissi altrinsecus montes, subiectis campis excipiuntur, quinque ciuitates fuere, Sodoma, Gomorra, Adama, Seboim, & Segor, sed Segor ex his parua, illæ amplæ & magnæ: quippe quibus & soli fecunditas luberat, & Iordanis fluiuius per plana diffusus, ac per opportuna diuisus augmentis vbertatis impendebatur. Huic vniuersæ regioni bonis malevrenti, abundantia rerum causa malorum fuit. Ex abundantia enim luxuria, ex luxuria fœdæ libidines adoleuere: adeo, vt masculi in masculos operantes turpitudinem, nec consideratis quidem locis, conditionibus, atatibusque, proruerunt. Itaque iratus deus, pluit super hanc terram ignẽ & sulfur, totamq; regionem cum populis atque vrbibus exustam, testem iudicij sui futuram, æterna perditione damnauit: vt nunc quoque appareat quidem forma regionis, sed inueniatur regio cineris, mediamque conuallem, quam Iordanis irrigauerat, nunc mare superfusum tegat. Tantumque de

rebus

Genes 19.  
Ilaia 5.



## PAVLI OROSII

rebus (vt putatur) paruis diuinæ indignationis furor accensus est, vt propter hoc quod illi male vtentes bonis, fructus miseriarum, nutrimenta libidinum fecerant, terra quoque ipsa quæ has habuerat ciuitates, primû exusta ignibus, pòst oppressa aquis, in æternam damnationem communi periret aspectui.

*Comparatio cladis Sodomitica & Romana.*

## CAPVT VI.

**I**Taque nunc si placet, hi qui in Christum, quem nos iudicem sæculorum ostendimus, quantum in ipsis est, (puta conijciunt, inter Sodomam & Romã discernant causas, & conferant pœnas: quæ à me vel maximè ob hoc retractandæ non sunt, quia omnibus notæ sunt. Et tamen quàm libenter sententias eorum acciperem, si illi fideliter ita vt sentiunt faterentur: quanquam quid de temporibus Christianis rari: & hoc in angulis murmurent, non vsque ad moleste accipiendum putem, cum totius populi Romani consona voce, pari que iudicio sensus ac sermo sit cognitus. Ad eò autem paruo quodam & leui motu hæsitasse erga se parumper consuetudinem voluptatum, indubitatissimè

## LIBER PRIMVS.

33

simè contestatus est, vt liberè conclamaret, si reciperet Circum, nihil esse sibi factum: hoc est, nihil egisse Romæ Gotthorum enses, si concedatur Romanis spectare Circenses. Nisi fortè (vt se habet apud plerosque hoc præcipue tempore) qui ex longa requie vel paruam obortam solitudinem, intolerabilem laborem putant, has clementissimas admonitiones, quibus omnes aliquãdo perstringimur, aliorum punctionibus auditis lectisque præponunt: quos saltem de hoc ipso exitu Sodomorum & Gomorræorum moneo, vt discere atque intelligere queant, qualiter deus peccatores punierit, qualiter punire possit, qualiter puniturus sit.

*De pralio inter Telchines & Carpathios & Phoroneum regem. Item de diluuiò Achæia.*

## CAPVT VII.

**A**Nte annos vrbs conditæ MLXX. Telchines & Carpathij peruicax prælium aduersus Phoroneum regem Argiuorum, & Parapasios ancipiti spe sine fructu victoriæ gesserunt. Idemque Telchines & Carpathij post paululum bello victi, patria profugi ignarique rerû, credentes quia se penitus à congressu totius humanæ habitatiõnis abstraherent, Rhodum



## PAVLI OROSII

dum insulam quæ Ophiussa antea vocabatur, quasi tuta possessione ceperunt. Ante annos urbis conditæ MXL. in Achaia sæuum diluuiũ, vastatione plurima totius penè provinciæ fuit. Quod quia Ogygij, qui tunc Eleusinae conditor & rex erat, temporibus effusum est, nomen loco ac temporì dedit.

*De sterilitate & fame Aegypti, cui Ioseph solertia sua consuluit: & de vanitate Aegyptiorum sacerdotum.*

## CAPVT VIII.

**A**Nte annos conditæ urbis MVIII. fuisse apud Aegyptum primum insolitam fastidiendamque vbertatem, dein de iugem atque intolerabilem famem, cui Ioseph vir iustus & sapiens diuina prouisione subuenerit, Pompeius historicus, eiusque breuiator Iustinus docet: qui inter cætera sic ait: Minimus ætate inter fratres Ioseph fuit, cuius excellens ingenium fratres veriti, interceptum peregrinis mercatoribus vendiderunt. A quibus deportatus in Aegyptum, cum magicas ibi artes solerti ingenio percepisset, breui ipsi regi percharus fuit. Nã & prodigiorum sagacissimus erat, & somniorum primus intelligentiã condidit: nihilque

Iustin. lib.  
56.

## LIBER PRIMVS.

35

que diuini iuris humaniq; ei incognitum videbatur: adeo, vt etiam agrorum sterilitatem futuram ante multos annos prospiciens, fruges congregasset. Tantaq; experimenta eius fuerunt, vt nõ ab homine, sed à deo responsa dari viderentur. Filius Ioseph Moyles fuit, quem præter paternæ scientiæ hæreditatem etiã formæ pulchritudo commendabat. Sed Aegyptij cum scabiem & vitiliginem paterentur, responso mõi, cum agris, ne pestis ad plures serperet, terminis Aegypti pelunt. Hæc Iustinus. Sed quoniam hæc idem Moyles, quem isti sapientem scientemque fuisse attestantur, plenius veriusque, tanquã per se suosque gesta, conscripsit, primum fide eius atque auctoritate, quam etiã isti probant, horum ignorãtia supplenda est: dehinc sacerdotum Aegyptiorum fallax malitia cõfutanda est, qui vel astu, quod manifestius est, euidentem iram misericordiamque veri dei memoriæ subtrahere conati sunt, particularim expositione confusa, ne in contumeliam idolorum suorum eum colendum meritò ostenderent, cuius cõsilio annuntiata hæc mala & auxilio euitata docuissent: vel forte, vt indulgentius accipiamus, ob-

C 2 litã



PAVLI OROSII  
liti sunt. Illius enim nostri Ioseph, qui fuit  
veri dei seruus, & pro creatura domini  
sui piè intente que sollicitus, prouisione i-  
psi abundabant frugibus quasi sacerdo-  
tes: sed quia falsi sacerdotes erant, cum  
cæteris esurientibus nõ dolebant. Enim-  
uero cui placet, obliuiscitur: cui dolet,  
meminit. Quanquam huius temporis ar-  
gumentum historijs fastis que reticenti-  
bus, ipsa sibi terra Aegypti testis pronun-  
tiat: quæ tunc redacta in potestatem regi-  
am, restituta que cultoribus suis, ex omni  
fructu suo usq; ad nunc quintæ partis in-  
cessabile vectigal exoluit. Fuit itaque hæc  
fames magna sub rege Aegyptiorũ. Dia-  
polita, cui nomen erat Amasis, quo tem-  
pore Baleus Assyrios, Argiuos Apis re-  
gebat. Fuerunt autem ante annos famis se-  
ptem, præcedentes alij septem vbertatis  
anni: quorum affluentiam tanto negligen-  
tius perituram, quanto vberius natam Ioseph  
noster solertia sua collegit, & con-  
dedit, totam que Aegyptum conseruauit.  
Acquisiuit vniuersam Pharaoni pecuni-  
am, & deo gloriam reddens dispensatio-  
ne iustissima, cui vectigal, vectigal, cui  
honorem, honorem: omnium que pecora,  
terras, census que collegit: ipsos autem,  
qui

qui semet cum terris suis accipiendæ sti-  
pis taxatione vendiderant, statuta quintæ  
partis pactione laxauit. Hunc Ioseph, que  
constituit deus Aegyptijs conseruatæ sa-  
lutis auctorem, quis credat ita in breui e-  
orum excidisse memoria, vt filios eius at-  
que vniuersam cognationem paulò post  
seruitio addixerint, laboribus \* affice- \* affixe-  
rint, interneccionibus profligarint? Quã-  
obrem non est mirandum, si nũc quoque  
aliqui reperiuntur, qui cum à ceruicibus  
suis impendentem gladiũ prætentato Chri-  
stiano nomine auerterint, ipsum nomen  
Christi, quo solo salui sunt, aut disimu-  
lent, aut infament: grauari que se eorum  
temporibus asserant, quorum meritis li-  
berantur.

*De inundatione sub Amphictyone & Deucali-  
one regibus, peste Aethiopica, Libero patre Indiam  
vastante.*

## CAPVT IX.

**A**Nno DCCCX. ante urbem condi-  
tam Amphictyon Athenis tertius à  
Cecrope regnauit, cuius temporibus a-  
quarum illuuias maiorem partem popu-  
lorum Thessaliæ absumpsit, paucis per re-  
fugia montium liberatis, maxime in mon-  
te Parnasso, in cuius circuitu Deucalion  
C 3 tunc



PAULI OROSII

tunc regno potiebatur : qui tunc ad seratibus confingentes susceptos, per gemina Parnasi iuga fouit aluitque, a quo propterea genus humanum reparatum ferunt. Tunc etiam in Aethiopia pestes plurimas dirosque morbos, penè usque ad desolationem exastuauisse, Plato testis est. Et ne fortè diuila tempora credantur iræ dei furorisque bellici, ea tempestate subactam Indiam Liber pater languine maderfecit, cædibus oppleuit, libidinibus polluit, gentem utique nulli vnquam hominum obnoxiam, vernacula tantum quiete contentam.

*De populo dei in Aegypto afflicto, X plagis Aegyptiorum, & transitu sinus Arabici, ac reliquis eiusdem, de solis ardore quodam infesto.*

CAPVT X.

**A**Nno ante urbem conditam DCCCV. infanda Aegyptijs mala, atque intolerabiles plagas incubuisse, Pompeius Corneliusque testantur: qui quidem cum hæc ambo de Iudæis referenda proponant, aliquantulum me pro sui diuersitate mouerunt. Ait enim Pompeius, siue Iustinus, hoc modo: Aegyptij cum scabiem & vitiliginem paterentur, responso moniti, Moysen cum ægris, ne pestis ad plures

LIBER PRIMVS.

res serperet, terminis Aegypti pellunt. Dux igitur exulum factus, sacra Aegyptiorum furto abstulit: quæ armis repetentes Aegyptij, domum redire tempestatibus compulsi sunt. At vero Cornelius de eadem re sic ait: Plurimi auctores consentiunt, orta per Aegyptum tabe, quæ corpora, fœdaret, regem Bocchorim adito Ammonis oraculo, remedium petentem, purgare regnum, & id genus hominum, ut inuisum dijs, alias in terras auhere iussum: sic conquistum collectumque, vulgus, postquam vastis locis relictum sit, cæteris per lachrymas torpentibus, Moysen unum exulum monuisse, ne quam deorum hominumue opem expectarent, ab utriusque deserti, sed sibi ut duci cælesti crederent, primo cuius auxilio credentes, præsentibus miserias pepulissent. Itaque Cornelius dicit, quod ipsis Aegyptijs cogentibus, Iudæi in deserta propulsi sint: & postea subiungit incaute, quod ope Moysi ducis in Aegypto miserias propulissent. Quare ostenditur, quædam, quæ per Moysen strenue acta sunt, fuisse celata. Itaque Iustinus asserit, pulsum eque cum populo Moysen, sacra Aegyptiorum fuisse furatum: quæ Aegyptios armis recipere molientes, coactos

\* notitia



40  
**PAVLI OROSII**  
 Etos tempestatibus ac repulso domum redisse. Et hic aliquid amplius, & si non totum, prodidit quod ille celauit. Quapropter quia Moysi magno illi duci testimonium ambo dixerunt, ab ipso sicut per eum & gesta & dicta sunt, proferentur. Cum populum dei, hoc est, genus Ioseph Aegyptij, cuius ope salui erant, seruitio oppressum labore cruciarent, insuper etiam ad necandam sobolem suã, crudeli imperio cogere, dimitti deus populum suum liberum, ad seruiendum sibi per Moysen nuncium iubet: contemptusque durissimis cõtumaces supplicijs agit: qui decem plagis onerati ac protriti, tandem quos dimittere noluerant, etiam festinare coegerunt. Post aquas in sanguinem versas, ardentibus siti grauiora afferentes pœnarum remedia quã pœnas: post horridos ranarũ squalores, per omnia munda immundaque reptantes: post ignitos cyniphes, & nusquam toto aère vibrante euitabiles: post muscas caninas, etiam per interiora membrorum horridis motibus cursitantes, acerbeque inferentes tã graui tormenta quã turpia: post omnium pecorum & iumentorum repentinam ruinam, stragemque generalem: post ves-

cas

LIBER PRIMVS. 41  
 cas efferuescentes, hulceraque manantia, & (vt ipsi dicere maluerunt) scabiem ac vitiliginem totis corporibus erumpentem: post grandinem cum igne permixtam, passim homines, armenta atque arbores proterentem: post locustarum nubes, exhaustis omnibus, ipsas quoque radices feminum persequentes: post tenebras imaginibus diras, crassitudine palpabiles, diturnitate ferales: postremò post vniformem in tota Aegypto primitiã sobolis necem, paremque per vniuersos orbitatũ tempestatem, qui iubenti deo non cessarent, cessere puniẽti: sed mox pessima pœnitẽtia dimissos persequi ausi, vltima nefandæ peruicaciã expendere supplicia. Nam rex eorum vniuersum Aegypti exercitum, curribus atque equitibus instructum, in circum errantes egit: cuius numerum hoc solo vel maxime argumento conijcere possumus, quod eum sexcenta millia virorum timuerunt atque fugerũt. Sed protector depressorum, & vltor contumacium deus diuisit subito rubrũ mare, ac dilatatus vtrinque marginibus rigentium vndarum, in montis faciem latera erecta suspedit, vt inoffensi spelimitis prouocati, pij viam desperatã salutis, impij

C 5 foueam



## PAULI OROSII

foveam insperatæ mortis intrarent. Itaque Hebræis tutò per sicca gradientibus; refusis à tergo aquarum astantium mobilibus, obruta est & interfecta cum rege suo vniuersa Aegypti multitudo: totaque prouincia plagis antè cruciata, hac postremò interfectione vacuata est. Extant etiam nunc certissima horum monumenta gestorum. Nam tractus currum rotarumque orbitæ non solum in litore, sed etiam in profundo, quousque visus admittitur, peruidentur. Etsi forte ad tempus vel casu, vel curiositate turbâtur, continuo diuinitus in pristinam faciem ventis fluctibusque reparantur, vt quisquis non docetur timorem dei propalatae religionis studio, iræ eius transactæ vltionis terreatur exemplo. His etiã temporibus adeo iugis & grauis æstus incanduit, vt sol per deuia transuectus, vniuersum orbem non calore affecisse, sed igne torruisse dicatur: impressumque, feruorem & Aethiops plus solitum, & insolitum Scythia non tulerit: ex quo etiam quidam, dum non concedunt deo ineffabilem potentiam suam, inanes ratiunculas conquirentes, ridiculam Phaëtonis fabulam texerunt.

De

## LIBER PRIMVS.

43

*De parricidio Darnaidum, de Busiridis crudelitate, de Tereo, Progne, & Philomena, & Perseo Asiam populante.*

## CAPVT XI.

**I**Tem anno ante urbem conditã DCC. LXXV. inter Danaï atque Aegypti fratrum filios quinquaginta parricidia vna nocte commissa sunt. Ipse deinde tantorum scelerum fabricator Danaus, regno, quod tot flagitijs acquisierat, pullus, Argos concessit. Ibi que indignè persuasus in facinus Argiuis, Schenelam, qui cum profugum egentemque \* susceperat, regno \* exceperrat.

Busiridis in Aegypto cruentissimi tyranni crudelis hospitalitas, & crudelior religio tunc fuit: qui innocentũ hospitem sanguinem dijs, scelerum suorũ participibus propinabat: quod execrabile sine dubio hominibus videtur, quũ ipsi etiam dijs execrabile videretur. Tunc etiam Terei Prognæ & Philomelæ incesto parricidium adiunctum, atque execrabilius utroque conuiuũ per infandos cibos, additũ est: cum propter sororis pudicitiam ereptam præcisamque linguam filium paruulum mater occidit, pater comedit. Isdem temporibus Perseus à Græcia in Asiam transuectus,



uctus, ibi barbaras gentes graui diuturnoque bello domuit: & nouissimè victor nomen subiectæ genti dedit: namq; à Perseo Persæ sunt vocati.

*Congeries multorū facinorū per præteritionē.*  
CAPVT XII.

**A**Tego nunc cogor fateri, me prospiciendi finis commodo, de tanta malorum sæculi circumstantia præterire plurima, cuncta breuiare. Nequaquam enim tam densam aliquando siluam prætergredi possem, nisi etiam crebris interdum saltibus subuolarem. Nam cum regnum Assyriorum per MCLX. annos vsque ad Sardanapalum, per quinquaginta propemodum reges actum sit, & nunquã pene vel inferendis vel excipiendis vsque in id tempus bellis quieuerit, quis finis reperietur, si ea commemorare numerando, vt non dicam describendo conemur? præsertim cum & Græcorum prætereunda non sint, & Romanorū vel maximè recensenda sint. Nec mihi nūc enumerare opus est Tantali & Pelopis facta turpia, & fabulas turpiores: quorum Tantalus rex Phrygiorum Ganymedem Trois Dardaniorum regis filium cum flagitiosissimè rapuisset, maiore conserti certaminis foeditate

ditate detinuit, sicut Phanocles poeta confirmat, qui maximum bellum excitatum ob hoc fuisse commemorat: siue quia hūc ipsum Tantalum, vtpote assecclam deorū, videri vult raptum puerum ad libidinem Iouis familiari lenocinio præparasse, qui ipsum quoque filium Pelopem epulis eius non dubitarit impendere. Tædet etiam ipsius Pelopis contra Dardanum atq; Troianos, quamlibet magna referre certamina: quæ, quia in fabulis celebrari solita sunt: negligentius audiuntur. Illa quoque prætereo, quæ de Perseo, Cadmo, Thebanis, Spartanisque per inextricabiles alternantium malorum recursus, Palæphato scribente, referuntur. Taceo flagitia Lemniadum, prætermitto Pandionis Atheniensium regis flebilem fugam, Atrei & Thyestis odia, stupra & parricidia, cœlo quoque inuisa, dissimulo. Omitto Oedipum interfectorem patris, matris maritum, filiorum fratrem, vitricum suum: Sileri malo Eteoclem atque Polynicè mutuis laborasse concursibus, ne quis eorum parricida nõ esset. Nolo meminisse Medæ amore sæuo sauciæ, & pignoris parvulorum cæde gaudentis, & quicquid illis temporibus perpetratum conijci datur:



## PAVLI OROSII

46  
tur: qualiter homines sustinuerint, quod etiam astra fugisse dicuntur.

*Certamen inter Cretenses & Athenienses. Lapithas & Thessalos.*

## CAPVT XIII.

**A**Nno ante urbē conditā DLX. atrocissimum inter Cretenses atq; Athenienses certamen fuit: vbi populis vtrinque; infeliciter profligatis, cruentiorē victoriam Cretenses exercuerunt: qui nobilitū Atheniensium filios Minotauro, vtrum ferro homini, an inhumanæ bestiæ aptius dicā nescio, deuorandos crudeliter addicebant, atque informe prodigium effosis Græciæ luminibus saginabant. Iisdē diebus Lapithæ & Thessali famosis nimium certauēre conflictibus. Sed Thessalos Palæphatus, in libro primo incredibilium, prodit iplos à Lapithis creditos dictosq; fuisse centauros, eo quod discurrentes in bello equites, veluti vnum corpus equorum & hominum viderentur.

*Vesores rex Aegypti Scythas bello infestans, vincitur. Scythæ Asiam sibi subiiciunt.*

## CAPVT XIII.

**A**Nno ante urbē conditam CCCC. LXXX. Vesores rex Aegypti meridic & septentrionem, diuisas penē toto

## LIBER PRIMVS.

47

toto cœlo ac pelago plagas, aut miscere bello, aut regno iungere studens, Scythis bellum primus indixit, missis prius legatis, qui hostibus parendi leges dicerēt. Ad quæ Scythæ legatis responderunt, stolidè opulentissimū regem aduersus inopes sumpsisse bellū, quod timendū ipsi magis versā vice fuerit, propter incertos belli euentus: nulla præmia, & damna manifesta. Porro sibi non expectandum, dum ad se veniatur, sed vltro prædæ obuiam ituros. Nec mora: nā dicta factis insequuntur. Primum ipsum Vesorē territum refugere in regnū cogunt: destitutum vero exercitū inuadunt, omnemque belli apparatus capessunt. Vniuersam quoque Aegyptum populassent, nisi paludibus impediti, repellerentur. Inde cōtinuo reuersi perdomitā infinitis cædibus Asiam, vectigalem fecēre: vbi per XV. annos sine pace immorati, tandem vxorum flagitatione reuocantur, denunciantium, ni redeant, sobolem se à finitimis quæ situras.

*Amazonum origo, mores & facinora.*

## CAPVT XV.

**M**edio autem tēpore, apud Scythas duo regij iuuenes Plynos & Scolopythus, per factionem optimatum domo pulsi,



## PAVLI OROSII

pulsi, ingentem iuuentutem secum traxere, & in Cappadocia Ponticæ ora iuxta amnem Thermodoontem confederunt, campis Themiscyrijs sibi subiectis: vbi diu proxima quæque populati, conspiratione finitimorum per insidias trucidantur. Horu vxores exilio ac viduitate permotæ, arma sumunt, & vt omnibus par ex simili conditione animus fieret, viros qui supersuerant, interficiunt: atque accensæ in hostem, sanguine suo vltionem cælorum coniugum, finitimorum excidio consequuntur. Tunc pace armis quæ sita, externos concubitus ineunt, editos mares mox necant, feminas studiosè nutriunt, inuistis infantium dexterioribus mamillis, ne sagittarum iactus impedirètur: vnde Amazones dictæ. Harum duæ suère reginæ, Marpesia & Lampetoo, quæ agmine diuiso in duas partes, vicissim curam belli & domus custodiam fortiebantur. Igitur cum Europam maxima ex parte domuissent, Asia vero aliquantis ciuitatibus captis, ipsæ Ephelum aliaque vrbes condidissent, præcipuam exercitus sui partem onustam opulentissima præda, domum reuocant: reliquæ ad tuendû Asiæ imperium relictæ cum Marpesia reginæ

## LIBER PRIMVS.

49

gina concursu hostiû trucidantur. Huius locum capelsit Orithya filia, quæ singularem virtutis gloriam perpetua virginitate cumulauit. Hac fama excitas gentes tanta admiratio & formido inuaserat, vt Hercules quoque cum illius fuisset à domino suo exhibere arma reginæ, quasi ad ineuitabile periculum destinatus, vniuersam Græciæ lectam ac nobilem iuuentutem contraxerit, nouè longas naues præpararit: nec tamen contentus examine viriû, ex improviso aggredi, & insperatas circumuenire maluerit. Duæ tunc sorores regno præerât, Antiopæ & Orithyia. Hercules mari aduectus, incautas inermesq; & pacis incuria desides, oppressit. Inter cælas captasq; complurimas duæ sorores Antiopæ, Menalippe ab Hercule, Hippolite à Theseo retentæ. Sed Theseus Hippolytan matrimonio asciuit. Hercules Menalippen sorori reddidit, & arma reginæ prætio redèptionis accepit. Post Orithyiam Penthesilea regno potita est: cuius Troiano bello clarissima inter viros documenta virtutis accepimus.

*Epilogus historiae Amazonu: in quo præsentem Romanorum cecitatem insectatur.*

CAPVT XVI.

D

Proh



PAULI OROSII

**P**roh dolor, pudet erroris humani. Mulieres patria profugæ Europam atque Asiam, id est, plurimas fortissimasque mundi partes intraverunt, peruagatæ sunt, deleuerunt, centum penè annis eueredo vires plurimas, atque aliis constituendo tenerunt: nec tamen miserie hominum pressura temporum deputata est. Modo autem Getæ illi, qui & nunc Gothi, quos Alexander euitandos pronuntiauit, Pyrrhus exhorruit, Cæsar etiam declinauit, relictis vacuefactisque sedibus suis, ac totis viribus toti Romanas ingressi prouincias, simulque ad terrorem diu ostentati societatem Romani fœderis precibus sperat, quam armis vindicare potuissent. Exiguae habitationis sedem, non ex sua electione, sed ex nostro iudicio rogant: quibus subiecta & patente vniuersa terra, præsumere, quæ esset, libitum, liberum fuit. Semet ipsos ad tuitionem Romani regni offerunt, quos solos inuisita regna timuerunt: & tamen cæca gentilitas, cum hæc Romana virtute gesta non esse videat, fide Romanorum impetrata non credit, nec acquiescit, cum intelligat, confiteri beneficio Christianæ religionis (quæ cognatâ per omnes populos fidem iungit) eos viros

sine

LIBER PRIMVS.

sine prelio sibi esse subiectos, quorum foemina maiorem terrarum partem immensis caedibus deleuerunt.

*De raptu Helena & Troia excidio, cum admonitione ad lectorem.*

CAPVT XVII.

**A**T vero ante urbem conditam CCCC. XXX. anno, raptus Helena, coniuratio Græcorum, & concursus mille nauium, dehinc decennis obsidio, ac postremo famosum Troia excidium prædicatur. In quo bello per decem annos cruentissimè gesto, quas nationes, quantosque populos idem turbo inuoluerit, atque afflixerit, Homerus poeta in primis clarus, luculentissimo carmine palam facit: nec per ordinem nunc retexere nostrum est, quia & operi longum & omnibus notum videtur. Veruntamen qui diurnitatem illius obsidionis, euerisionis atrocitatem, eadem, captiuitatemque didicerunt, videant, si recte isto, qualiscumque est, presentis temporis statu offenduntur, quos hostes, occulta misericordia dei, cum per omnes terras instructis copijs bello persequi possint, pacis gratia pretæris obsidibus per omnia maria sequuntur: & ne forte hæc quietis amore facere credantur, seipsos ad pericula sua

D 2 pro



PAVLI OROSII

pro Romanorum pace aduersus alias gentes offerunt.

*Aeneæ in Italiam aduentus, & varia clades eiusdem temporis.*

CAPVT XVIII.

**P**Aucis præterea annis interuenientibus, Aeneæ ex Troia profugi aduentus in Italiam, quæ arma commouerit, qualia per triennium bella excitauerit, quantos populos implicuerit, odio excidioque afflixerit, ludi literarij disciplina nostræ quoque memoriæ \* inusitum est. Horum præterea temporū medio interiacente exilia naufragiaque Græcorum, Peloponnesium clades Codro moriente, fatorum ignari Thraces, noua in bella surgentes, & generalis tunc per totam Asiam Græciamque commotio.

*De Sardanapolo rege Assyriorum. De Pharaorte, Diocle, & Astyage regib. Medorum. De Cyro rege Persarum.*

CAPVT XIX.

**A**Nno ante urbem conditam LXIII. nouissimus apud Assyrios regnauit Sardanapalus, vir muliere corruptior: qui inter scortorum greges \* femineo habitu purpuram colo tractans, à præfecto suo Arbato, qui tunc Medis præerat, uisus

LIBER PRIMVS.

53

sus atque execrationi habitus, mox etiam excitis Medorum populis ad bellum pro-uocatus, & victus, ardenti pyræ se iniecit. Exin regnum Assyriorum in Medos con-celsit. Deinde multis prælijs vndique sca-tescentibus, quæ per ordinem differere nequaquam aptū videtur, per varios pro-uentus ad Scythas Chaldæosque, & rur-sus ad Medos parili via redit. In qua bre-uitate pensandum est, quantæ ruinæ cla-delque gentium fuere, quanta bella fluxe-runt, vbi toties tot & talia regna mutata sunt. Post hæc Medis Phraortes imperi-tauit, qui creberrimis Persarum Assyrio-rumque bellis viginti & duos regni sui an-nos consumpsit. Post hunc Diocles re-gnauit, vir armis experientissimus, sem-perque bellis immoratus, qui auctum latè imperium moriens Astyagi dedit. Astya-ges virili prole vacuus, Cyrum nepotem apud Persas genitum habuit. Sed Cyrus, mox vt adoleuit, congregata Persarū ma-nu, auro certamen indixit. Porro Astya-ges oblitus sceleris sui, quod in Harpagū dudum admiserat, cum filiū eius vnicum & paruulum interfecit, epulandumque patri apposuit, ac ne quid in foelicissimæ orbitati foelix ignorantia subtraheret, in-



PAVLI OROSII

fames epulas, ostensis patri cum capite manibus, improperavit. Huius ergo facti immemor, ipsi Harpago summam belli committit, qui acceptum exercitum statim Cyro per proditionem tradit. Quo comperto, Astyages raptis secum copijs, in Persas ipse proficiscitur, acriusque certamen instaurat, proposito suis metu, si quis è prælio cedere moliretur, ferro exciperetur. Qua necessitate instanter Medis pugnantibus, pulsa iterum Persarum acies, cum paulatim cederet, matres & vxores eorum obuiam occurrunt, orant, in prælium reuertantur: cunctantibus, sublata veste, obscœna corporis ostendunt, quærentes, num in vteros matrum vel vxorum vellent refugere. Quo facto erubescens in prælium redeunt: & facta impressione, quos fugiebant, fugere compellunt. Ibi tunc Astyages capitur, cui Cyrus nihil aliud quam regnum abstulit, eumque maximè Hyrcanorum genti præposuit. In Medos vero ipse reuerti noluit. Is finis imperij Medorum fuit. Sed ciuitates quæ tributariæ Medorum erant, à Cyro defecerunt: quæ res Cyro multorum bellorum causa & origo extitit.

De

LIBER PRIMVS.

De Phalaridis tyrannide, & Aremulli Latinorum regis flagitijs.

CAPVT XX.

**E**A tempestate Phalaris Siculus Agrigentinos arrepta tyrannide populabatur. Qui crudelis mente, commentis crudelior, omnia nefariè in innocentes agens, inuenit aliquando quem iustè puniret iniustus. Nã Perillus quidam æris opifex affectans tyranni amicitiam, aptum munus crudelitati illius ratus, taurum æneum fecit cui adfabre ianuam è latere composuit, quæ ad contrudendos damnatos receptui foret: vt cum inclusus ibidè subiectis ignibus torreretur, sonû vocis extortæ capacitas concaui æris auget, pulsuque ferali competens imagini murmur emitteret, nefarioque spectaculo mugitus pedis, nõ hominis gemitus videretur. Sed Phalaris factum amplexus, factorem execratur, & vltioni materiam præbuit, & crudelitati: nã ipsum opificem sua inuentione puniuit. Fuerat etiã paulò superiore tempore apud Latinos rex Aremulus, qui per annos octodecim flagitijs impietatibusque crescens, ad postremum diuino iudicio fulmine interceptus, matura supplicia immatura ætate dissoluit. Eligant nunc

D 4



PAVLI OROSII

nunc (si videtur) Latini & Siculi, vtrum in diebus Aremlu & Phalaridis esse maluissent, innocentum vitas pœnis extorquentium, an his temporibus Christianis, cùm imperatores Romani ipsa in primis religione compositi, post communitas reipublicæ bono tyrannides, ne ipsorum quidem iniurias exigunt tyrannorum.

*Bellum inter Peloponneses & Athenienses, de Amazonum & Cimmericorum in Asiam incurfu, de diutina obsidione & expugnatione Messena. Bellum Atheniensium contra Lacedæmonios, Peloponnesium & Bœotiorum contra Athenienses.*

CAPVT XXI.

**A**Nno ante urbem conditam XXX. Peloponnesium Atheniensiumq; maximum bellum totis viribus animisque commissum est: in quo mutuis cœdibus ad hoc coacti sunt, vt velut victi se ab alterutro subtraherent, bellumque defererent. Tunc etiam Amazonum gentis & Cimmericorum in Asiam repentinus incurfus plurimam diu latè vastationem stragemque edidit. Anno vicesimo ante urbem conditam, Lacedæmonij contra Messenios propter spretas virgines suas in solenni Messeniorum sacrificio, per annos viginti inde-

LIBER PRIMVS.

indefesso furore bellantes, ruinae suae totas Graeciae vires implicuerunt: qui cum se magnis execrationibus deuouissent, sacramentisque obstrinxissent, domum, nisi Messena expugnata, nunquam esse redituros, ac per decem annos longa fatigati obsidione, nec tamen aliquem vincendi fructum adepti, porro autem & querelis vxorum super longa viduitate, & periculo sterilitatis contestantium permoti reuocarentur, consultatione habita, veritine intercepta spe sobolis sibi magis hac perseuerantia, quam Messenijs perditio nutriretur, selectos in exercitu eos, qui post iusiurandum in supplementum militiae venerant, Spartam remittunt, quibus promiscuos omnium foeminarum concubitus permiscere, infami satis, nec tamen inutili licentia. Ipsi autem proposito infestantes, expugnant fraude Messenios, victos seruitio premunt. At illi cruentam diu dominationem inter verbera, & vincula perpressi, iugum excutiunt, arma sumunt, bellum instaurant. Lacedæmonij Tyrtaum poetam Atheniensem ducem praelio legunt: qui tribus conflictibus fusi, amissum exercitum, vocata in libertatem seruorum manu suppleuerunt. Sed cum sic



## PAULI OROSII

quoque desistendum certamini propter  
metum periculi arbitrarentur, Tyrtęi po-  
ętę & ducis cōposito carmine & pro cō-  
cione recitato, rursus accęsi, mox in cer-  
tamen ruunt: tantaq; vi animorum con-  
cursum est, vt raro vnquam cruętius prę-  
lium exarserit. Ad postremum tamen vi-  
ctoria Lacedęmoniorū fuit. Tertio Mes-  
senij reparauęre certamę. Nec Lacedęmo-  
nijs mora. Multas in auxiliū copias vtrin-  
que duxerūt. Athenienses vero Lacedę-  
monios alibi intentos ę diuerso aggredi  
parant. Nec Lacedęmonij quieuęre: nam  
ipsi in Messenios occupati, Peloponnęles  
immiserunt, qui Athenienses pręlio exci-  
perent. Athenienses autē missa in Aegyptū  
parua classe, impares viribus nauali con-  
gressu facile vincuntur. Dehinc recepta  
classe, aucti etiā militum robore, victores  
in pręliū vocant. Lacedęmonij quoq; o-  
missis Messenijs, in Athenięles arma con-  
uertunt. Diu graues & varię pugnę, &  
anceps victorię status: ad postremū pen-  
dente euentu, vtrinq; discessum est. Scien-  
dum tamen est, maxime ipsam esse Spar-  
tam, quam & Lacedęmoniam ciuitatem  
dicunt, atque inde Lacedęmonios, Spar-  
tanos dici. Igitur inde reuocati Lacedę-  
monij

## LIBER PRIMVS.

59

monij ad Messeniorum bellum, ne medi-  
um tempus otiosum Atheniensibus relin-  
querent, cū Thebanis paciscuntur, vt Boę-  
otiorū imperiū eis restituerent, quod tē-  
poribus belli Perfici amiserāt, si illi Athe-  
nensium bella susciperent. Tanta furor  
Spartanorum erat, vt duobus bellis impli-  
citi, suscipere tertium non recusarent,  
dūmodo inimicis suis hostes acquirerent.  
Athenienses tanta bellorum tempestate  
permoti, duos duces delegerunt: Peri-  
clem spectatę virtutis virum, & Sopho-  
clem scriptorem tragędiarum: qui diuiso  
exercitu, & Spartanorum fines latę popu-  
lati sunt, & multas Asię ciuitates Atheni-  
ensium imperio adiecerunt. Hinc porrō  
per annos quinquaginta in certa semper  
victoria terra mariq; pugnatum est, do-  
nec Spartani & opibus imminutis & fide  
profligata, socijs quoque probro fuęre.  
Sed hęc per totętatam volumina incubu-  
isse Gręcię parui penditur. Nunc autem  
interpellari interdū voluptates, & impe-  
diri parumper libidines non sustinetur.  
Quamquam inter illius tēporis homines  
atque istius hoc interest, quod illi æquo  
animo hęc intoleranda tolerabant, quia  
in his nati vel enutriti erant, & meliora  
non



PAVLI OROSII LIB. I.  
non nouerant: isti autem perpetuo in vita  
sua tranquillitatum & deliciarum sereno  
assuefacti, ad omne vel modicum obdu-  
ctæ sollicitudinis nubilum commouëtur.  
Atque utinam ipsum depulsorem huius  
vel modicæ inquietudinis precarentur,  
cuius munere hanc ignoratam alijs tem-  
poribus iugitatem pacis habuerunt. Et  
quoniam spondidisse me memini, cum  
veluti articulis quibusdam dicendi ordi-  
nem definirem, dicturum me esse ab orbe  
condito vsque ad urbem conditam, huic  
volumini, quod ab orbe condito explicu-  
imus, finis hic sit: ut ab urbe condita sequens  
libellus incipiat, qui contextiora illo-  
rum temporum mala, exercitatio-  
ribus quippe ad nequitiam  
atq; eruditioribus ho-  
minibus, conti-  
nebit.

FRANC.

61  
FRANC FA-  
BRICII MARCO-  
DVRANI IN PAVLI

Orosij Historiarum li-  
brum primum

Annotationes.

SED his, quos amant, zelant.) *His, non hos, est in nostris manuscriptis. Ζηλοῦν etiam in sacris literis cum datiuo legitur. Catelli sub mensa) Legitur & de mensa. Apud Matth. cap. 15. est τὰ κυνάρια ἐστὶν ἀπὸ τοῦ ψυχίων τοῦ πιπλόν τοῦ ἀπὸ τῆς τραπέζης τῆς κυνίων αὐτοῦ.* Beatus etiã Tobias.) Tobias. 6. Aduersum hos ipsos.) Hinc cognoscitur quo tempore hanc historiam conscripserit Orosius, nimirum post Romam captam sub Honorio Imperatore, anno Christi CCCCX. qua de re dicemus lib. vlt. cap. 29. Cum ergo Augustinus iam decimum de Ciuitate Dei perfecisset, atq; vndecimum conscriberet, tum Orosius noster hac scribere aggressus est.

In Caput primum.

Annitria millia CLXXXIII.) Hunc numerum nos in omnibus libris inuenimus. quod propter varietatem, que in primis temporibus inuenitur, statutum relinquere volumus. Varietatem Hebraeorum & Græcorum librorum diuersitas peperit. Lege pra-



## IN PRIMO LIBRO

prater alios Augustinum de Ciuitate dei lib. 15. cap. 10. Eusebius, Orosius, Cassiodorus & posteriores magis Græcos quàm Hebræos secuti sunt. Abraham, auctore Eusebio, natus est anno XLIII. imperij Nini regis.

## In Caput Secundum.

In hoc capite, quo orbis terrarum summam describitur, sunt nonnulla vocabula barbara, quæ apud alios scriptores non facile inuenias. in ijs nos antiquorum librorum auctoritati plurimum tribuendum putauimus. In eo tamen quod hic legitur, In Roxolanorum finibus, impressam lectionem retinimus. Nam in manuscriptis est, Rhobascorum, ut alij quoque annotarunt. Super lacum Caleartium.) Gerardus Bolsuinge, qui primam Hitortorianam editionem è vetustis libris emendauit, ex illis annotauit legi, Alearsum & Chalearsum. Nos in manuscriptis, Halearzum, Calearsum, & Caleartum, inuenimus. Promontorium Caligardamana.) Sic est in vetustis, cum in vulgaris legatur, Calligicum. A ciuitate Dacula.) Ita nos ex iisdem libris, pro quo vulgo, Dascusa, & Dagusa, legitur. Apud Plinium lib. 5. cap. 24. & lib. 6. cap. 19. hoc oppidum, Dascusa, nominatur. Libyæ Aegyptiæ.) In duobus manuscriptis est, Libyo Aegyptiæ: apud Plinium lib. 5. cap. 7. Libyægyptij, eoque super Getulos habitare tradit. Parchoatras.) Hic Straboni est Parchoatras, Plinio Choatras, Dahas ac Araucas.) Ita Bolsuinge scripsit, cum ante, Dahaccarancas, & Dach-

## ANNOTATIONES.

63

Dachastauriocas, legeretur. Nostri antiqui partim, Daassacauracas, partim, Daassacarauacas, habent. Montani Paropamisadae.) Vulgo legitur, montana Paropamisada: nos libros vetustos secuti sumus. Stephanus, παροπαμμοσάδασι παροικουδικῆς, ἀφ' οὗ περ παροπαμμοσάδασι παροικουδικῆς. Απολλόδωρος δ' ἐν δευτέρῳ περὶ γῆς, ἀπ' αὐτοῦ φησι τὸ τὸ ὄρος κεκληῖσθαι, αἱ δὲ το χατοικουτες, παροπαμμοσάδασι. Apud Arrianū hoc nomen montano σ, modo gemino scribitur: sed apud Diod. & Eusthatium Dionysij interpretū vnicum σ habet. Montes Acroceraunios.) Legitur & Acroceraunia. Horat. lib. 1. Carm. Qui vidit mare turgidum, & infames scopulos Acroceraunia. Dio. lib. 41. ἐπερωσάδι πρὸς τὰ ἄκρα τὰ κεραύνια ὠνομασμένα. Vbi Brigantia Callæciæ.) Ita scripsimus ex libro vetusto, pro quo in vulgatis est, Galleciæ. Dio. lib. 37. βεργάδι τοῦ πόλεως μαχίας dicit. In auersa Galliarum parte.) Auersa non aduersa, recte est in manuscriptis. Regio Arzugum.) Azotum, quod alij ascripserunt, nos in nullis antiquis inuenimus Byzacium.) Vulgo mēdose Byzantium legitur De Byzacium Plinius lib. 5. cap. 4. In vetusto Indice dignitatum & administrationum Romanarum, iam Bizacium, iam Bisacium legitur Ruscicada.) Apud Plinium lib. 5. cap. 3. & Mellam lib. 1. cap. 7. est, Ruscicade. Inter Abennen & Calpen.) Hauennen, Habennen, & Abennen scriptum inuenitur. Intelligit duas columnas Herculis: quarū vna Europæa à barbaris Calpæ græcis ἀλόβη nominatur: altera Libycæ ab illis Abenne, ab his κονηγετιχὴ dicitur, auctore Eustathio in Dionysi-



Dionysium, APeloro in Pachynū millia passuum CLIX.) in vno manuscripto est, CXLIX. in alijs CLIX. Si Strabonis stadia sequamur, minor numerus prior videbitur.

### In Caput Tertium.

Ac perinde humanum genus.) Ante hac verba in vulgatis additur, morti se substrauisset: qua quando in nullis libris antiquis inuenimus, tanquam supposititia, nihil tamen prauidicantes, deleuimus. Deinde refuso sub Noë) Dua postrema voces in lib. vet. non leguntur & possunt non incommode abesse. Ex iudicio & coniectura lapidum.) Genes. 8. legimus arcam Noë requicuisse super montes Ararath, id est, Armeniz. vbi, auctore Hieronymo, vsque hodie eius permanent vestigia. de Ararath idem vndecimo Commentariorum in Esaiam, Iosephus lib. 1. Antiquit. scribit Armenos loco, in quo Noë ex arca egressus est, ἀποβατήριον nomen fecisse.

### In Caput Quartum.

Ninus rex Assyriorum.) Ninus nō primus, sed tertius Assyriorum rex fuit, vt ex Beroso notum est. Sed quia Ninus est πρῶτος τῶν εἰς ἰσοπλάγ & μὲν μὲν παραδεδομένον, vt scribit Diodorus initio lib. 2. iccirco à Nino historici, in quibus Ctesias, Diodorus, Eusebins, Iustinus, Orosius, Casiodorus & alij, initium fecerunt. Torpentemque excitauit.) Hunc lo cum nos ex fide librorum manuscriptorum emendauimus, quamuis vulgata lectio ferri posse videretur. Nouissimè Zoroastrem.) Zoroastrem hunc regem Trogus Pompeius nominauit, qui in Gracis Diodori

dori Siculi libris, quos beneficio Henrici Stephani habemus, οὐραγρῆς appellatur, cum à Latino Interprete Zoroastes vocetur. Berosus lib. 5. Camefenum nominat, qui in Bactrianis magno presidio regnum stabiliiuit, eumque non à Nino, sed à Ninya Nini filio victum & interfectum scribit Huic mortuo Semiramis successit.) De Semiramide copiosè Diodorus lib. 2. Indis bellum intulit.) Præter Diodorū lege Augustinum de Ciuit. Dei lib. 18. cap. 2. Strabo lib. 15. ex Megasthene refert, Semiramidem prius quam ex India egrederetur, perijisse.

### In Caput quintum.

Inter alios etiam Cornelius.) In alijs mendose legitur, inter alia. Locus est apud Tacitum lib. 21. De hac regione legendus etiam Egesippus. lib. 4. cap. 18. Specie solidam.) Vulgo legitur, solida. in Tacito est, terramque specie torridam. Ego sicut in clytas.) Inclytas, est etiam in vetustis. At in Tacito est, Iudaicas. In confinio Arabiz.) De euerfione harum ciuitatum Moses Genes. 19. Indignationis furor accensus.) Vulgo legitur, iudicium accensum est. Vocem, iudicium, in nullis manuscriptis reperi: sed quod est in optimo libro Cornelij Gualteri reposui.

### In Caput septimum.

Telchines & Carpathij.) Telchines non Telchises, ideo scripsimus, quod ab his Rhodum occupatam Orosius statim scribat: qui autem Rhodum occuparunt, à Gracis Telchines dicuntur, de quibus



bus præter Strabonem Diodorus lib. 5. τὴν δὲ νῆσον τὴν ἐνομαζομένην ῥόδον παρῶτον κατὰ κῆσαν οἱ προσαναγορεύομενοι τελεχίνες. id est, Rhodum insulam primi tenuerunt, qui Telchines appellantur. In Eusebii Chronico hæc res ita descripta legitur, Telphais & Carsatis aduersus Phoroneum & Parrhasios instituunt bellum. in vno manuscripto, Carsatij, legitur. Aduersus Phoroneum.) Secundus hic Argiuorum rex fuit, auctore Eusebio cuius meminit Plato in Timæo. Pausanias lib. 2. scribit, hunc dispersos ante Argiuos, & seorsum habitantes in vniuersa ciuitatis ius compulisse. Apud Dionysium Alicarnassum lib. 1. legimus, ἀρξιδὸν καὶ φορωνα πρώτους ἐν Πελοποννήσῳ ἐβασίλευσαν. (Parapasios.) Alij ascripserunt legi etiam, Paphasios. Ego in vno manuscripto, Parapasios, scriptum inueni. in alijs, Paphasios. Quæ Ophiussa.) Stephanus, ῥόδος νῆσος ἐπιφανέστατη. ἐκαλεῖτο ὀφίεσσα δὲ ὀφραία. Apud Strabonem, & Dionysij Afri interpretem ὀφίεσσα legitur. Quod quia Ogigij.) Augustinus lib. 18. de Ciuit. Dei cap. 3. ait inter scriptores non conuenire, quando Ogygius ipse fuerit, cuius temporibus diluuium fuit. Orosius eandem rationem cum Eusebio secutus est.

### In Caput octauum.

Adeo, vt etiam agrorum sterilitatem.) Apud Iustinum lib. 36. hæc plenius ita leguntur, Adeo, vt etiam agrorum sterilitatem ante multos annos prouiderit, perijissetq; omnis Aegyptus fame, nisi monitu eius rex edicto seruari per multos annos fruges iussisset.

iussisset. Scabiem & vitiliginem.) Sic etiam infra cap. 10. legitur. cum in vulgatis Iustini libris sit, scabiem & pruriginem. Sed habeo manuscriptum Iustini exemplar, in quo, scabiem & vliginem, mendosè quidem legitur, sic tamen vt veræ lectionis vestigia appareant Cui placet, obliuiscitur.) Sententia Ciceronis ex oratione pro Murena. Fuit itaque hæc fames.) Hæc temporis notatio ex Eusebii Chronico sumpta est, atque apud Augustin. quoque legitur li. 18. de Ciuit. ca. 4. Historia ipsa extat Gen. 44. & li. 2. Antiq. Iosephi. Cui vectigal, vectigal.) Locus est apud Paulum ad Rom. 13.

### In Caput nonum.

Amphictyon.) Vulgo hic, & lib. 2. Iustini mendosè, Amphitryon scribitur, cum Amphictyon. legendum esse non modo è libris vet. verum etiam è Pausania lib. 1. constet: vbi scribit, Cecrope mortuo Cranaum regno Athenarum potitum fuisse, quem Amphictyon per vim expulerit. De hoc diluuius Augustinus de Ciuitat. Dei. lib. 18. cap. 10. His temporibus, inquit, vt Varro scripsit, regnante Athenis Cranao successore Cecropis, vt autem nostri Eusebius & Hieronymus, adhuc eodem Cecrope permanente diluuium fuit, quod appellatū est Deucalionis, eò quod ipse regnabat in eadē earū terrarū partibus, vbi maximè factum est. Tunc etiam in Aethiopia.) Hæc ex Eusebii Chronico descripta sunt. Subactam Indiam Liber pater.) Liberum patrem Indos subegisse Clitarchus quoque in suis historijs de Alexandro scripsit, vt refert Apollonij



## IN PRIMVM LIBRVM

Ionij Rhodij Scholiastes lib. 2. Argonaut. Verum quis hic liber pater, siue διόβορος, fuerit, non sine causa querit Arrianus initio lib. 5.

### In Caput Decimum.

At vero Cornelius.) Hac sunt apud Cornelium Tacitum initio lib. 2. Quomodo autem nos locum descripsimus, ita in Taciti & Orosii manuscriptis libris legitur. Ab utrisque deserti.) Hac verba, quamuis in nostris vetustis non legantur, tamen quia sunt apud Tacitum, reliquimus. Sicut per eum dicta.) Exposuit hac Moses in Exodo. Ridiculam Phaëtonis fabulam.) Cum hac narratione conueniunt quae Plato in Timaeo de Phaëtonte scribit.

### In Caput XI.

Inter Danaï atque Aegyptij.) Danaïdum notum facinus est, de quo etiam Virg. lib. 10. Aen. Impresumq; nefas, vna sub nocte iugali. Casa manus iuuenum sedè, thalamiq; cruenti.

Sthenelam, qui eum profugum.) Sthenelum, vulgo hic corruptè legitur, sicut & in Eusebij Chronico hoc nomen deprauatum est. Ceterum Pausanias in Corinthiacis scribit, Danaum ex Aegypto venientem, non Sthenelam, Sthenela filium Gelanorem regno exputisse. Busiridis in Aegypto.) De Busiridis ζευχτορία præter Isocratem Diodorus in posteriore parte lib. 1. Augustinus de Ciuitat. dei lib. 18. cap. 12. Illo, inquit, tempore vel rex, vel potius tyrannus Busiris suis dijs suos hospites immo-

labat.

## ANNOTATIONES.

69

labat. Quod execrabile hominibus.) Hic locus alter in libris impressis legitur: sed nos religioni habuimus à veteri scriptura vel vnguenti discedere. Terei facinus notum est ex Ouidiana Metamorphosi. lib. 6. Iisdem temporibus Perseus.) Perseus Iouis & Danaes filius profectus ad Cepheum Beli F. eius filiam Andromedam vxorem duxit, ex eaq; filium Persem sustulit: à quo Perse, qui antea Cephenes & Artai appellabantur, nomē sortiti sunt, Herodot lib. 7.

### In Caput XII.

Tantalus rex.) Que hoc capite de Tantalos Cadmo alijsq; dicuntur, de illis, cum in vulgus nota sint, putidum est aliquid scribere. Medæ amore sæuo sauciæ.) Respicit illum locū Ennij ex Medea, Nam nunquam hera errans mea domo efferret pedē Medea animo agra, amore sæuo sauciā. Qui locus extat lib. 2. Rhetoricorum ad Herēnium, atque de illis Euripidianis expressus est.

Οὐ γὰρ ἀνδέρποιν' ἐμὴ  
Μιδεία πύργῳ γῆς ἐπλευσ' ἰωλκίδος  
Ἐρωτὶ θυμὸν ἐκπλαγῆσ' ἰασονος.  
Meminit & Cicero in Caliana.

### In Caput XIII.

Atrocissimum inter Cretenses.) Hoc bellum Minos rex Cretensium contra Athenienses mouit propter Androgei interitum, de quo & Minotauro Diodor lib. 4. Plutarchus in Theseo, Pausanias lib. 1. Iisdem diebus Lapithæ.) De Lapithis & Cen-

tauris



tauris prater Palaphatum, quem Orofius laudat, est legendus Diod. lib. 4.

In Caput XIII.

Vefores rex Aegypti.) Libri veteres partim Vefozes, partim Veloges habent. In Iustini libris impressis est Vexores, in nostro manuscripto, Vizores: vt fortasse Vezores rectum sit. Quidam putant hunc esse eum, quem Herodot. lib. 2. σέσωσεν nominat, & Scythas domuisse scribit. Tu lege Iustinum lib. 2.

In Caput XV.

Plynos & Scolopythus.) Posterius nomen varie hic & apud Iustin. a quo hac desumpta sunt, scriptum inuenitur. Nam & Scolpithus, & Scolopitus, & Scolopesius, & Scolopetius in diuerfis libris legitur. In Cappadociae Ponticae ora.) In Iustini libris est, In Cappadociae ora. De Themiscyra prater alios Diodor. lib. 2. & Stephanus, θεμισκυρα πόλις, ἣ ἐστὶν ἀντίον θεμισκυρίου: καὶ οἱ δικοῦντες τὴν χώραν θεμισκυριοί. Viros qui superfueraunt.) Superfueraunt, non, supererant, est in vetustis. Ephorus lib. 9. vt est in Scholijs Argonauticorum Apollonij, scripsit Amazonas contumelys affectas a viris, cum illi ad bellum quoddam extra fines profecti essent, eos qui domi remanserant interfecisse, ceterosq; redeuntes non recepisse. In Iustis inf. dexterioribus mamillis.) Sic Diodorus lib. 2. scribit, Amazonas τῶν δηλυτέρων τὸν δεξιὸν μασθὸν ἐπιχρατεῖν, ἵνα μὴ χεῖρὰ τὰς

τὰς μασθὰς τῶν σωματίων ἐπαρόιδμος ἐνοχλή. ἀφ' ἧς αὐτίς συμβεῖναι τὸ ἔθνος τῶν ἀμαζόνων ταύτης τυχεῖν τῆς προσηγορίας. Hoc est, virgibus dextram mannam inurere, ne in praelijs tumore suo corporis agilitatem impediatur. eaq; de causa factum, vt Amazonum gens hoc nomen inuenit. Marpesia & Lampeto.) Ita sine vlla varietate in nostris manuscriptis libris Orofij & Iustini harum reginarum nomina descripta leguntur, non vt in vulgatis, Marthesia & Lampeo. Ipsae Ephesum, aliasque vrbes.) Ab Amazonibus, auctore Strabone lib. 11. conditas & cognominatas ferunt, Ephesum, Smyrnam, Myrrhinam & Paphen. Meminit Eustathius quoque in Dionysium. Huius locum capessit Orithyia.) Sic Iustinus scribit in locum Marpesiae filiam eius Orithyiam regno successisse. Hic tamen in vetustis libris est, Huius locum Sinope filia capessit. Vt Hercules quoque cum iussus, &c.) Hercules dominus fuit Eurystheus, qui illi duodecim labores exantlandos praescripsit. Hunc autem laborem Diodorus lib. 4. exponens ait, ἡρακλῆς δὲ λαβὼν πρόσαγμα τὸν ἱππολύτης τῆς ἀμαζόνος ἐνεχκεῖν ζωστῆρα, τὴν ἰδίαν τὰς ἀμαζόνων στρατεῖαν ἐποιήσατο. Id est, Cum Herculi mandatum esset, vt Hippolyta Amazonis cingulum afferret, expeditionem contra Amazonas suscepit. Itaque Orofius per arma intelligit, ἱππολύτης ζωστῆρα παραύλο, vt Apollonius lib. 2. Argo vocat. Lege etiam doctissimum Commentarium Isacij Tzetze in Lycophronis Cassandra. Duæ sorores Antiopae.)



Diodorus scribit, Herculem e captiuus Antiopam The-  
seo donasse, Menalippam accepto baltheo liberasse.  
Apollonius Rhodius canit, Hippolytam Herculi bal-  
theum donasse, vt Menalippam per insidias captam  
liberaret. Tzetzes mauult, Antiopam fuisse, ex qua  
Theseus Hippolytum susceperit, quam Hippolytam,  
vt Lycophoron scripsit. ἀλλὰ δαυμασὸν οὐκ ἔστιν ἕδει  
πραγμασιν οὕτω παλαιοῖς πλάττειν τὴν ἰσορίαν,  
ait Plutarchus in Theseo de hoc ipso agens: quem le-  
ge. Post Orithyiam Penthesilea.) Penthesilea  
Amazonum regina post Hectoris cadem Troianis au-  
xilium venit, magnoq; numero Gracorum occiso.  
tandem ipsa fortiter pugnans ab Achille interfecta  
fuit, Diodorus lib. 2. Dictys Cretensis lib. 4.

In Caput XVI.

Getæ, qui & nunc Gothi.) Sic Hierony-  
mus in Genesin, Gothos ab eruditis antiquis Ge-  
tas nominatos esse testatur. Getas autem trans  
Aemum apud Danubium sedes habuisse auctor est  
Diodorus libro. 51. & in Domitiano Xiphilinus ex  
eodem. Idem Diodorus librum de rebus Gothorum  
ἑρξὶνὸν inscripserat, vt ex Suida cognoscitur. Clau-  
dianus etiam passim Getarum nomine Gothos in-  
telligit. Sed graci rerum ecclesiasticarum scripto-  
res illos γόρδεως vocant. Quos Alexander eui-  
tandos.) Strabo lib. 7. scribit, Alexandrum in ea ex-  
peditione, quam aduersus Thracas trans Aemum in-  
colentes suscepit, ad Getas penetrasse, eorum-  
q; ciuitatem in suam potestatem  
redegisse.

In

In Caput XVII.

CCCCXXX.anno.) Ita scripsimus ex auctori-  
tate librorum manuscriptorum, cum vulgo legatur.  
CCCCXXX. & amplius anno. De hoc numero  
plura dicemus libro sequente, cap. 4. Concursum  
mille nauium.) Rotundus numerus classis Graco-  
rum, vt apud Virg. 2. Aeneid. & apud Ouid. 13. Me-  
tam. mille carina. Apud Euripidem in Oreste Chorus  
Menelaum sic affatur. Ω χιλιάων σκατ' ὄρμισσας  
εἰς γῆν ἄσιαν, χαίρ' vbi in Scholijs notatur, ἀπρη-  
τισμένω ἐχρήσατο ἀριθμῶ. τοσαύται γὰρ ἦσαν αἱ  
νῆες τῆς ἐλλόνων, χιλίαι πρὸς ταῖς 500. Ergo ille vo-  
luit, naues fuisse, MCLV.

In Caput XVIII.

Aeneæ ex Troia profugi. Quod Orosius sua  
memoria ludi literarij disciplina instum de Aenea  
scribit, id hodie quoque ex Virgilio in Scholis pueri  
cognoscunt. Codro moriente.) Nota historia est  
ex Eusebij Chronico, Iustini lib. 2. Velleij. 1. a quibus  
nonnihil discrepat Valerius Max. lib. 5. cap. 7. Elean-  
tissime rem persecutus est Lycurgus in Leocratē Pau-  
sanias lib. 1. scribit, Codrum non longe ab Ilisso à Pe-  
loponnesibus interfectum.

In Caput XIX.

Sardanapalus.) De Sardanapalo Iustinus lib. 1.  
Diodorus lib. 2. copiose & Velleius Paterculus lib. 1.  
Apræfecto suo Arbato.) Vulgo hic Arbasto &  
Arbactio, sicut libro seq. cap. 2. Arbastus & Arba-  
stus



IN LIBRVM PRIMVM

Etus legitur. sed quod scripsimus, id est in libris manuscriptoris utroq; loco. Post hæc Medis Phraortes. Orosius hic secutus nescio quem, dissentit ab Herodoto & Eusebio, qui Phraortem Deioclis, siue Deiocis filium faciunt, eiq; in regno Medorum successisse tradunt. Apud Metasthenem & Diodorum sunt alia nomina horum regum. Post hunc Diocles. Diocles est etiã in manuscriptis. In Eusebij Chronico Deiocles legitur. ab Herodoto διοκλης nominatur. Astyages virili prole vacuus. Hæc historia scribitur ab Herodoto li. 1. & Iust. item lib. 1. Per proditiõnem tradit. Legitur & tradidit, ut est apud Iustinum: in cuius libris impressis mendosè, deditiõnem, legitur, cum in antiquis rectè sit, proditiõnem.

In Caput XX.

Nam Perillus. Hic Perillus aris opifex Plutarcho in Par. est, περιλλος τῆ τέχνη χαλκουργός. què Luc. in Phalar. 1. περιλαον nominat. De eodem Plin. lib. 34. cap. 8. Aremulus) Fuit hic xij. rex Latinorum: qui in Livij lib. dicitur, Romulus Silvius. Dio. ἀλλοδων nominat, de q; illius impietate plura scribit.

Propter spretas. Apud Iusti. lib. 3. vnde hæc descripta sunt, legitur, propter stupratas virgines. Paus. lib. 4. scribit in ipso bello Caryatidas virgines Dianæ choros agitantes à Messenijs raptas fuisse, quas iuventus quidem vino calefacta stuprare voluit, sed Aristomenes dux integras suis reddidit. Tyrtæi carm.) Hoc carmen alternis versibus longiusculis cõpositũ fuit, q; ut armatis militib. Spartanis ad regis

taber

Caput XXI.

ANNOTATIONES.

tabernaculũ cõvocatis recitaretur lege sancitũ fuit ut ait. Iyc. κατὰ λεωκροίτης vbi carne illud extat.

PAVLI OROSII LIBER II.

De regnorum mutatione dei providentia facta. CAPVT I.

Neminem iam esse hominũ arbitror, quem latere possit, quod hominem in hoc mundo deus fecerit: vnde etiã peccante homine mundus arguitur, ac propter nostrã intemperantiã comprimendã terra hæc, in qua vivimũs, defectu cætorũ animalium, & sterilitate suorũ fructuum castigatur. Itaq; si creatura dei, merito & dispensatio dei sumus, quis enim magis diligit, q̃ ille qui fecit? Quis aut̃ ordinatius regit, q̃ is qui & fecit & diligit? Quis vero sapientius & fortius ordinare & regere facta potest, q̃ qui & faciẽda prouidit, & prouisa perfectit? Quapropter omñ potestati à deo esse, omnemq; ordinationẽ, & q; nõ legerant sentiũt, & qui legerũt cognoscunt. Quod si potestates à deo sunt, quãto magis regna, à quibus reliquæ potestates progrediũtur? Si aut̃ regna diuersa, quãto eq̃ us regnũ aliquod maximũ cui



cui reliquorum regnorū potestas vniuersa subijctur: quale à principio Babylonium, & deinde Macedonicum, fuit, post etiam Africanum, atque in fine Romanum, quod vsque ad nunc manet: eademq; ineffabili ordinatione per quatuor mundi cardines, quatuor regnorum principatus, distinctis gradibus eminentes: vt Babylonium regnum ab oriente, à meridie Carthaginense, à septentrione Macedonicum, ab occidente Romanum: quorum inter primum & nouissimum, id est, inter Babylonicum & Romanum, quasi inter patrem senem ac filium paruum, Africanum & Macedonicum breuia & media, quasi tutor curatorq; venerunt, potestate temporis, non iure hæreditatis, admissa. Quod vtrum ita sit, apertissimè expeditur curabo.

*Supradictorum quasi epilogus, diuersorumq; regnorum ac temporum collatio, deq; vicissitudine regnorum.*

## CAPVT II.

**R**ex primus apud Assyrios, qui emperere cæteris potuit, Ninus fuit. Occiso Nino, Semiramis vxor eius, totius Asia regina, Babyloniam urbem instaurauit, caputq; regni Assyrij vt esset instituit.

tuit. Regnum Assyriorum diu inconculsa potentia stetit. sed cum Arbatus, quem alij Arbacem vocant, præfectus Medorum, idemq; natione Medus, Sardanapalum regem suum apud Babyloniam interfecisset, regni nomen & summam ad Medos transtulit. ita Nini & Babylonis regnum eo anno in Medos deriuatū est, quo anno apud Latinos Procas Aemulij & Numitoris pater, auus autē Rheæ Siluiæ, quæ mater Romuli fuit, regnare cepit. Vt autē omnia hæc ineffabilibus mysterijs & profundissimis dei iudicijs disposita, nō autem humanis viribus, aut incertis casibus accidisse perdoceam, omnes historiæ Romanæ à Proca exoriantur. Deinde à primo anno imperij Nini vsque quo Babylon à Semiramide instaurari cœpta est, interueniunt anni LXIII. Et à primo anno Proca, cum regnare cepit vsque ad conditionem vrbs, factam à Romulo, intersunt anni æque LXIII. Ita regnante Proca futuræ Romæ sementis iacta est, etsi nondum germen appareret. Eodem anno regni ipsius Proca, Babylonis regnum defecit, etsi adhuc Babylon ipsa consistit. \*Discedente autem Arbato in Medos, partem regni penes se retinueret

Descendente,

re



re Chaldaei, qui Babyloniã sibi aduersum Medos vindicauerunt. Ita Babyloniã potestas apud Medos proprietatis apud Chaldaeos fuit. Chaldaei autem propter antiquam regiam viribus dignitatem, non illam suam, sed se illius vocare maluerunt: unde factum est, ut Nabuchodonosor, ceterique post eum usque ad Cyrum reges, quauis Chaldaeorum viribus potentes & Babyloniã nomine clari legantur, in numero tamen & ordine regum non habentur illustrium. Babylonia itaque eo anno sub Arbato praefecto dehonoriata, quo Roma sub Proca rege (ut proprie dixerim) seminata est. Babylonia nouissimè eo tempore à Cyro rege subuersa, quo primùm Roma à Tarquiniorum regum dominatione liberata est. Si quidem sub vna eademque conuenientia temporum illa cecidit, ista surrexit: illa tunc primum alienigenarum perpeffa dominatum, hæc tunc primùm etiam suorum aspernata fastidium: illa tunc quasi moriens, dimisit hereditatem: hæc vero pubescens, tunc se agnouit heredem: tunc orientis occidit imperium, & ortum est occidentis. Et ne diutius verbis morer, committo me dentibus infanientium, sed veritatis praesidio liberandum.

cardine.

Simi-

*Simile penè initium, conditio & status regni Babyloniæ & Romani, sed exitus diuersus.*

## CAPVT III.

**R**egnauit Ninus annis LII. Cui successit (ut dixi) vxor sua Semiramis: quæ cum & ipsa quadraginta & duobus annis regnauerit, medio imperij sui tempore Babyloniã caput regni condidit. Ita Babylonia post annos M. CLX. & prope modum quatuor, quam condita erat, à Medis, & Arbato rege eorum, praefecto autem suo, spoliata opibus & regno, atque ipso rege priuata est: ipsa tamen postea aliquandiu mansit incolumis. Similiter & Roma post annos totidem, hoc est, M. CLX. & serè quatuor, à Gothis & Alarico rege eorum, comite autem suo, irrupta & opibus spoliata, non regno, manet adhuc, & regnat incolumis: quamuis in tantum arcanis statutis inter utranque urbem conuenientiam totius ordo seruatus sit, ut & ibi praefectus eius Arbatus regnum inuaserit, & hic huius praefectus Attalus regnare tentauerit: tamen si apud hæc solam merito Christiani imperatoris attentatio profana vacuata sit: Itaque hæc ob hoc praecipue commemoranda credidi, ut tanto arcano ineffabili iudi-



iudiciorum dei ex parte patefacto, intelligant hi, qui insipienter utique de temporibus Christianis murmurant, vnum deum disposuisse tempora, & in principio Babylonijs, & in fine Romanis, illius clementiæ esse, quod viuimus: quod autem miserè viuimus, intemperantiæ nostræ. Ecce similis Babylonix ortus & Romæ, similis potentia, similis magnitudo, similia tempora, similia bona, similia mala, \* tamen. \* tamen si non similis exitus, similisue defectus. Illa enim regnum amisit, hæc retinet: illa interfectione regis orbata, hæc incolumi imperatore secura est. Et hoc quare? Quoniam ibi in rege libidinum turpitudine punita, hic Christianæ religionis continentissima æquitas in rege seruata est: ibi absque religionis reuerentia, auiditatem voluptatis licentia furoris impleuit: hic & Christiani fuere qui parcerent, & Christiani quibus parcerent, & Christiani propter quorum memoriam, & in quorum memoria parceretur. Quapropter desinant religionem lacerare, & laceßere patientiam Dei: propter quam habent uti & hoc quoque impunitum habeant, si aliquando desistant. Recolant sanè mecum maiorum suorum tempora bellis inquietissima,

tissima, sceleribus execrabilia, dissensionibus scæda, miserijs continuatissima, quæ & merito possunt horrere, quia fuere, & necessario debent rogare ne sint: eufane rogare solum Deum, qui & tunc occulta iustitia permisit ut fierent, & nunc aperta misericordia præstat, ut non sint: quæ modo à me plenius, ab ipso vrbis exordio reuolutis per ordinè historijs, proferentur.

*De Roma condita, & tempore quo regum imperio paruit.*

## CAPVT IIII.

**A**Nno post euerfionè Troiæ CCCC  
XIII. Olympiade autem VI. quæ  
V. demum anno, quatuor in medio exple-  
tis, apud Elidem Græciæ ciuitatem, ago-  
ne & ludis exerceri solet, vrbis Roma in  
Italia à Romulo & Remo geminis aucto-  
ribus condita est. Cuius regnum cõtinuo  
Romulus paricidio imbuit: parique suc-  
cessu crudelitatis sine more raptas Sabi-  
nas improbis nuptijs confœderatas, ma-  
ritorum & pãrentum cruore dotauit. Ita-  
que Romulus interfecto primùm auo Nu-  
mitore, dehinc Remo fratre, arripuit im-  
perium, vrbemque cõstituit: regnum au-  
muros fratris templum loceri sanguine  
F dedi-



dedicauit: sceleratorum manum promissa  
impunitate collegit. Primus illi cāpus ad  
bellum, forum vr̄bis fuit, mixta simul ex-  
terna ciuiliaque bella nunquam defutura  
significans. Sabinorum, quos sc̄dere lu-  
disque pellexerat, sc̄eminas tā inhonestē  
presumpfit, quā nefariē defendit. Ducem  
eorum Titum Tatiū senem, honestis pi-  
etatis causis insisterem, diu armis propul-  
satum, mox vt in societatem regni assump-  
sit, occidit. Cum Veientibus pr̄liū ad-  
huc paruo nomine magnis viribus agita-  
tū est. Cānensium captum ac dirutum  
oppidum. Assumptis semel armis, nun-  
quam quies fuit: quippe quibus egestas  
turpis, atque obscena fames domi time-  
retur, si vnquā paci acquieuisent. Iā hinc  
incessabilia certamina, & iuxta quantita-  
tem virium semper grauiā, quā breuissi-  
mē strinxerim. Tullum Hostilium mili-  
tariis rei institutorem, fiducia benē exer-  
citā iuuentutis Albanis intulisse bellum:  
& diu altrinsecus spe incerta, certa clade,  
tandem pessimos exitus & dubios euen-  
tus compendiosa Tergeminorum cōgres-  
sione finisse. Rursus pace dirupta, Met-  
tum Fufetium Fidenate bello, meditata  
etiam proditione suspectum, curribus in  
diuersa

diuersa raptantibus, duplicis animino-  
xam p̄na diuisi corporis expendisse. La-  
tinos Anco Marcio duce saepe congres-  
sos, aliquando superatos. Tarquinium  
Priscum omnes finitimos & potentes tūc  
XII. Tusciāe populos innumeris concidi-  
sse conflictibus. Veientes Ser. Tullio  
insisterē, victos fuisse, nec domitos. Tar-  
quinij superbi regnum, occisi soceri sce-  
lere assumptum, habita in ciues crudeli-  
tate detentum, flagitio adulteratæ Lucre-  
tiæ amissum, & \* intus domestica vitia, \* inter.  
virtutesque forinsecus emicantes, id est,  
oppida valida in Latio per eū capta, Ar-  
deam, Oricolum, Sueslam Pometiam, &  
quicquid in Gabios vel fraude propria,  
vel p̄na filij, vel Romanis viribus per-  
petrauit. Sed Romani quanta mala per  
CCXL. & III. annos continua illa regum  
dominatione pertulerint, non solum vni-  
us regis expulsio, verum etiam abiuratio  
\* regij nominis & potestatis ostendit. \* ciuratio.  
Nam si vnus tantum superbia fuisset  
in culpa, ipsum solum oportuisset expel-  
li, seruata regia dignitate melioribus. Igi-  
tur regibus vr̄be propulsis, Romani  
consulendum sibi quā cuiquam suæ li-  
bertati dominandum rati, consules crea-  
uerunt:



uerunt: quibus veluti adulta reipublicæ  
crescentis ætas, robustioribus ausis exer-  
cebatur.

*Bruti primi COS facinora. Tarquiniensium & Sa-  
binorum bellum. Discessio plebis. Fames & pe-  
stilentia ingens Romæ. Veientum &  
Etruscorum bellum, quo fami-  
lia illa Fabiorum in-  
terijt.*

## CAPVT V.

**A**Nno post urbem coditam CCLX  
IIII. Brutus primus apud Roma-  
nos consul, primum conditorem regem-  
que Romæ non solum exequare parrici-  
dio, sed & vincere studuit, quippe duos  
filios suos adolescentes, totidemque vxor-  
is suæ fratres Vitellios iuuenes, reuocan-  
dorum in urbem regum placito in simula-  
tos, in concionem protraxit, virgis ceci-  
dit, securique percussit. Iple deinde Ve-  
ientum Tarquiniensiumque bello cum A-  
runte Superbi filio, cōgresso sibi cōmor-  
tuoque, procubuit. Porsena rex Etrusco-  
rum, grauisissimus regij nominis suffraga-  
tor, Tarquiniū manu ingerens, tribus  
continuis annis trepidam urbem terru-  
it, conclusit, obsedit: & nisi hostem vel  
Mucius constanti vrendæ manus patien-  
tiā

tia, vel virgo Cloelia admirabili trāsmeari  
fluminis audacia permouissent, profecto  
Romani compulsi fuissent perpeti aut cā-  
ptiuitatem, hoste insistente superati: aut  
seruitutem, recepto rege subiecti. Post  
hæc Sabini corrahis vndique copijs, ma-  
gno apparatu belli, Romam contendunt:  
quo metu consternati Romani dictatorē  
creant, cuius auctoritas & potentia con-  
sulem præiret: quæ res illo tunc bello plu-  
rimum emolumēti tulit. Sequitur disces-  
sio plebis à patribus. Cum M. Valerio di-  
ctatore delectum militum agente, varijs  
populus stimulatus iniurijs, Sacrum mon-  
tem insedit armatus: qua pernicie quid a-  
trocius, cum corpus à capite defectū, per-  
ditionem eius per quod spirabat, medita-  
retur? actumque de Romano nomine in-  
testina pernicie foret, nisi maturata recon-  
ciliatio subrepisset prius, quàm se disces-  
sio ipsa cognosceret. Urget se atque im-  
minet sibi extra illas apertas bellorū cla-  
des successu misero clandestina pernici-  
es: quippe T. Geganio & P. Minucio con-  
sulibus, duo vel maxima omnium malorū  
abominamenta, fames & pestilentia fel-  
lam urbem corripuere. Cessatum est pau-  
lisper à prælijs, cessatum tamen à morti-  
bus



bus non est. Veientes & Etrulci graues hostes, adiunctis sibi finitimorum copijs, in bella surgentes, obuijs M. Fabio, & Gn. Manlio consulibus excipiuntur: vbi post sacramentum iurationis, quo se Romani deuouerant, non nisi post victoriam ad castra redituros, adeo atrox certamen fuit, & victis victoribusque par forma, vt amisso plurimo exercitu, occisisque in pugna Manlio consule & Fabio consulari, M. Fabius consul oblatum sibi à senatu triumphum suscipere recusaret, quia tantis reipublicæ detrimentis luctus potius debebatur. Gloriosissima illa numero & viribus Fabiorum familia Veientium sortita certamen, quantam reipublicæ orbitatem occasu suo intulerit, infamibus vsque ad nunc vocabulis testes sunt fluuius qui perdidit, & porta quæ emisit. Nam cum sex & CCC. Fabij verè clarissima Romani status lumina, speciale sibi aduersus Veientes decerni bellum expetiuisent, spem temerè sumptæ expeditionis primis successibus firmauerunt: dehinc inducti in infidias, circumuentique ab hostibus, omnes ibidem trucidati sunt: vno tantum ad enuncian-  
dâ cladem reseruato, vt miserius audiret  
patria

patria perditos, quàm perdidisset. Ad hæc non Romæ tantum talia gerebantur, sed quæque prouincia suis ignibus æstuabat: & quod poëta præcipuus in vna vrbe descripsit, ego de toto orbe dixerim: Cru- delis vbiq; Luctus, vbiq; paucis, & plu- rima mortis imago.

*Cyrus rex Persarum totum orientem popula-  
tur, Babylonem urbem munitissimam  
capit. Cræsum vincit.*

## CAPVT VI.

**I**gitur eodem tempore Cyrus rex Per- sarum, quem superius explicandæ histo- riæ causa commemoraueram, qui tunc Asiam, Scythiam, totumque orientem armis peruagabatur, cum Tarquinius Superbus urbem vel rex vel hostis aut ser- uitio premebat aut bello, Cyrus (vt dixi) cunctis, aduersum quos ierat, per- domitis, Assyrios & Babyloniam petit, gentem, urbemque tunc cunctis opulen- tiorum: sed impetum eius Gyndes fluui- us, secundæ post Euphratem magnitu- dinis, interceptit. Nam cum vnum regio- rum equitum candore formaque excel- lentem transmeandi fiducia, persuasum, quæ per rapacem alucem offensi vado- vortices attollebantur, abreptum præcipi-  
tatum-



tatumque merisset, rex iratus vlcisci in  
annem statuit, contestans eum qui nunc  
tam præclarum equitem vorauisset, femi-  
nis vix genua tingentibus permeabilem  
relinquendum. Nec peragendo segnior,  
totis copijs perpeti anno Gyden fluui-  
um per magnas concisum deductumque  
fossas, in CCCCLX. alueos comminuit.  
Eo opere prædoctis fossoribus, etiam Eu-  
phratem longe validissimum, & mediam  
Babyloniam interfluentem, deriuauit. Ac  
sic meabilibus vadis siccum, etiam patent-  
ibus aluei partibus iter fecit: cepitq; vr-  
bem, quam vel humano opere extrui po-  
tuisset, vel humana virtute destrui posse,  
vtrunque penè incredibile apud mortales  
erat. Namq; Babyloniam à Nemrod gi-  
gante fundatam, à Nino vel Semirami-  
de reparatam, multi prodidère. Hæc cam-  
pi planitie vndique conspicua, natura lo-  
ci lætissima, castrorū facie mœnibus pa-  
ribus per quadrum disposita, murorum  
eius vix credibilis relatu firmitas & ma-  
gnitudo, id est, latitudine cubitorū quin-  
quaginta, altitudine quater tanta. Cæte-  
rum ambitus eius, CCCC.LXXX. stadi-  
is circumuenitur. Murus costili latere at-  
que interfuso bitumine compactus, fossa  
extrin-

extrinsecus latè patens, vice annis circū-  
fluit. A fronte murorum, C. portæ æræ.  
Ipsa autem latitudo in consummatione  
pinnarum vtroque latere habitaculis de-  
fensorum æque dispositis, media interca-  
pedine sui citas quadrigas capit. Domus  
intrinsecus quater geminæ, habitationis  
minaci proceritate mirabiles. Et tamen  
magna illa Babylon, illa prima post repa-  
rationem humani generis condita, nunc  
penè etiā minima mora victa, capta, sub-  
uersa est. Ibi tunc Cræsus rex Lydorum  
famosus opibus, cum ad auxiliandum Ba-  
bylonijs venisset, victus sollicitè in regnū  
refugit. Cyrus autem postea quàm Baby-  
loniam vt hostis inuasit, vt victor evertit,  
vt rex disposuit, bellum transtulit in Ly-  
diam: vbi conterritum superiore iam præ-  
lio exercitum, nullo negotio superauit.  
Ipsū etiam Cræsum cœpit, captumque  
& vita & patrimonio donauit. Exaggera-  
re hoc loco mutabilium rerum instabiles  
status non opus est: quicquid enim est o-  
pere & manufactum, labi & consumi ve-  
tustate, Babylon capta confirmat: cuius  
vt primum imperium ac potentissimum  
extitit, ita & primū celsit, & veluti quo-  
dam iure succedentis ætatis debita poste-  
ris



90 • PAVLI OROSII  
 ris traderetur hæreditas, ipsis quoque e-  
 andem tradendi formulam seruaturis. Ita  
 ad proxima aduentantis Cyri tentamen-  
 ta succubuit magna Babylon, & ingens  
 Lydia, amplissima orientis cū capite suo  
 brachia, vnius prælij expeditione cecide-  
 runt. & nostri incircūspecta anxietate cau-  
 santur, si potētissima illæ quondā Roma-  
 næ republicæ moles, nūc magis imbecil-  
 litate propriæ senectutis, quàm alienis  
 concussæ viribus contremiscunt.

*Cyrus Scythis bellum intulit, & à Tomyri regi-  
 na victus & occisus est.*

CAPVT VII.

**I**Gitur idem Cyrus proximi tempōris  
 successu, Scythis bellum intulit: quem  
 Tomyris regina, quæ tunc genti præerat,  
 cum prohibere transitu Araxis fluminis  
 posset, transire permisit. Primum pro-  
 pter fiduciam sui, dehinc propter oppor-  
 tunitatem ex obiectu fluminis hostis in-  
 clusi. Cyrus itaque Scythiam ingressus,  
 procul à transmisso flumine castra meta-  
 tus, insuper astu eadē instructa vino epul-  
 isque deseruit, quasi territus refugisset.  
 Hoc comperto, regina tertiam partem  
 copiarum & filij adolescentulum ad per-  
 sequendum Cyrum mittit. Barbari velu-  
 ti ad

ti ad epulas inuiati, primum ebrietate vin-  
 cuntur: mox reuertente Cyro, vniuersi  
 cum adolescente obruncantur. Tomy-  
 ris exercitu ac filio amisso, vel matris vel  
 reginæ dolorem sanguine hostium dilu-  
 ere \* promptius, quàm suis lachrymis pa-  
 rat. Simulat diffidentiam desperatione cla-  
 dis illatæ, paulatimq; cedendo, superbum  
 hostem in insidias vocat. Ibi quippe com-  
 positis inter montes insidijs, CC.M. Per-  
 sarū cum ipso rege deleuit: adiecta super  
 omnia illius rei admiratione, quod ne nū-  
 tius quidem tantæ cladis superfuit. Regi-  
 na caput Cyri amputari, atque in vti ē hu-  
 mano sanguine oppletum conijci iubet,  
 non muliebriter increpitans: Satiare, in-  
 quit, sanguine quem sitisti, cuius per an-  
 nos triginta insatiabilis perseuerasti.

\* potius.

*Darius rex Persarum Scythas infestans, fuga-  
 tur. Asiam, Macedoniam, & Ionas vincit.*

*Athenienses cū vitæ suæ multorumq;  
 discrimine aggreditur.*

CAPVT VIII.

**A**Nno ab vrbe condita CCXLV.  
 Darius Cyro apud Scythas in-  
 terfecto, post aliquantum interuallum  
 sorte regnum adeptus est. Regnavit e-  
 nim medius eorum Cambyles Cyri filius:  
 qui



qui deuicta Aegypto, cunctam Aegypti religionem abominatus, ceremonias eius & templa depoluit. Post hunc etiam Magi sub nomine quem occiderant regis, regno obrepere ausi: qui quidem mox deprehensi & oppressi sunt. Darius itaque vnus ex his, qui Magorum audaciam ferro coercuerant, consensu omnium rex creatus est, qui postquam Assyrios ac Babyloniam à Persarum regno deficientem, bello recuperauit, \* Attyro regi Scytharum hac vel maximè causa bellum intulit, quòd filia eius petitas sibi nuptias nõ obtinisset. Magna scilicet necessitas, pro vnus libidine hominis DCCM. virorum periculo mortis exponi. Incredibili quippe apparatu cum DCC. M. armatorum Scythiam ingressus, non facientibus hostibus iustæ pugnae potestatem, insuper repentinis incursum extrema copiarum dilacerantibus, metuens ne sibi reditus interrupto ponte Istri fluminis negaretur, amissis LXXX. M. bellatorum, trepidus refugit, quamuis hunc amissorum numerum inter damna non duxerit: & quem habendum vix quisquam ambire ausus esset, perditum ille non sensit. Inde Asiam Macedoniamque aggressus, perdomuit.

Antyro.

Ionas

Ionas quoque nauali congressione superauit. Deinde in Athenienses, quod Ionas aduersum se auxilio iuissent, impetum fecit, atque arma direxit. Porro Athenienses vbi aduentare Darium compererunt, quamuis auxilium à Lacedæmonijs poposcissent, tamen cum detineri quatrduang religionis otio compertum haberent, spem occasione sumentes, instructis tantum XM. armatorum ciuium, & Plataensibus auxiliariibus M. aduersum DC. millia hostium campis Marathonij proruperunt. Miltiades ei tunc bello praefuit, qui celeritate magis quam virtute fretus, alacris expeditione prius hosti comminus inhaesit, quam posset, expedito sagittarum iactu propulsari. Tanta in eo bello diuersitas certandi fuit, vt ex alia parte viri ad occidendum parati, ex alia pecudes ad moriendum preparatae putarentur. CCM. Persarum apud campos Marathonios ea tempestate ceciderunt. Sensit Darius hoc damnum: nam victus fugatusque arreptis nauibus, refugit in Persas. Cum autem instauraret bellum, & vlcisci in victores moliretur, in ipso apparatu concidit, Olympiade septuagesima quarta, hoc est, post urbem conditam anno CCLXXV.

quo



quò tempore Romæ Popillia, virgō ob  
crimen stupri viua defossa est.

*Xerxes rex Persarum cum numerosiss. exercitu  
à Spartanis paucis duce Leonide, ingentem cla-  
dem accipit, astuq, vincitur.*

## CAPVT IX.

**X**erxes Dario patri in regnum suc-  
cedens, bellum aduersus Græciam  
à patre susceptum, per quinquennium  
instruxit: quod Demaratus Lacedæmoni-  
us, qui tunc fortè apud Xerxem exulabat,  
per tabellas primū scriptas, deinde cera-  
tas, suis pdidit. Igitur Xerxes DCCM.  
armatorum de regno, & CCCM. de au-  
xilijs, rostratas etiam naues MCC. oner-  
arias autem tria M. numero habuisse nar-  
ratur: vt merito inopinato exercitui im-  
mensæque classi vix ad potum flumina,  
vix terras ad ingressum, vix maria ad cur-  
sum suffecisse memoratum sit. Huic tam  
incredibili temporibus nostris agmini,  
cuius numerum nūc difficilius est astruis,  
quàm tunc fuit vinci, Leonidas rex Spar-  
tanorum cum III. M. hominum in angus-  
tissjs Thermopilarum obstitit. Xerxes au-  
tem contemptu paucitatis obiectæ, iniri-  
pugnam, conseri manum imperat. Por-  
rò illi, quorum cognati & commanipul-  
lares

lares in campis Marathonijs occubuerāt,  
& certaminis simul & cladis extitere  
principium. Deinde succedens. sibi turba  
maior ac tegnior, cum iam neque ad pro-  
currendum libera, neque ad pugnandum  
expedita, neque ad fugiendum prom-  
pta, solis mortibus subrigeretur, triduo  
continuo non duorum pugna, sed cædes  
vnius populi fuit. Quarto autem die cum  
videret Leonidas vndique hostem cir-  
cunfundi, hortatur auxiliares socios, vt  
subtrahentes se pugna, in cacumen mon-  
tis euadant, ac se ad meliora tempora re-  
seruent: sibi vero cum Spartanis suis ali-  
am sortem esse subeundam: plus se pa-  
triæ debere quàm vitæ. Dimissis socijs,  
Spartanos admonet de gloria plurimum,  
de vita nihil sperandum: neque expectan-  
dum, vel hostem vel diem, sed occasione  
noctis perumpenda castra, commiscen-  
da arma, conturbanda agmina fore. Nus-  
quam victores honestius, quàm in castris  
hostium perituros. Persuasi igitur mori  
malle, in vltionem futuræ mortis ar-  
mantur, tanquam ipsi interitum suum &  
exigerent & vindicarent. Mirum dictu.  
sexcenti viri castra sexcentorum M. ir-  
rumpunt. Tumultus totis castris oritur.  
Perla



Perſæ quoque ipſi Spartanos adiuuāt mu-  
tuis cædibus ſuis. Spartani quærentes re-  
gem, nec inuenientes, cædunt ſternuntq;  
omnia caſtra peruagantur vniuerſa, & in-  
ter denſas ſtrues corporū raros homines  
vix ſequuntur. Victores ſine dubio, niſi  
mori elegiſſent. Prælium à principio no-  
ctis in maiorem partem diei tractum: ad  
poſtremum vincendo fatigati, vbi quiſq;  
eorum, deficientibus membris viſus eſt ſi-  
bi mortis ſuæ vltione ſatiatus, ibi inter im-  
pedimenta cadauerum, campumque craſ-  
ſo & ſemi gelato ſanguine palpitantem,  
laſſus, lapſus & mortuus eſt.

*Xerxem Themiftoeles dux Athenienſium bel-  
lo exceptit. Dein, cum Iones ab eo  
alienaſſet, fugat.*

## CAPVT X.

**X**erxes bis victus in terra, nauale præ-  
lium parat. Sed Themiftoeles dux  
Athenienſium, cum intellexiſſet Ionas  
(quibus dum auxiliū ſuperiori bello præ-  
bet, in ſe Perſarum impetum verterat) in  
auxilium Xerxis inſtructam claſſem dedu-  
cere, ſolicitare eos parti ſuæ, hoſtiq; ſub-  
trahere ſtatuit. Et quia colloquendi facul-  
tas negabatur, locis quibus Iones accēſſu-  
ri nauibus videbātur, proponi ſymbolos,  
ſaxil-

ſaxiſque affligi iubet, ſocios quondam &  
participes periculorum, hunc autem in-  
iūſtè \* agentes apta increpatione corripi-  
ens, atque ad antiquorum iura ſæderum  
religioſa adhortatione perſuadens: præ-  
cipueque admonens, vti commiſſo præ-  
lio cedentium vice inſibeant remos, ſeſe-  
que bello auferant. Igitur rex partem na-  
uium ſibi detinens, ſpectator pugnæ in  
litore manet. Contra autem \* Artemiſia  
dora regina Alicarnafſi, quæ in auxilium  
Xerxi venerat, inter duces primos acer-  
rimè bello immiſcetur, ita vt verſa vice in  
viro ſcæminea cautela, in ſcæmina virilis  
audacia ſpectaretur. Cum autem anceps  
pugna eſſet, Iones iuxta præceptum The-  
miſtoelis, paulatim ſe certamini ſubtrahe-  
re cœperūt: quorum defectio Perſas iam  
fugam circunſpiciētes, apertè fugere per-  
ſuaſit. In qua trepidatione multæ naues  
captæ merſæque ſunt: plures tamen ſeui-  
tiam regis, velut immanitatem hoſtis ti-  
mentes, domos dilabuntur. Anxium tot  
malis regem Mardonius aggreditur, ſua-  
dens regem in regnum redire oportere,  
prius quàm auerſa fama nouas res domi  
moliretur. Se autem, ſi reſiduæ ſibi copiæ  
traderentur, & vltionem ab hoſte exactu-  
rum



rum, & ignominiam domesticam propul-  
saturum: aut si aduersa belli perseueras-  
sent, cessurum se quidem hosti, sed tamen  
sine regis infamia. Probato consilio, ex-  
ercitus Mardonio traditur. Rex Abydū,  
vbi pōtem veluti victor maris conserue-  
rat, cum paucis proficiscitur. Sed cum  
pontem hibernis tempestatibus dissolu-  
tum offendisset, piscatoria scapha trepi-  
dus transijt. Erat sane quod spectare hu-  
manum genus & dolore debuerat, muta-  
tiones rerum hac vel maximè varietate  
permetiens, exiguo contentum latère  
naugio, sub quo ipsum pelagus antè la-  
tuisset, & iugum captiuitatis suæ iuncto  
portasset, vilissimo vnus seruuli egere  
ministerio: cuius potentia, dum montes  
exciduntur, valles replentur, amnes ex-  
hauriuntur, ipsa etiam rerum natura ces-  
sisset. Pedestres quoque copia, quæ duci-  
bus commissa fuerant, labore, fame, ac  
metu ita distabuerunt, & crudescente  
morbo, tanta pestis, tantaque foeditas  
morientium exorta est, vt via cadaveri-  
bus replerentur: dira etiam alites atque  
improba bestia, escharum illecebris solli-  
citate, moribundum sequerentur exer-  
citum.

Mardo-

*Mardonius Xerxis praefectus, dum reliqua  
belli exequitur, copijs amissis, aufugit.  
Xerxes dum à suis vt infortuna-  
tus contemnitur, occi-  
ditur.*

## CAPVT XI.

**A**T vero Mardonius, cui reliqua bel-  
li Xerxes commiserat, afflatus pri-  
mum successu breui, mox in extrema de-  
iectus est. Olynthum siquidem Graeciae  
oppidū expugnauit. Athenienses varia so-  
licitatione adducere in spem pacis ag-  
gressus, vbi inexpugnabile eorum liber-  
tatem videt, incensa vrbis parte, in Bœo-  
tiam omnem belli apparatus deducit. Il-  
luc quoque eum centum millia Græco-  
rum inseguta sunt, & commisso sine mo-  
ra praelio, Mardonium, deletis copijs  
ipsum, velut è naufragio nudum, cū pau-  
cis fugere cōpulerunt: castra regijs opi-  
bus referta cœperunt, non paruo qui-  
dem antiquæ industriæ damno. Nam post  
istius prædæ diuisionem, aurum Persicū  
prima græciae virtutis corruptio fuit. Vr-  
get igitur inceptus miseris extrema per-  
ditio. Nam fortè eodē die quo in Bœo-  
tia Mardonij copia deleta sunt, pars  
Persici exercitus in Asia sub monte My-  
cale



cale nauali prælio dimicabat. Ibi nouus repente rumor vtriusque classis & populi impleuit aures, Mardonij extinctas copias, Græcos extitisse victores. Mira diuini iudicij ordinatio, in Bœotia oriente sole bellum fuisse commissum, in Asia meridiana horis sub eadem die, tantis spatijs maris terræque interiacentibus, nunciatum: qui rumor ei vel maximè rei astipulatus est, quòd Persas audita clade sociorum, primùm dolore, dehinc desperatione correptos, nec bello expeditos, nec fugæ habiles reddidit. Atque ita còsternatos profligatosque, constantior factus hostis successu felicitatis, inuasit. Xerxes bello in Græcia infœliciter gesto, contemptibilis suis factus, per Artabanum præfectum suum in regia circumuentus occiditur. O tēpora desiderio & recordatione dignissima. O dies illos inoffensæ serenitatis, qui nobis veluti è tenebris respiciēdi proponuntur, quibus breuissimo interuallo de visceribus vnus regni decies nouies centena millia virorum, tribus proximis regibus, tria bella rapuerunt: vt taceam de infœlicissima tunc Græcia, quæ totū hunc de quo nunc hebescimus numerum, moriendo superauit. Leonidas ille clarissimus

simus Lacedæmoniorum in bello isto aduersus Xerxem, quod supremum ipsi atque hostibus fuit, cum sexcentis suis famosissima illa incitamenta dixisset: Prædetēte tanquam apud inferos cœnaturi, auxiliariis tamen, quos excedere bello iubebat, misericorditer suavit, vt se ad meliora tempora reseruarent. Ecce cum ille promisit futura meliora, isti asserunt meliora præterita, quid aliud colligi datur, vtroque in suis detestante præsentia, nisi aut semper bona esse, sed ingrata, aut nunquam omnino futura meliora?

*Roma graui pestilentia, bellis intermissis, diuexata. De bello exulum & fugitiuorum, item Aequorum & Volscorum.*

## CAPVT XII.

**A**T Romæ, vt ad id tempus redeam vnde digressus sum: (neque enim interuallo miseriarum ad alios transire cōpellor, sed sicut se quondam esseruescentia vbique mala ipsis actibus colligarunt, ita etiam permixta referūtur: nobis quippe conferre inter se tempora orbis, non cuiusquam partis eius laboribus insultare propositum est) Romæ ergo post urbem conditam anno CCXC. suspenso ad modicum



102 PAVLI OROSII  
dicum bello, grauis pestilentia, quæ semper, ibi raras inducias aut factas intercepit, aut vt fieret coegit, per vniuersam ciuitatem violenter incanduit, vt merito præcedente prodigio cœlû ardere visum sit, quando caput gentiû tanto morborû igne flagrauit. Nam eo anno Acbutium & Seruilium ambos consules pestilentia consumpsit, militares copias plurima ex parte confecit: multos nobiles, præcipueque plebem scæda tabe deleuit: quamuis etiam superiore quarto anno oborta lues, eundem populum depopulata sit. Proximo dehinc anno ciues exules, seruique fugitiui, duce Herdonio viro Sabino, inuaferunt, incenderuntque Capitoliû. vbi fortissimè quidem, Valerio consule & imperatore, obstitere iuniores: sed adeo atrox & graue discrimen prælii fuit, vt ipse quoque consul Valerius ibi fuerit occisus, & indignam de seruis victoriam insuper etiâ sua morte scædauerit. Sequitur annus in quo cû victo exercitu consul obsessus est. Nam Minucium consulè congressum prælio Aequi Volsciq; superarunt: & fugientem, in Algido fame ferroque cinxerunt: actumq; infœliciter foret, ni Quinctius Cincinnatus, præcipuus ille

LIBER SECVNDVS: 103  
ille dictator, artatam obsidionè oppresso hoste soluisset: qui repertus ruri, ab aratro accersitus ad falces, sumpto honore, instructoque exercitu, mox victor effectus, iugum bouum equis imposuit, victoriamque quasi stiuam tenens, subiugatos hostes præ se primus egit.

*Fames & pestilentia Romæ. Potestas cōsulum in decem viros trāsflata, perniciofa reipublica. Crebri in Italia terræmotus Eidenatium bellum.*

### CAPVT XIII.

**A**NNO, qui proximus trecentesimo ab V. C. fuit, dum legati ad Athenienses propter Solonis leges deferendas missi expectantur, arma Romana famæ pestilentiaq; compescuit. Ipso autem trecentesimo anno, hoc est, olympiade\* <sup>\* 85.</sup> nagesima quinta, potestas consulum decē viris tradita, cōsultuendarum legum Atticarum gratia magnam perniciem reip. inuexit. nam primus ex decemuiris, cendentibus cæteris, solus Appius Claudius sibi continuauit imperium: statimq; aliorû coniuratio subsecuta est, vt more contempto, quo insigne imperij penes vnum, potestas autem communis erat, omnes omnia proprijs libidinibus agitent.



Itaque inter cætera quæ insolentissimè cuncti præsumebant, repente singuli cū duodenis fascibus cæterisque \* imperij insignibus processerunt: & nouo improbæ ordinationis incepto ablegata religione cõsulum, emicuit agmen tyrannorum. duabus tabulis legum ad decem priores additis, agentes insolentissimo fastu plurima, die quo deponere magistratus mos erat, cum iisdem insignibus processerunt. Maxima etiam Appij Claudij libido auxit inuidiam, qui vt Virginie virginis stuprum inferret, prius seruitutis causam intulit: quam obrem adactus Virginis pater dolore libertatis, & pudore dedecoris, protractam ad seruitutem filiam, in conspectu populi pius parricida prostrauit: qua populus necessitatis atrocitate permotus, & periculo libertatis admonitus, montem Auentinum occupauit armatus. Nec tueri libertatem armis destitit, nisi postquam se coniuratorum conspiratio ipsis quoque honoribus abdicauit. Tertia & quinta post centesimam Olympiade, per totum ferè annum tam crebri, tamque etiam graues in Italia terræmotus fuerunt, vt de innumeris quassationibus ac ruinis villarū oppidorumque

alsi.

assiduis Roma nuntijs fatigaretur. Deinde ita iugis & torrida siccitas fuit, vt præsentis tunc futuriq̃ue anni spem gignendis terræ fructibus abnegarit. Iisdemque temporibus, cum Fidenates hostes maximorum auxiliorum manu stipante, terribiles Romanis arcibus imminerent, Aemilius III. dictator, magnā mali molem ipsis Fidenis vix captis depulit, & sanauit: tanta in ipsis erat malorū animorumque contentio, vt vel domesticas clades superfusa forinsecus bella obliterarēt: vel post damna bellorum inducias relaxatas diuersæ pestes cælo terraque excandescentes, incessabili infestatione corrumperent.

*De Sicilia imperio rebusq̃, in ea gestis.*

## CAPVT XIII.

Sicilia ab initio patria Cyclopum, & \*\* postea. Post eos semper nutrix tyrannorum fuit. Sæpe etiam captiua seruorum, quorum primi carnibus hominum, medijs cruciatibus, postremi mortibus pascebantur: excepto eo, quod externis bellis aut præda habebatur, aut præmiū. Hæc vt quàm breuissimè absoluam, requiem malorum, nisi nunc, nescit: imò vt euidentius diuersitates

G 5

sitates



fitates temporum declarentur, sicut antea vel intestinos vel externos tumultus perpeffa est inter omnes sola semper, ita nunc ex omnibus sola nunquam. Nam etiam (vt fileam de diuturnitate vel illius calamitatis, qua pressa est, vel istius è contrario, qua fruitor, pacis) Aetna ipsa, quæ tunc cum excidio urbium atque agrorum crebris eruptionibus æstuabat, nunc tantum innoxia specie ad præteritorum fidem sumat. Igitur vt præteritam interim de tyrannis, quorum mox qui fuit ultor, successor effectus est, medio tempore, hoc est, anno ab vrbe condita CCCXXXV. cum Rhegini apud Siciliam discordia laborarent, ciuitasq; per dissensionem diuisa in duas partes esset, pars vna veteranos ab Himera vrbe Sicilia in auxilium vocauit. Porro illi pulsis ciuitate primum his, contra quos implorabantur, deinde mox cæsis etiam illis, quibus ad auxiliandum conuenerant, urbem cum coniugibus & liberis sociorum occupauere, auli facinus nulli tyranno cõparandum: quippe cū Rheginis quiduis perpeti satius fuerit, quam vt vltro inuitarent, quibus patriam, coniuges, liberos ac penates, ipsi extorres ad præda relin-

relinquerent. At etiam Catanenses, cum Syracusanos graues infestolque paterentur, ab Atheniensibus auxilia poposcerunt. Sed Atheniensibus suo magis quam sociorum studio instructam classem, in Siciliam misere: cum & sibi propagare molirentur imperium, & Syracusanam classem nuper instructam Lacedæmonijs proficere uerentur. Et quoniã Atheniensibus qui missi erant, cæsis hostibus, prospera initia sumplerat, maiores copias robustioremque exercitum cum Lachete & Charæadeque exercitum in Siciliam reduxerunt. Sed Catanenses belli tædio permoti, cum Syracusanis, socius ineunt, auxilia Atheniensium spernunt. Post autem Syracusanis, conditiones pacis meditatione dominationis transgredientibus, denuo legatos Athenas mittunt: qui capillo barbaque squalidi, & lugubribus induti, misericordiam atque auxilium & sermone & habitu precarentur. Igitur magna clasis instruitur, ducibus Nicia & Lamacho: tantisq; viribus Sicilia repetitur, vt suffragia sua & hitemerent, qui impetrauissent. Atheniensibus duas ilico pedestres pugnas secundis successibus. faciunt, confertosq; in vrbe hostes, & obiecta classe circumdatos, terra mariq;

con-



concludunt. At Syracusani fractis fessisque rebus, auxilium à Lacedæmonijs petunt: à quibus mox mittitur Gylippus, solus quidem, sed in quo omnium perisidiorum instar præferabatur: qui veniens, ut audiuit inclinatum iam belli statum, auxilijs partim in Græcia, partim in Sicilia contractis, opportuna bello loca occupauit. Deinde duobus prælijs victus, nec territus, tertio congressu Lamachum occidit, hostes in fugam vertit, socios obsidione liberauit. Hinc Athenienses terrestri prælio victi, experimenta maris inueniunt, & nauali certamine congregi parant. quo cognito, Gylippus classem instructam à Lacedæmonijs accersit: æque Athenienses in locum amisi ducis, Demosthenem & Eurymedonta cum supplemento copiarum mittunt. Peloponnesij quoque cum multarum urbium consensu & decreto ingentia Syracusanis auxilia misere. Ita sub specie socialis belli domesticos motus exequentur, & quasi placito de Græcia translato certamen in Siciliam fuerit, sic ex vtraque parte summis viribus dimicatur. Igitur Athenienses prima congressione vincuntur: castra quoque cū omni pecunia vel publica vel priuata,

uata, & cum vniuerso instructū diuturnæ expeditionis amittunt. fractis opibus & in angustum redactis, suadet Demosthenes, dum nondum omnino res perditæ sint, quamlibet videatur afflictæ, domum redeant, Siciliaque decedant. Nicias autem pudore male gestarum rerum ab initio desperatior redditus, manere contendit. Reparant nauale certamen: & mox per inscitiam in angustias Syracusani maris deducti, insidijs hostium circumuehiuntur. Eurymedon dux primus occiditur: vndecim naues incenduntur. Demosthenes & Nicias classem dimittunt, quasi tutius terrena expeditione fugituri. Gylippus autem primum naues eorum relictas CXXX. inuadit: dehinc ipsos surgentes persequi aggressus capit, cæditque quam plurimos. Demosthenes dedecus seruitutis voluntaria morte declinat, Nicias vero indignam turpemque vitam dedecore captiuitatis accumulatur.

*Athenienses bello Lacedæmoniorum, adhortante sese, ob exilium vlciscente Alcibiade excipiuntur.*

## CAPVT XV.

Igitur



**I**gitur Athenientes biennio apud Siciliam non sine Lacedæmoniorum dāno conflictati, alijs domimalis circumueniuntur. Alcibiades enim dux pridem aduersus Siraculas pronuntiatus, mox ad iudiciū pro quadam in simulatione detētus, voluntario exilio Lacedæmonem se contulit, impulitq; Spartanos, vt turbatis Atheniēsis, nouo rursus bello insisterēt: neque eis respirandi spacium, quin opprimerētur, relaxarent. cui incepto ita Græcia omnis astipulata est, quasi ad commune incendium restringendum, bono publico congestis viribus cōsuleretur. Darius etiam rex Persarum memor paterni auitique in hanc urbē odij, per Thissafernem præfectum Lydiæ cum Lacedæmonijs fœdus paciscitur, eiq; sumptus belli & copias pollicetur. Mirum dictu, Atheniensium tantas ea tempestate opes fuisse, vt cū aduersus eos, hoc est, aduersus vnam urbem Græciæ, Asiæ totiusq; orientis viribus incursum sit, pugnando sæpe, ne vnquam cedēdo, consumpti magis videntur fuisse quàm victi. Principio enim Alcibiades omnes socios deficere ab his ad Lacedæmonios coegit: sed & ab his quoque per inuidiam insidijs appetitus

aufugit, & ad Thissafernem in Mediā concessit: cui statim accommodato ingenio & apti eloquij gratia familiarior factus, persuadet, ne Lacedæmonios tam profusis opibus inuet: eum potius istius certaminis arbitrū spectatoremq; fieri debere, integralq; Lydiæ vires aduersus victorem reseruandas. Quamobrē Thissafernes partem classis cū aliquanta manu deduci Lacedæmonem iubet: ne vel abundantes suffragijs, alieno tuti periculo dimicarent, vel in totum destitui, susceptum certamē omitterent.

*Atheniensium aduersus Lacedæmonios praelia graua, horrendaq; calamitates ac strages vtrinque acceptæ.*

## CAPVT XVI.

**A**puđ Athenientes vero cum diu domestica discordia ageretur, imminente periculo, summa imperij ad senatum populi volūate transfertur. quippe otio discordiæ nutriuntur: at vbi necessitas incubuit, postpositis priuatis causis atq; odijs, in commune cōsultitur. Sed hoc iptum cum propter insitam genti superbiæ & tyrannicas libidines perniciosum foret, tandem Alcibiades exul ab exercitu reuocatur, & dux classis cōstituitur.



tur. Quo cōperto, principes primo Spartanis urbem proderere moliti sunt: deinde cum id frustra cogitassent, in exiliū sponte cesserunt. Igitur Alcibiades patria liberata, classem in hostes dirigit. Compresso praelio, victoriam Athenienses capeffunt. Porro autem maior pars Spartanexercitus cæsa, duces quoque penè omnes interfecti, & octoginta naues captæ, absque his quæ in conflictu incensæ demersæque perierunt. Rursus bellum in terram translatum, Spartanis æque in feliciter celsit: quibus rebus fracti Lacedæmonij, petiêre pacem, nec tamē impetrare potuerunt. Præterea Syraculana præsidia in Sicilia, audita Chartaginensis belli infestatione, reuocata sunt. Quamobrem Alcibiades classe victrici totam Asiam peruagatur, bellis, incendijs, cædibus rapit sternitque omnia. Urbes quæ dudum à societate defecerant, capit recipitque quàm plurimas. Sic Alcibiades magni nominis factus, Athenas cum admiratione & gaudio omnium victor ingreditur. Paruo post interuallo auget vires, exercitum classemque numero prouehit, rursusque Asiam petit. Lacedæmonij vero Lyfanderum ducem, classi belloque præficiunt.

Cyrus

Cyrus etiam filius Darij, in locum Tissafernis, Ionix Lydiæque præpositus, magnis eos opibus auxilijsque cōfirmat. Lyfander itaque Alcibiadis exercitum prædæ intentum, ac per hoc vbique dispersum ac vagum, repentino incurfu opprimat, sine conflictu aliquo vincit, cæditque fugientem. Magna hæc clades Atheniensibus, & multo atrocius vulnus quàm dudum inflixerant, susceperunt: quo compresso, Athenienses opinati sunt Alcibiadem antiquum exilij sui dolorem, isto scelere proditionis vindicare curasse: ideoque in locum eius Cononem constituunt, cui residuam manum & summam belli committunt: qui supplere saltem numero exhaustas copias volens, senes ac pueros legit, exercitumque conscribit. Sed huiusmodi manus moram bello non attulit: quippe quod robore, non numero confici solet. Itaque statim imbellis manus vel capta vel cæsa est. tantaque strages occisorum illo praelio facta est, vt deletum non solum regnum, sed etiam nomen Athenensium videretur. At illi desperatis rebus, statuunt urbem peregrinis dare, vt qui per totam Asiam paulo ante dominati sunt, nunc ex hac coluie muros saltem liber-

H

tatem.



PAVLII OROSII  
tatemque tueantur: & quamuis vel suo iudicio ad hæctuenda etiam obiectis muris non sufficient, iterum tamen experiri nauale prælium parant. Expers cõsiliij furor, dolorem virtutem putat: quantumque meditatur ira, tantum promittit audacia. Itaque omnibus partim captis, partim interfectis, de ipsis quoque reliquijs nihil reliqui factum est. Solus dux Conon superstes bello & populo, timens ciuium crudelitatem, ad Cyprium regem concessit Euagoram. At dux Lacedæmoniorum, adeptis omnibus ciuitatibus, nihil Atheniensibus præter inanem urbem reliquit, ne hoc diu: nam ipsam urbem postea obsidione circumdedit. Angebat intrinsecus fames, desolatio, & morbus obsessos. Et cum post omnia miseriarum abominamenta, quæ etiam dicere horror est, nihil spei præter mortem occurreret, pacem petere.

*Atheniensibus certis legibus ac conditionibus pax datur, trigintaque rectores constituuntur, qui cum tyrannidem exerceant, Thrasibuli industria eiectione sunt.*

CAPVT XVII.

Magna

LIBER SECVNDVS. 115

Magna hinc inter Spartanos & Iocios deliberatio fuit, cum plurimi inquietissimam ciuitatem sternendam solo, populumque infestissimum cum ipso nomine abolendum pronunciarent: Spartani negauerunt se permissuros, ut è duobus Græciæ oculis vnus erueretur: in super etiam pacem promiserunt, si Piræei portus ducentia in urbem munimina euertentur, nauelque reliquas ultro traderent: deinde si rectores sibi triginta lectos susciperent. Hæc conditioni addictis & succumbentibus, Lacedæmonij Lylandrum ad componendas in urbe parendi leges constituerunt. Insignis hæc annus & expugnatione Athenarum, & morte Darij Persarum regis, & exilio Dionysij Siciliae tyranni fuit. Igitur triginta rectores Atheniensibus ordinati, triginta tyranni exoriuntur: qui primo se tribus millibus satellitum stipant, mox etiam septingentos milites victoris exercitus lateribus suis circumponunt: cædem omnium paucis futuram, occiso Alcibiade auspiciantur: qui fugiens, in itinere clausus cubiculo, viuus incensus est. quo interfecto quasi sublato ultore securi, miseris urbis reliquias cadibus rapinisque exhauriunt. Theramenem quoque

H 2 que



116 PAVLI OROSII  
que vnum ex numero suo, cui hæc displicere senserunt, in exemplum timoremque reliquorum trucidant. Itaque omnes passim ex vrbe diffugiunt. sed interdictu Lacedæmoniorum, cum per totam Græciam exulibus negaretur hospitium, omnes se Argos ac Thebas contulerunt: vbi ita hospitalitatis obsequio fotti sunt, vt non solum dolorem amissæ patriæ lenirent, verum etiam spem recuperandæ meditentur. Erat inter exules Thrasybulus vir strenuus, & generis nobilitate inter suos clarus, qui autor audendi pro patria fuit. Itaque castellum Phylen Atticorum finium collecti exules capiunt, multarumque ciuitatum opibus adiuti, vires capessunt: quibus Lysias quoque Syracusanus orator, quasi in auxilium vrbis, quæ esset patria communis eloquentiæ, quingentos milites cum stipendijs suis misit. Atrox id prælium fuit, sed his pro propria libertate, illis pro aliena dominatione certantibus, animorum atque causarum ipsa quæque tulit pugna indicium: nam victi tyranni, in vrbem refugerunt, omnesque quos ex Atheniënsibus prius sibi satellites legerrant, tunc suspectos prodicionis vrbis custodia remouerunt. Thrasybulum quoque ipsum

ipsum tētare corruptione ausi sunt, quod vbi frustra speratum est, accersitis à Lacedæmone auxilijs, rursus in bellum ruunt, vbi duo sauisissimi omnium longe tyrannorum trucidantur. Cæteros victos & in fugam versos, Thrasybulus vbi vel maximè Athenienses esse intelligit, clamore consequitur, oratione retinet, precibus ligat, proponens ante oculos eorum, quos fugere vel ad quos refugere vellent, sibi aduersus triginta dominos, non aduersus ciues miseros bellum esse susceptum. Quin potius omnes qui se meminert esse Athenienses, sequi oportere Atheniensium libertatis vtores. Itaque hæc adhortatio tantum apud eos valuit, vt mox reuersi in ciuitatem, tyrannos arce decedere atque Eleusnam migrare cōpulerint: qui postquam in societatem vrbis ciues suos, eatenus exules receperunt, tyrannos in bellum æmulatione suscitâr, quibus libertas aliorum quasi ipsorum seruitus videbatur. Tunc indicta pugna, cum prius quasi ad colloquium cōuenirent, circumuenti insidijs, veluti pacis victimæ, trucidâtur. Ita reuocati in vnum, post inexplebiles magnorum lachrymas gaudiorum, hæc prima fundamina recuperata



118. PAULI OROSII. I  
peratæ libertatis instaurant, proposita iu-  
risturandi contestatione, vti discor dia a-  
nimositateq; præterita, in obliuionē per-  
petuam atque immortale silentium dedu-  
cantur. Quod pactionis genus quasi nouã  
vitæ institutionem, nouamque felicitate-  
tem status sui informantes, Amnestiam  
vocauerunt, id est, abolitionem malorū.  
Sapientissima Atheniensium, præsertim  
post tanta miseriarum documenta, pro-  
uisio: si quo pacto res humanæ manente  
consensu hominum, vt ordinantur, vale-  
rent. Sed adeo hoc idem placitum, inter  
ipsa penè placiti verba corruptum est, vt  
vix intercedente biennio, Socrates ille cla-  
rissimus philosophorum, adactus malis,  
veneno sibi apud eos vitam extorserit: de-  
inde vix quadraginta annis interuenien-  
tibus, vt alia sileã, ijdem Athenienses ad-  
empta sibi penitus libertate, sub Philippo  
Macedonum rege seruiert. Verunta-  
men sapientissimi omnium Athenienses,  
etiam suis malis satis docti, concordia mi-  
nimas res crescerē, discordia maximas la-  
bi, cunctaque vel bona vel etiam mala,  
quæ foris geruntur, internis esse radicata  
& emissa principijs, domi abstersere odia,  
& foris bella presserunt, reliqueruntque  
poste-

posteris suis de ruina sui exemplū, de re-  
paratione consilium: si tamē ob infirmis-  
simam humanæ mētis mutabilitatē, quod  
in afflictis rebus consulitur, in prosperis  
seruaretur.

*De bello ciuili inter Artaxerxem & Cyrum filios  
Darij, quod parricidio finitum fuit. De  
terramotu Sicilia, & Atalanse  
insula facta.*

## CAPVT XVIII.

**I**isdem ferè diebus bellum ciuile, immò  
etiam plusquam ciuile, vix parricidio  
terminatū, apud Persas gerebatur. Mor-  
tuo enim rege Dario, cum Artaxerxes &  
Cyrus filij eius de regno ambigerent, tan-  
dem magnis apparatibus, magnis prouin-  
ciarū ac populorum ruinis est vtrinque cer-  
tatum: in quo conflictu cum è diuerso cõ-  
currentes sibi ambo fratres mutuo casus  
obiectauissent, prior Artaxerxes vulne-  
ratus à fratre, equi velocitate morti ex-  
rupte euasit. Cyrus aut̃ mox à cohorte re-  
gia oppressus, sinè certamini dedit. Artaxerxes ergo & præda fraternæ expediti-  
onis, & exercitu potitus, potestatē regni  
parricidio firmavit. Sic vniuersa Asia atq;  
Europa, partim in se singule, partim inter  
le inuicē funeribus & flagitijs permisce-  
bantur.



bantur. Ecce paruissima pagina, verbis-  
que paucissimis quantos de tot prouinci-  
is populis atque urbibus non magis expli-  
cui actus operum, quam implicui globos  
miseriarum. Quis enim cladem illius tem-  
poris, quis fando funera explicet, aut æ-  
quare lachrymis posset dolores? Verun-  
tamen hæc ipsa, quia multo interiectu sæ-  
culorum exoleuerunt, facta sunt nobis  
exercitia ingeniorum, & oblectamenta  
fabularum. quanquam si quis intèrius ad-  
hibeat animum, seseque toto mentis affe-  
ctu ipsis penè causis bellisque permisceat,  
ac rursus velut in arce spectaculi constitu-  
tus, vtrunque in suis qualitatibus tempus  
permetiatur, facile dixerim eum iudica-  
turum, neque illa, nisi irato atque auer-  
sato deo posse tam insoeliciter perturbari  
ac permisceri, neque ista sic, nisi propi-  
tione & miserante, componi. His deinde tẽ-  
poribus grauissimo motu terræ concussa  
Sicilia, insuper ex æstuatibus Aetnæ mon-  
tis ignibus, fauillisque calidis, cum detri-  
mento plurimo agrorum villarumque va-  
stata est. Tunc etiam Atalante ciuitas Lo-  
eris adhaerens, terræ contigua, repenti-  
no maris impetu abscissa, atque in insulam  
desolata est. Atheniensium quoque misera-  
biles

rabiles reliquias pestis inuasit, diuque po-  
pulata est.

*Romanorum parum honesta ad Veios obsidio.*

*Vrbs à Gallis capta & vastata. Collatio  
istius excidij cum presenti Gotho-  
rum inuasione.*

## CAPVT XIX.

**A**Nno ab vrbe condita CCCLV.  
obsidio Veiorum decem continuis  
annis magis obsessores quam obsessos de-  
triuuit. Nam Romani repentinis sæpe ho-  
stium irruptionibus cõminuti, præterea  
in hibernis bella fortiti, hiemare sub pel-  
libus, postremo famem ac frigus in cõ-  
spectu hostium perpeti coacti sunt: urbem  
nouissimè sine vlllo digno Romanæ vir-  
tutis testimonio, cuniculis & clandestina  
obreptione ceperunt. Hanc vtilem magis  
quam nobilem victoriam, primo dictato-  
ris Camilli, qui eam de Veientibus patra-  
uit, exilium, dehinc irruptio Gallorum,  
& incendium vrbis insequitur: cuius cladi  
audeat quisquam, si potest, aliquos mo-  
tus temporis huius comparare: quamuis  
non æque pendat præteriti mali fabulam  
præsentis iniuria. Igitur Galli Senones,  
duce Brenno, exercitu copioso & robu-  
sto nimis, cum urbem Clusini, quæ nunc  
H 5 Tuscia



122  
Tuscia dicitur, obsiderent, legatos Romanorum (qui tunc componendæ inter eos pacis gratia venerant) in acie aduersum se videre pugnant: qua indignatione permoti, Clusini oppidi obsidione dimissa, totis viribus Romam contendunt. Hos ita ruentes Fabius cū exercitu consul excepit, nec tamen obstitit, immò potius hostilis ille imperus, quasi aridam segetem succidit, strauit & transijt. Testatur hanc Fabij cladem Stuius Alia, sicut Cremera Fabiorum. Non enim facile aliquis similem ruinam Romanæ militiæ recenseret, etiã si Roma insuper incensa non esset. Patentes Gallivrbem penetrant, trucidant rigentes simulachrorum modo in suis sedibus senatores: eosque incendio domorum crematos, lapsu culminum suorum sepeliunt. Vniuersam reliquam iuuentutem, quam constat vix mille hominum tunc fuisse, in arce Capitolini montis latitantem obsidione concludunt: ibique infelices reliquias fame, peste, desperatione, formidine \* terrent, subigunt, vendunt: nam mille libris auri dilcelsionis pretium paciscuntur: non quo apud Gallos Romam parui nominis fuerit, sed quod illam sic iam antè detriuerint, vt amplius tunc  
valere

\* terunt.

123  
valere non posset. Exeuntibus Gallis, remanserat in illo quondam vrbis ambitu informium ruinarum, obscena congeries, & vndique impedita errantium, & inter sua ignotorum offensa vocis imago respondens trepidos suspendebat auditus. Horror quatiebat animos, silitia ipsa terrebant. Siquidem materia pauoris est raritas in spatiosis. Hinc illis mutare sedes, aliud incolere oppidum, altero etiam censi nomine cogitatum, placitum atque tentatum est. En tempora, quorum comparatione præsentia ponderantur, in quibus recordatio suspirat, in qua incutiunt de electa, vel potius de neglecta religione poenitentia. Reuera pares sunt & conferuntur inter se hæc duæ captiuitates, illa sex mensibus desatiens, & tribus diebus ista transcurrens. Galli extincto populo, vrbe deleta, ipsum quoque Romæ nomē in extremis cineribus persequētes, & Gothi relicta intentione prædandi, ad confugia salutis, hoc est, sanctorum locorum agmina ignata cogentes. Ibi vix quenquam inuentum senatorem, qui vel absens euaserit: hic vix quenquam requiri, qui fortè vt latens perierit. Recte sanè compararim, hunc fuisse ibi seruatorum numerum, qui hic



hic fuerit perditorū. Planè quod repro-  
ditur & fatendum est, in hac clade præsen-  
ti plus deum læuisse, homines minus, cū  
peragendo ipse, quod illi non impleuis-  
sent, cur eos miserit, demonstrauit: quip-  
pe cum supra humanas vires esset, incen-  
dere æneas trabes, & subruere magnarū  
moles structurarum, ictu fulminū forum  
cum imaginibus vanis, quæ superstitione  
miserabili, vel deum vel hominem menti-  
untur, abiectum est: horumque omnium  
abominamentorum, quod immissa per  
hostem flamma non adiit, missus è cælo  
ignis euertit. Et quoniā vber dicendi ma-  
teria est, quæ nequaquam hoc conclu-  
di libro potest, hic præsentis vo-

luminis finis sit, vt in subse-

quentibus cætera  
prosequa-  
mur.

FRANC.

FRANC FABRICII MARCO-  
DVRANI IN PAVLI

Orosij Historiarum li-  
brum secundum

Annotationes.

*In Caput secundum.*

**A**Rbatus, quem alij Arbacen vocant.) Ita  
esse in libris antiquis iam diximus. Diodorus  
hunc lib. 2. ἀρβακω nominat, sicut & Eu-  
seb. in Chronico. Vnde impressi libri Velleij Paterculii  
sunt emendandi, in quibus scriptum est, Sardanapa-  
lum Pharnaces Medus imperio vitæ, priuauit: cum  
sit legendum, Arbaces Medus. Ita Nini & Babylo-  
nis regnum.) Hac ex Eusebij Chronico aperte co-  
gnoscuntur. Partem regni penes se Chaldæi.)  
Arbacen contra Sardanapalum iuuit Belochus Ba-  
byloniæ præfectus. Itaque victo Sardanapalo Arba-  
ces Medorum & Persarū regno potitus est, Belochus  
Babylonem cum Assyria retinuit.

*In Caput tertium.*

Christiani Imperatoris.) Nomē, Honorij, vulgō  
additur, ex glossemate. vt puro, illius qui exprime-  
re voluit, quis hic Imperator esset, quo de li. 7. cap. 40.

In



## In Caput quartum.

Anno post euerfionē Troiæ CCCC. XIII.) Hunc numerum restituumus, non quod eum omnino verum iudicemus, sed quia illam in omnibus lib. vet. inuenimus, atque ab Orofio scriptum non dubitamus. Nam cum Eutropius scripsisset, Romam conditam XI. Kalend. Maias, Olympiadis sextæ anno tertio, CCCCXIX. post Troiæ excidium: Deinde Paulus Diaconus subiecit, Siue, vt placet Orofio, CCCC. XIII. Scio hæc aliter & vulgo legi, & à Schonhouio edita: sed sequor fidem mei libri antiqui, in quo Eutropij historia ita descripta est, vt quæ Paulus adiecit, illius nominis appositione sint separata Orofio igitur sua restituumus: quanquam non sine causa certiora iudicamus, quæ sunt apud Dionys. Alicarnasseum, & Solinum. cap. 2. Interfecto auo Numitore.) Hoc me alibi legere nõ memini. Sceleratorum manū.) Nota res est de Asylo à Romulo patefacto. Ducem eorum Titum Tatium.) Non commemorabo ea quæ vel pueris nota sunt: hoc tantum monebo, Tatium Lauinij interfectum fuisse, non à Romulo, sed ab ijs, qui per illius propinquos violati erant, Dionys. Liuius & Plutarchus. Mettum Fufetium.) Hæc nomina ita scripsimus, sicut ea in libris antiquis scripta inuenimus. Tu lege quæ de his lo Pierius in libr. 8. Aeneid & Sigonius lib. 1. Emendat cap. 52. doctissimè scripserunt. Meditata proditione suspectum.) Suspectum, quod in libro veteri legitur, aptius visum est sententia illius qui Regum scelera auget, quam suspensum, quod in alijs libris legitur.

legitur. De hoc supplicio Liuius & Dionysius libr. 3. Potentes tunc XII Tusciæ populos.) Florus lib. 1. cap. 5. de Tarquinio, XII. inquit, Tuscia populos frequentibus armis subegit. Oriculum.) Stephanus, Οκρίκολα πόλις τυρρῶσιων. διονύσιος ὀκρίκολα καὶ τῶ βεμικῆς ἀρχαιολογίας. τὸ ἔθνικὸν ὀκρίκολωνός, ὡς αὐτὸς φησιν. Sueffam Pometiam.) Ita scripsimus ex auctoritate librorum antiquorum. Vulgo legitur, Sinuessam, Pometiamq;. Eutropius, Gabis ciuitatem, & Sueffam Pometiam subegit Florus libr. 1. cap. 7. Sic valida oppida in Latio capta sunt, Ardea, Oriculum, Gabij, Sueffa Pometia. Dionysius libr. 4. ὅδι τοὺς κελουμένους ποικυρτίους ἡγερὰν δόναμιν, δι πόλιν σούεσσα ἔκωω. Strabo libr. 5. σούεσσα τῶ πορτίων vocat: quæquam locus ille vulgo admodum corruptus est. Hæc autem Sueffa Pometia dicta est, ad differentiam illius quæ in Campania Sueffa Aurunca dicebatur. Mendose igitur apud Messallam legitur, Oppida Sueffam & Pometiam expugnauit.

## In Caput quintum

Anno post urbem conditā CCXLIII.) Idem numerus est apud Eutropium, Messallam, & Sex. Rufum. Sed Dionysius libr. 5. scribit Romanos regio imperio paruisse annos CCXLIII. Liuius item lib. 1. extremo ait, Regnatum Roma ab vrbe condita ad libertatem annos CCXLIII. Diuersitatis causam Silius indicauit Porfena rex Etruscorum.) Porfena nominis mediâ syllabâ Latini poetæ modo producturunt, modo corripuerunt. Vnde & variè scriptum inueni-



inuenitur. Apud Græcos ποσειδάων & ποσειδώνος legitur. Tarquinium manu ingerens.) Sic habent libri veteres, non Tarquiniensium manus, ut est in vulgatis. Mucius constanti vrendæ manus.) Hic est C. Mucius, cui postea Scauola à clade dextra manus cognomen inditum, Liuius, & alij. Dictatorem creant.) Eutropius, Nono anno post reges exactos &c. Liuius & Casiodorus scribunt primū Dictatorem creatum Posthumo Cominio & T. Lartio Coss. Tu lege Sigonij Commentarium doctissimum in Fastos. Cum M. Valerio Dictatore.) Huius Valerij prænomen est, non Marcus sed Manius, ut ex fragmentis Triumphorum cognoscitur. Dionysius etiam lib. 6 illum appellat μανίον οὐαλέριον ἀδελφὸν ποπλίδου τῆ πρώτῃ ὑπατεύσαντος. Tu lege Ciceronem in Bruto. T. Geganio & P. Minucio.) Prioris Consulis nomen mendosè erat in libris Orosii. Fuerunt hi Coss. an. ab V. C. CCLXI. Lege Dionys. initio lib. 7. & Liuium in 2. Fluius qui perdidit, & porta.) Fluius Cremera fuit, porta Carmentalis, Liuius, Dionysius, & Ouid. lib. 2. Fast.

### In Caput sextum.

Nam cum vnum regionum equitum.) Hunc locum ut in omnibus libris antiquis descriptum inuenimus, sic imprimendum curauimus. Orosius rem ab Herodoto sumpsit, qui de Gynde & Cyro ita scribit. Ἐταυθὰ οἱ τῶν τις ἰσθμῶν ἰππῶν τῶν λευκῶν ὑπὸ ὕβριος ἐσθλῆς ἐστὸν ποταμὸν. διαβαίνειν ἐπειράτῃ δέ μιν συμψήσας ὑποβρύχιον οἰχώκεε φέρων. *Ynus sacrorum equorum candore excellens præfero-*

cia flumen ingressus transire conabatur: quem flumen vorticibus contorquens abripuit & merisit. Contestans eum qui nunc &c.) Herodotus, καὶ οἱ ἐπηπέληγε δούτω δὴ μιν ἀδενέα ποιήσεν, ὥστε τὸ λοιπὸν καὶ γυναικάς μιν ἀυπεῖ ἐως τὸ γόνυ μὴ βρεχέσθαι διαβήσεσθαι Minatus est, se illud adeo debilitaturū, ut in posterum fœmine genua non tingentes facile sint transituri. In 460. alueos.) Scribendum potius, in CCCLX. Nam apud Herod. est, ἐς τριηκοσίας καὶ ἐξήκοντά μιν διώρυγας διαλαβόν. Ac sic meabilibus vadis siccum.) Hæc scribit etiā Xenophon li. 7. κύβη παδέας. Latitudine cubitorum L.) Q. Curtius lib. 5. Murus instructus, Laterculo coctili bitumine interlitus, spatium 30. & duorum pedum latitudinem amplectitur. quadrigæ inter se occurrentes sine periculo cōmeare dicuntur. Altitudo muri C. cubitorum eminet spatio. turris denis pedibus quàm murus altiores sunt. Totius operis ambitus CCCLXVIII. stadia complectitur. Strab. lib. 16. scribit muros esse in crassitudinem pedum 32. in altitudinem cubitorum 50. Sed Orosius Herodotum sequitur. Plin. lib. 6. ca. 26. scribit Babylonis muros esse duccenos pedes altos, quinquagenos latos. Media intercapedine sui citas.) Ita scripsi ex antiquo libro Cornelij Gualtheri. Herodotus ita, ἐπάνω δὲ τῆς τοίχου παρὰ τὰ ἄσχηατα, οἰκίματα μονόκωλα ἔδμεν, τετραμμένα ἐς ἀλλήλα. τὸ μέσου δὲ τῶν οἰκημάτων ἔλιπον τε θρίππῳ περιέλασιν. Valla. Super murum circa oras extruxerunt, dietas singularias, altrinsecus conuersas, inter quas tātum intercapedinis relinquebatur, ut quadriga interagi posset.



IN LIBRVM SECVNDVM  
In Caput septimum.

Tomyris regina) De rebus Cyri Persarum regis  
excepta historia ex Ctesia Persicis edidit Henricus  
Stephanus. quae cum Xenophontis narratione magis  
quã cum Herodoti congruit. Graecè apud Herodotũ  
li. 1. est τόμυρις, apud Lucian. in Charonte τóμυρις.  
Historia describitur etiam à Iustino li. 1. & Valerio  
Max li. 9. c. 10. Cum prohibere eos tran-  
situ Araxi fluminis posset, transire permisit: cũ vul-  
go aliter legatur Filium adulescentulũ) Hic filius  
ab Herodoto σπαραζιων, nominatur.

In Caput octauum.

Regnavit medius eorum Cambyses) In Cte-  
sia excerptis Cambysis regno anni XVIII. tribuuntur.  
Cambyses regnavit annos septẽ, menses quinque. He-  
rod. li. 3. De hoc quoq; Lucianus in Charonte. Darius  
itaque vnus) De Dario Herodotus li. 3. & Iust. li. 1.  
extremo. Attyro regi) Scytharum rex, quẽ Herodo-  
tus Indathysum nominat, σκυθαρχης vocatur In li-  
bris veterib; partim, Antybro partim, Antyryo legitur.  
In impressis Iustini (nam in nostro manuscripto no-  
mẽ regis Scytharum non inuenitur) rex Lanthinus  
vocatur. Hero. li. 4. hoc bellum copiosè describens, re-  
gem Scytharum ἰνδάθυσον nominat. Ionas nauali  
congressione) De hoc praelio nauali, quo Iones à  
Persis victi fuerunt, lege Herodotũ li. 6. Quod Iones  
aduersum se auxilio iuissent) Hae eadem Iusti-  
nus li. 2. Plato in Menexeno, ἀπιασάρδος ὃ δαρξί-  
ος ἡμᾶς τε καὶ ἑρετρείας, σάρδησιν ἐπιβουλεύσας  
προφα-

προφασιζόμενος. &c. Plutarchus in Aristide ait,  
Dariiũ huius belli contra Athenienses causam atq; ulisse  
ὄτι σάρδεις ἐπέπρησαν. Cũ detineri quadriduanæ  
religionis otio) Fædum mendum hic insederat ad-  
dita voce, Persas. Neq; enim Persæ, sed Lacedæmonij  
quadridui religione tenebatur, vt scribit Iustinus, &  
Herodotus li. 6. apertius his verbis, ἦν γὰρ ἰσαμένη τῆς  
μῶος εἰνάτη εἰνάτη ὃ σὺκ. θελέυσαντα εἴρασαν,  
μὴ οὐ πλῆρες ἐόντος τῆς κύκλου. i. Erat enim eo men-  
se dies nonus luna. eo autem die se exercitum eductu-  
ros negarunt, cum luna suum orbem nondum cõplef-  
set. Lucianus De Astrologia, de Lycurgo ait, καὶ νόμον  
σφίσιν ἐποίησατο, μηδὰ μᾶλλον μὴ εἰς πόλεμον προ-  
χωρεῖν, πρὶν τὴν σελήνην πλῆρην γενέσθαι. Le-  
gem ijs scripsit, ne vsquã ad bellum ante plenilunium  
profisceretur. Plato li. 3. de legib; cur tardius Lacedæ-  
monij venerint, in causa fuisse putat bellum cũ Mes-  
senijs gestum. CCM. Persarũ apud cãpos Mara-  
thonios) Hac est nobilis illa in Marathone Milita-  
dis auspicijs reportata victoria, de qua multi a passim  
apud omnes. Popillia virgo) Magna varietas est in  
huius Vestalis nomine. Quã enim Orosius hic Popil-  
liã, Dionysius li. 8. ὀπιλλιαν, Liu. li. 2. Oppiã nominat.  
Dãnata incesti fuit. M. Fabio, L. Valerio Cos. qui an-  
nus Dionysio est post urbem conditam CCLXXI.

In Caput nonum.

Quod Demaratus Lacedæmonius) Hoc præ-  
ter Iustinum scribit Herodotus lib. septimo extremo.  
Igitur Xerxes DCCM.) Herodotus scribit pede-  
stres copias Xerxis fuisse ἑβδομήκοντα καὶ ἑκατὸν  
μυριά-



μυριάδων. i. decies septies centena millia. Isocrates in Panathenaeico ait, Xerxem habuisse ἑξομύκοντα μυριάδας ἤ μαχίμων. i. bellicorum 100000000000. Diod. li. 11. ἠριθμήθησαν ἕξ ἑξήσδυνάμειος μυριάδες πλείους ἢ ὀγδοήκοντα. pedestriū copiarū supra octingenta millia numerata sunt. Romstratas etiam naues M. DCC.) Lysias & Isocrates scribunt Xerxē in Graciā appulisse classē M. DCC. nauīū. apud Diod. li. 11. numerantur eiusdem classis νῆες σύμπασαι μακρῆς πλείους ἢ χιλίων καὶ διακοσίων. naues omnes longa amplius MDCC. Sed de hac re ex Herodoto & Aeschylum plura diximus in Scholijs nostris in Lysia ἐπιτάφιος. Onerarias autē tria M.) Ha sunt Diodoro τεχνόκτοροι τελοχίλια. Vix ad potum flumina) Notū est illud Iuuenalis Satyr. 10.

Defecisse amnes, epotaq; flumina Medo Prandente.

Leniodas rex Spartanorū cum III. M.) Horum trecenti Spartani fuerūt. Cicero de finib. 2. Leonidas rex Lacedaemoniorū se in Thermopylis trecentosq; suos quos eduxerat Sparta, cum esset proposita aut fuga turpis, aut gloriosa mors, opposuit hostibus. Verū de ratione pugnae lege Herod. li. 7. Diodorum 11. Pausaniam 3. Conturbada agmina fore) Quod, fore, hic in esse, mutarunt, id equidem à Vallensibus factū credo, quasi vero optimi scriptores ita non sint locuti, atq; adeo parens lingua latina, M. Tullius non dixerit, Quasi diuinarem fore mihi aliquando expectandum studiū tuum. &c. Sexcenti viri castra) Verba sunt Iustini. Diod. scribit Leonidam secum habuisse,

buisse, οὐ πλείους ἢ πέντακοσίων, id est, non amplius quingentos Victores sine dubio) In vulgatis libris additur, nō essent. & in nullis manuscriptis inuenio.

### In Caput X.

De praelio nauali, quod hoc capite describitur. consule Herodotū li. 8. Aeschylum πέρσεως. Diodorū 11. Plutarc. in Themistocle. & alios. Proponi symbolos) Symbolos non symbola libri vet. quomodo est etia in impressis Iustini libris. Plautus Bacchid Eo praesente homini ex templo ostendit symbolum. Quem tute dederas ad eū. Apud Herodo. de Themistocle est, ἐν τὰ μνησίων ἐν τοῖσι λίθοισι γράμματα. &c. Plutarchus, ἐνεχραθη κατὰ τὴν λίθων ἐπιφανῆ γράμματα τῶν μὲν εὐρισκίων ἀπὸ τύχης, τοὺς δ' αὐτὸς ἰσῆς περὶ τὰ ναυλοχα καὶ τὰς ὑδρείας. id est, literas perspicuas lapidibus insculpebat, quorū alios casu offendebat, alios ipse ad stationes & aquationes collocabat. Nunc autem iniuste agentes) Sic Herodotus, ἀνδρες ἴσωνες οὐ ποιεῖτε δίχην. Iones iniuste agitū. Verū in nostris manuscriptis est, iniuste desides. Artemidora regina Alicarnasi) Artemidora nomen, quod in omnibus libris inueni, reliqui. Ceterū non solū Herodotus, verum etia Iustinus & Pausanias in Laconicis hanc reginā Artemisiā nomināt Memimit & Plutar. ἀρτεμισίας in Themistocle Iūcto pōte portasset) Ita scripsimus ex libro Cor. Gualibe rī: quam verā esse lectionem alij quoq; suspicari sunt.

### In Caput XI.

Olynthum siquidem Graeciae oppidum) Sequitur Orosius Iustinum: Herodotus aut li. 8. scribit, Olynthum



Olynthum nõ à Mardonio, sed altero præfecto Artabazo expugnata esse. Incensa vrbis parte) Partem illã intelligit, quã Athenienses iam re edificare cœperant, auctore Iustino. Herodotus & Diodorus scribunt, Mardonium incensis Athenis euerisse quiddam murorũ adiumq; tam sacrarum quã profanarum reliquum erat. Mardonium deletis copijs ipsius, &c.) Vereor equidẽ, ne Iustinus in sua epitoma deceptus, cũ ea quæ Artabazo tribuenda erant, ad Mardonium retulerit, Orosum quoq; in errorem induxerit. Nam Artabazum aufugisse, Mardonium in pugna ad Plateas cecidisse, Herodotus, Diodorus, Plur. alijsq; omnes scribunt. Pausanias li. 1 ait, Mardonium à Spartanõ milite interfectum fuisse. Interfectore Herodotus li. 9. Ἀχιλῆος, Plutarchus in Aristide Ἀχιλῆος nominat. Verum ab his dissentit Ctesias, qui Mardonium accepto vulnere fugisse tradit, ac deinde à Xerxe missum ad spoliandũ Appollinis templum magna vi gradinis oppressum interyisse. Eum igitur Iustinus & Orosius sequuntur. Sub monte Mycale) Ἐν Μυκάλη ἡ μάχη, est apud Herodotum li. vi. vbi historia pluribus scribitur, sicut & apud Diod. li. 11. Lege præterea Thucydide li. 1. In Asia meridianis horis) Herodotus, τὸ μὲν ἐν πλάταγῃσι, περὶ ἐστὶ τῆς ἡμέρας ἐγίνετο: τὸ δὲ ἐν Μυκάλη, περὶ δέλην. id est, Res ad Plateas matutino tempore gesta est, ad Mycalen vespertino. Orosius Iustinum sequitur. Per Artabanũ) Artabanus Xerxem interfecit anno ante Olympiadẽ 79. vt scribit Diodorus. Prandete tanquam apud inferos) Hoc apophthegma refertur à Plutar. & M. Tullio li. 1. Tusç.

In Caput

## In Caput XII.

Anno CCXC.) Sic recte hic numerus descriptus est in manuscriptis, cũ vulgo mendose sit impressum, CCLX. Nam etiã in antiquis fastis Romanis annus quo P. Seruilius Priscus & L. Aebutius Elua Coss. fuerunt, post urbem conditã CCXC numeratur. De grauisima hac peste, L. i. 3. & Dionys. li. 9. vbi scribit eã cœpisse ad K. Septemb. ac toto illo anno durasse Proximo dehinc anno) Ap. Herdonius Capitolium occupauit P. Valerio Poplicola, C. Claudio Coss. an. CCXCIII. Historia est apud Liuiũ & Dionys. li. 10. Incenderuntque Capitolium) Capitolium hoc tempore conflagrasse nemo tradit. quare puto cõtra fidem etiã librorum legendum, incenderunt. Sequitur annus) Is annus consules habuit L. Minucium & C. Nautium. De Quinto Cincinnato plena sunt omnia monumenta. Iugum boũ equis imposuit) Hunc locũ Diaconus Eutropiana historia inseruit.

## In Caput XIII.

Anno qui proximus trecentesimo) Annum ab V. C. CCXCIX intelligit, Coss. Sp. Tarpeio & A. Aterio, quibus legatos in Graciã missos fuisse, præter Liuium & Dionys. Castiodorus scribit. Ipso autẽ trecentesimo) Consulare imperium ad Decemuiros translatum esse anno ab V. C. CCC. altero Liuius & Eutropius, scribunt, CCCII. Auctores fastorum Roman. Euseb. & Solinus. Olympiadẽ XCV.) Varietatem numeri ab alijs notatam reliqui. In duobus manuscriptis XCV inueni: in tertio XXC. Cum Orosius Eusebium in hac re fere auctorem sequatur, qui Decem-



decemviriū creationē confert in Olympiadē xxii. vide nū ita hic quoq; scribendū sit. Dionysio Decemviri creati sunt olymp. xxii. anno secundo. Diod. li. 12. olymp. octogesima quarta. Appij Claudij libido) Nota res est ex Dionysii li. 11. Diodori 12. Liuij 3. Eutropij 1. Adactus Virginius pater) Legitur & adductus. Cicero li. 2. de finib. L. Virginius sexagesimo anno post libertatē receptam Virginiā filiā suā manu occidit potius, quā ea App. Claudij libidini, qui tum erat summo in imperio, dederetur. Roma nuntijs fatigaretur) Nūtijs rectē est in manuscriptis, pro quo vulgo mendosē, intus legitur. Liuius scribit his temporibus M. Cornelio L. Papirio Cos. crebris motibus terra in agris tecta corruisse, sed hi Consoles alijs cadunt in annum secundū olymp. 84. Diodoro in tertiuū olymp. 87. Ita iugis & torrida siccitas) Siccitate plurimū laboratū fuisse, a Cornel. Cosso, T. Quinctio Penno, Cos. An. 325. Liui. li. 4. scribit. Cū Fidenates hostes) Legitur etiā Fidenas hostis: de quo Eutrop. li. 1. An. CCCXV. ab V. C. Fidenates contra Romanos rebellauerunt. Auxiliū prestabant his Vientes, & rex Vientiū Tolumnius. Coniunxerūt se ijs & Volsci. Plura Liu. lib. 4. Aemilius III. Dictator) Mam. Aemilius Mamercinus Dictator primum an. CCCXVI. cū Fidenatibus acerrimē dimicauit, et triumphās in urbē redijt. Idem Dictator tertium an. CCCXXVII. cum Fidenates iterū rebellauerunt. Fidenas urbē cepit atq; excidit. Hac Liu. li. 4. Domesticas clades) In vulgatis est, domestica. nostrā lectionem ex libris antiquis acceptā & vrbibus cōprobat.

## In Caput XIII.

Qua

Qua hoc capite ab Orofio explicantur, ea pleniū à Iustino ex Trogo cōmemorantur li. 4. Antiquissimos esse in parte Siciliae Cyclopas Thucydes initio li. 6. scribit. Lachete & Charœade ducib.) Hi duces extrema aestate anni quinti belli Peloponnesiaci in Sicilia miseri fuerunt, auctore Thucydide li. 3. Apud Diod. li. 12. mendosē Χαβρίας pro Charœade nominatur. Lugubribus induti) Pānis, quod vulgo aditur, in libris vet. nō legitur. Ducibus Nicia & Lamacho) Tertius dux fuit Alcibiades: sed is non ita multo postquā in Sicilia peruenerat, domum reuocatus in exiliū abiit. Thucydides li. 6. Diod. li. 13. Plutarchus in Alcibiade & Nicia vnde historia plenior petenda. Demosthenē & Eurymedonta) Δημόσθενω τὸν ἀλλοτρίω, & εὐρυμέδοντα τὸν ἑκκλέης. Thucyd. li. 7. Eurymedō dux primus occiditur) Ita ex Augustinianorū libro scripsimus. Nā reliqui ab impressis nō discrepant. quo nodo in manuscripto nostro Iustino Eurylochi nomen etiā pro Eurymedontis legitur. Notum verō est ex Thucydides li. 7. Diodori 13. & Plutar. Nicia, Eurymedontē, qui in dextro cornu curabat, cum hostes circumuenire vellet, interclusum à suis interijisse. Vndecim naues incenduntur) Ita quidē constanter omnes libri Orofi: at apud Iust. à quo hac desumpta sunt, legitur, Triginta naues, quibus praesuerat, incenduntur. Thucydides & Diod. incendiū parati ab hostibus meminerunt, sed de numero nauium, quae flāma perierint, nihil scribūt. Naues eorū relictas CXXX) Idem numerus est in Iust. Thucydides scribit Atheniensibus reliquis fuisse naues circiter LX. Diod. L. naues relictas ait. Demosthenes



Athenes dedecus) Hac de re alij, prater Iustinum, nihil. Tantū Plutarchus in Nicia hac scribit, αὐτὸς δὲ δημοδοῦναι σπασάδιμος τὸ ζῆφος ἐπαλιγε μὲν εἰς αὐτὸν, οὐ μὲν ἀπέθανε, ταχὺ δὲ πολέμιον περισχόν-  
τῃ καὶ συλλαβόντῃ. Id est, Ipse Demosthenes stricto gladio se quidem percussit, verum non interfecit, subito ab hostibus circumuentus & captus. De morte Demosthenis & Nicie, Imaam diuersa à Thucydide & Philisto tradidisse, ibidem Plutarchus scribit.

### In Caput XV.

Que hoc capite Orofius narrat, ea prater Iustinū Thucydides li. 8. Diodorus 13. Plutarchus in Alcibiade Darius rex Persarum) Sextus hic Persarū rex fuit, qui Artaxerxi Xerxis filio in regno successit. Tissafernem præfectū Lydiæ) τισσαφέρνης βασιλεὺς δαρείου τῷ ἀρταξέρξει στρατηγὸς ἦν τῶν κάρων. Tissafernes regis Darij Artaxerxis filij præfectus in ora maritima erat, Thucydides. Ad Tissafernē in Mediam concessit) Thucydides, ὑποχωρεῖ δεισας παρὰ τισσαφέρην, metu adductus clam se ad Tissafernem confert. Plutarchus, τισσαφέρην δὲ τῷ βασιλέως στρατῶν δόξας εἰς αὐτὸν ὑπὲρ ἀσπασίας εὐθὺς ἦν παρ' αὐτῷ πρῶτος καὶ μέγιστος, vbi se Tissaferni, vt extra periculū esset, dedit, statim apud eum summum locum obrinuit.

### In Caput XVI.

Summa imperij ad Senatū transfertur) Quomodo summa imperij ad Senatū quadringentorū hominum translata fuerit, item de reditu Alcibiadis, copiose Thucydides, Diodorus & Plutarchus

locū

locis citatis. Commisso prælio) Duplicem victoriam describit, vnam naualem, alteram terrestrem, quas Athenienses ad cyzicum de spartanis reportarunt. duce illorum Mindaro imperfecto. Xenophon li. 1. de rebus Græcorum, Diod. li. 13. Plutar. Alcibiade Lacedæmonij petiere pacem) Legationis de pace Athenas missa princeps fuit Endius: Athenis vero Cleophon maximè paci impedimēto fuit. Lege Diod. Syraculana præsidia) Post Atheniensium cladē in Sicilia Aegestæ socij Atheniensium præsi à Selinuntijs & Syraculanis opē à Carthaginensibus petierūt: hijs illis præsidium cum Annibale Gesconis F. duce miserunt: itaq; Syracusani suos, quos auxilio Lacedæmonijs cōtra Athenienses miserāt, domū reuocarunt. Xenophon & Diod. Sic Alcibiades magni nominis) Magnificū Alcibiadis reditum in patriā prater Xenophontē, Diod. & Plutar. describit Iust. li. 5. Cyrus etiam filius Darij) Vulgo turpi errore legitur, Cyrus autē frater Darij. Lysander itaq; Alcibiadis) Hac clades absente Alcibiade Antiochi, quē classis præfecerat, temeritate accepta fuit. Xenop. li. 1. Diod. 13. Plutar. Alcibiade & Lysandro. Pausanias li. 3. Itaq; ita tim imbellis manus &c.) Vltimū hoc præliū nauale inter Lacedæmonios & Athenienses bello Pelopōnesiaco (quod xxvii. annos durauit) commissum fuit ad Aegos flumina, quo Atheniensium classis deleta est: de quo eosdē auctores consule, quos modo nominavi. Statuunt urbē peregrinis dare) .i. peregrinos ciuitate donare. Diod. ἐποίησαντο πολίτας τοὺς μετοίκους καὶ ἄλλων ξένων τοὺς βελομένους σωμαγωνισαδων. Ad Cypriū regē concessit Euagorā) Huius locū

mendans



mendum alij quoq; animaduertent. ac sine vllō negotio ex Iustino emendari potuit. Xenoph li. 2. Κοινὸν ὄρεται ναυσὶν ἀπέπλευσε παρ' εὐαγόραν ἐξ κούπρον. Sed ne in re minime dubia testibus videar vitiosum non necessarijs. κόνωνα ἢ τίς οὐκ οἶδεν, ὁ δὲ δυσόχητα σης τ' ὁλόως ὡς εὐαγόραν ἦλθε, vt ait Isocrates in Euagora.

### In Caput XVII.

Spartani negauerunt) sic quidē Iustin. at Xenophō li. 2. ita, λακεδαιμόνιοι ἡδὺν ἔφασαν πῶλιν ἑλλωίδα ἀνδραποδιεῖν, μέγα ἀγαθὸν εἰργασμένω ἐν τοῖς μεγίστοις κινδύοις γενομένοις. (Sic enim legendum ē vetustis, nō γενομένω vt est impressum.) τῆ ἑλλάδι. Lacedaemonij negarunt se Graciam urbem, quae in summis Graciae periculis optimē de illa esset merita, euersuros. Si Piræei portus) Iust. Si demissa Piræum versus muri brachia deiecerint. vbi muri brachia vocat, quae Graci μακρὰ σκέλη, & μακρὰ τέγγη. Darij Persarum regis) Darius non ita multo post pacē inter Athenienses factam mortuus fuit, vt idem scribit, non tam exulauit, quam in extremū discrimen amittende tyrannidis venit. Occiso Alcibiade) Trogus, cuius sententiam Orosius sequitur, videtur ideo scripsisse Alcibiadē à Triginta viris occisum fuisse, quod illi, & praecipue Critias, vt est apud Plutarch. Lylandrum impulerint, vt Alcibiadem à Pharnabazo interficiendum curaret. Varia iamen eius necis causa commemorantur à Plutarcho & Diodoro li. 14. Viuis incensus est) Plutarchus scribit Alcibi-

Alcibiadem in Phrygia quodam vico deprehensum ab ijs quibus Pharnabazus hanc eadem mādauerat. qui cum ad eū ingredi non auderent, adibus circumfusi eas incenderunt. Alcibiades sinistra manum palio inuoluit, gladioq; distincto integer à flāma erupit, & submotis intersectoribus emitus ab ijs telis oppressus est Sed Ephorus li. 17. vt est apud Diod. tradidit adibus iucensis ipsum quidem eruptionem tentasse. verum flamma telūq; impeditū interijisse. Theramenem quoque) Theramenis praecleara mors nō tantum à Xenophōte eleganter describitur, sed & à Cicerone Tuscul. magnificē laudatur. Thrasylbulus vir strenuus) θρασύβουλος τυριεύς ὀνομαζόμενος, ὡν ἀθηναῖος, Diod. Castellum Phylen) Vulgo mendosē. phylenen, legitur, sicut apud Isocratem de pace τῆ φυλακῆν καταλαβόντων, apud Dionē li. 44. οἱ τὴν φυλακῆν καταλαβόντες, pro φυλῆν. Xenophon, φυλῆν χωρίον καταλαμβάνει ἰσχυρόν. Diod. καταλαβέτο χωρίον τ' ἀθηκῆς ὀνομαζόμενον φυλῆν. ἦν ἡ τὸ φρούριον ἰσχυρόν τε σφόδρα, & τῆ ἀθηνῶν ἀπέχοντα διὰ τὸν ἰσχυρόν. id est, Occupauit Atticā castellū Phylen nomine: quod & bene munitum erat. & Athenis aberat nullia passuum fere XIII. Quibus Lylis quoque) Extant optimi huius Oratoris aliquot orationes: quarum lepidissimā Funebrem nos ante annos aliquot auxilio libri manuscripti integram edidimus, latinamq; vna cū Defensione cadis Erasthens fecimus. CCCC. milites) Plutar. in Lysia auctor est ipsum inuuisse Thrasylbulum duobus millibus drachmarum, scutus ducentis, & militib. à se con ductis trecentis. Thrasylbulum quoque ipsum) Hunc



Hunc conatum exposuerat Diod. li. 14. vbi post occupatum Piraeum scribit, magnum numerum exulatum ad Thraſybulum cōfluxiſſe. ac deinde in Henrici Stephani libro ſequitur, φαιερῶς μὲν περὶ τινῶν ἀρχιμαδων τῶν διαλεξόμενοι. &c. vbi hæc verba, ἤλθον δὲ καὶ ἀπὸ τῶν τελευκόντων τινες, aut his ſimilia deſunt. Duo ſæuiſſimi) Critias nimirum & Hippomachus, Xenophō. & Iuſtinus, Diodorus Critia tantū meminit. Thraſybulus clamore conſequitur) Hæc Cleocriti præconis voce pronuntiata fuiſſe Xenophon ſcribit. Amneſtiā) ἀμνηſτιαν Valerius M. li. 4. ca. 1. de Thraſybulo. Plebis ſciturum interpoſuit, ne qua præteritarū rerū mentio fieret. Hæc obliuio, quā Athenienſes ἀμνηſτιαν vocant, &c. Hinc Plutarchus in ciuilibus præceptis ſciturū illud Athenienſiū vocat, τὸ τῆς ἀμνηſτίας ὑπίſταμα. Hoc Græcū verbum uſurpauit M. Tullius, cum poſt eadē C. Iulij Caſaris omnem memoriā diſcordiarum obliuione ſempiterna delendā cēſuit, Philip. 1. Hinc Paterculus li. 2. Et illud decreti Athenienſium celeberrimi exemplum relatū à Cicerone obliuionis præteritarū rerum decreto patrum cōprobatū eſt. Vopifcus in aureliano, Amneſtia etiā ſub eo delictorum publicorum decreta eſt de exēplo Athenienſium cuius rei etiā Tullius in Philippicis meminit. Hæc ideo pluribus, quod vidē eſſe qui affirmant, verbū illud, quod Cicero uſurpauit, eſſe non, ἀμνηſτιαν, ſed, μὴ μνηſτιαν χεῖν. Socrates ille) Socrates ab Antio. & Melito impietatis accuſatus, & condēnatus venenum bibit anno primo Olympiadis XCV. Laertius li. 2. & Diod. 14. Concordia minimas res creſcere) Sententia Salluſtiana ex Iugurthimo.

In Ca.

## In Caput XVIII.

Bellum hoc inter duos fratres Cyrum & Artaxerxē geſtum Xenophon eius particeps & ſocius ſeptē libris κῶς ἀναβάσεως deſcripſit: quos bene Latinos ſecit doctiſſimus Romulus Amaſeus. De eodem Diod. li. 14. & Plutarchus in Artaxerxe. Quis enim cladē) τῶν παρῶν Virgiliana è libr. 2. Aeneid. His deinde temporibus) Hæc terramotus accidit an. tertio Olymp. XXCVIII. anno quinto belli Peloponneſiaci, de quo Diod. li. 12. τελευκίου τοῦ δὲ στωβηριτοῦς σεισμὸς γενέσθαι κατὰ πολλὰ μέρη τῆς Ἑλλάδος, ὥς τε καὶ πόλεις τινὰς ἐπιβαλατῆρας ἐπικλύσασαν τὴν θάλατταν διαφθεῖραι, καὶ κατὰ τὴν λοκρίδα χερσονήσους καθεσώσης ῥῆξαι μὲν τὸν Ἰσθμόν, ὡς καὶ δὲ νῆστον τὴν ὀνομαζομένην ἀταλάντην. id eſt, Tū in pleriq; Græcia partibus terra ita mouit, vt nonnullas vrbes maritimas ſuper inſuſa maria obruerint. & Locridis latius, in quo Atalante oppidum in mare proiectum conſtanti adhærebat, maris impetu abſciſſum in inſulam abierit.

## In Caput XIX.

Anno ab V. C. CCCLV) Cuſpianus vult in hoc numero errorem in eſſe. quæ ego, qui puto Oroſum reſpexiſſe non tempus cæptæ obſidionis Veiorū, ſed captæ vrbis, contra fidem librorum mutare nolui. Sigonio, cuius diligentiam in perficiendis Faſtis admiramur, annus captæ vrbis Veiorum eſt poſt R. cond. CCCLVI. De Veiorū obſidione & expugnatione copioſe Liuius libr. 5. Camilli exilium) M. Furcius Camillus, die dicta ab L. Appuleio Tribuno pl. obprada us



pradam Veientanā iniquē diuisam, in exilium abiit quinto anno post quā Veios ceperat, Liius & Plutarchus in Camillo. Vrbem Clusini, quæ nunc Tuscia.) Orosio hic suam lectionem reddidimus. Verum hoc oppidum ab alijs Clusium, oppidanos Clusinos dici, notius est, quā vt sit admonendum. Fabius cum exercitu Consul.) Nullus Fabius hoc tempore Consul fuit: sed eo anno, quo Roma capta est, tres Fabij Tribuni militum Consulari potestate fuerunt, Liius li. 5. Diod. 14. Plutarchus in Camillo. Testatur hanc Fabij cladem.) Eodem die, nempe XV. K. Sext. vtraque clades accepta fuit, usq; dies à posteriore A-liensis dictus est, Liius li. 6. Plutar. in Camillo, Tacitus li. 18. Seruius in VII. Aeneid. Et vndique perimpedita.) Lectionem illam, quam hic Gerardus Bolsuinge in margine asscripsit, nos in antiquis non inuenimus: sed quod in illis sine vlla differentia legitur, nos bona fide descripsimus. Hinc illis mutare sedes.) Intelligit consilium migrandi Veios: quo de Liius libro quinto extremo. Illa sex mensibus desæuiens.) Plutarchus Romam septem mensibus in Gallorū potestate fuisse, his verbis in Camillo scribit,

ὄλω μὲν ἢ ῥά μιν παραλόγως ἦλω, καὶ πα-  
ραλογώτερον ἐσώθη, μῆνας ἀπὸ  
τοῦς πάντας ὑπὸ τοῖς βαρ-  
βάρους γενο-  
μένη.

PAVLI

PAVLI OROSII  
ADVERSVS PAGA-  
NOS HISTORIARVM  
LIBER TERTIVS.

## P R A E F A T I O.



T superiore iam libro con-  
testatus sum, & nunc neces-  
sarie repeto, secundum præ-  
ceptum tuum de antea actis  
cōsuetudinibus sæculi, nec  
omnia nec per omnia posse quæ gesta, &  
sicut gesta sunt explicari, quoniam magna  
atque innumera copiosissime à plurimis  
scripta sunt. Scriptores autem etsi non e-  
asdem causas, easdem tamen res habuere  
propositas: quippe cū illi bella, nos bel-  
lorum miserias euoluamus. Præterea ex  
hac ipsa, de qua queror, abundantia, an-  
gustia oritur mihi, & concludit me soli-  
citus nodosior. Si enim aliqua studio  
breuitatis omitto, putabuntur aut mihi  
nunc defuisse, aut in illo tunc tempore  
non fuisse. Si vero significare cuncta, nec  
exprimere studens, compendiosa breui-  
tate succingo, obscura faciam: & ita apud  
K plerof-



plerosque erunt \* dubia, vt nec dicta videantur: maximè cum è contrario nos vim rerum, non imaginem commendare curemus. Breuitas autem atque obscuritas, immò vt est semper obscura breuitas, etsi cognoscendi imaginem præfert, aufert tamen intelligendi vigorem, Sed ego cum vtrūque vitandum sciam, vtrunque faciam, vt quocunque modo alterutra temperentur, si nec multa prætermissa, nec multum constricta videantur.

*De pace iussu Artaxerxis regis per Graciam facta, deq; varijs bellis ante illam pacem à Lacedæmonijs cum rege & Thebani gestis, vbi de Conone.*

## CAPVT I.

**A**Nno ab vrbe cōdita CCC.LXIII. quem annum sicut grauisimum propter ignotam sibi captiuitatem Roma perlesit, ita magnificum propter insolitam pacem Græcia habuit. Eo siquidem tempore, quo Galli Romam captam incensamq; tenuerunt ac vendiderūt, Artaxerxes rex Persarū discedere ab armis, & quiescere in pace vniuersam Græciam per legatos præcepit, denunciāns contra-

dicto-

dictorem pacis, bello impetendum: quem ita iubentem potuissent vtique Græciam constanter contemnere, quàm fortiter sæpe vicerunt, nisi porrectam vndeunque occasione, quam auidè desiderauerant, tam libenter hausissent. ostendunt enim quàm ægre admifere illa quæ eatenus gesserunt, quæ tam facile indigna etiam conditione deposuerunt: nam quid tam indignum liberis & fortibus viris, quàm longe remoti, sæpe etiam victi adhuc hostis, & deinde minitantis imperio arma deponere, paci quæ seruire, si non iplo tantum annuntiatæ pacis sono per corda cunctorum ægra belli tabuisset intentio: & post diuturnas laborū vigiliā oscitantes ac stupefactos quies inopinata laxasset, priusquam ipsam quietem voluntas pacta componeret? Vnde autem tanta fatigatio, omnium per totam Græciā populorum corda corporaque oppreslerit, quæ efferos animos ignoto acquiescere otio tam facilè persuasit, quàm breuissimè ostendam. Lacedæmonij, vtpote homines, & Græci homines, quò plura habebant, eò ampliora cupientes, postquam Atheniensium potiti sunt, vniuersam Asiā spe dominationis hauserunt. Itaque



toti oriēti bellum mouentes, Dercyllidā  
ducem in hanc militiam legunt: qui cum  
sibi aduersus duos potentissimos Arta-  
xerxis Persarum regis præfectos, Phar-  
nabazum & Tissafernem, pugnandum vi-  
deret, prouiso ad tempus consilio, vt pon-  
dus geminæ cōgressiois eluderet, vnum  
denuntiato bello appetit, alterum pacta  
pace suspendit. Pharnabazus Tissafernem  
apud Artaxerxem, communem tunc re-  
gem defert vt proditorem, præsertim qui  
cum hoste belli tempore de fœderis con-  
ditione pepigisset: hortaturque regem vt  
in locum eius Cononem Atheniensem vi-  
rum, qui tunc fortē apud Cyprum exula-  
bat, ducem nauali bello constituat. Acce-  
ptis igitur quingētis argēti talentis, Co-  
non per Pharnabazum euocatur, classiq;  
præficitur: quibus compertis, Lacedæmo-  
nij & ipsi auxilia naualis belli, à rege Aeg-  
gypti Hercynione per legatos petunt: à  
quo centum instructas triremes & sexcē-  
ta millia modiūm frumenti acceperunt: à  
socijs etiam vndique magna contraxere  
subsidia. Cui militiæ consensu omnium,  
Agefilaum ducem decreuerunt, virum  
pede claudum, sed qui in difficillimo re-  
rum statu mallent sibi regem claudicare  
quàm

quàm regnum. Raro vnquam ita pares o-  
mni industria duces in vnū coiēre bellū,  
qui acerbissimis inuicem prælijs fatigati,  
& multo sanguine obliti, velut inuicti ab  
alterutro recesserunt. Igitur Conon ac-  
cepto iterum per se ipsum à rege magno  
stipendio, reuersus ad classē, inuadit ho-  
stiles agros, turres, castella, cæteraq; præ-  
sidia expugnat: & veluti effusa tempestas,  
quacumque incubuit, cuncta prosternit.  
Lacedæmonij vero domesticis malis cir-  
cumuenti, externis inhiare desistunt, ab-  
ijciuntque spem dominationis, imminen-  
te periculo seruitutis. Agefilaum, quem  
cum exercitu in Asiam miserant, ad subsi-  
dium patriæ reuocant. Interea Pisander  
dux apud Spartam, per Agefilaum regem  
relictus, maximam munitamque classē  
tunc instruxerat, motus æmulatione vir-  
tutis Agefilai, vt illo pedestrem expediti-  
onem agitante, ipse quoq; nauali discursu  
oram maritimam peruagaretur. Co-  
non vero suscepto negotio, duplicem curam  
impendebat, debens socijs sollicitu-  
dinem, patriæ fidem: vt huic exhiberet na-  
turam, illis præberet industriam: in hoc  
propensior ciuibus, quod quieti libertati-  
que eorum alieni sanguinis discrimen  
K 3 impen-



130 PAVLI OROSII  
impenderet, & pugnaret aduersus insolentissimos hostes periculo regis, præmio patriæ. Conferunt itaq; nauale certamè Persæ Conone, Spartani Pisandro duce: milites, remiges, ipsiq; ductores vno pariter in mutuam cædem ardore rapiuntur. Magnitudine atq; atrocitate belli istius inclinatus, ex hoc semper in posterum Lacedæmoniorum status proruit. Namque ex illo fluere, ac retro sublapla referri spes Spartanorum visa est, donec assurgendo ægre ac miserè recidendo confecta & potestate careret, & nomine. Atheniensibus verò hæc eadē pugna initium recuperandæ potentiæ, sicut Lacedæmonijs amittendæ, fuit. Primi igitur Thebani, auxilio Atheniensium fulti, superiore clade faucios ac trepidos aggrediuntur, multa animati fiducia propter virtutē atque industriam Epaminondæ ducis sui, cum quo sibi facile obtinere posse imperium totius Græciæ videbantur. Fit itaque terrestre prælium, Thebanis minimo negotio vincentibus. Vincitur etiam hoc conflictu Lysander, & occiditur. Pausanias quoq; dux alter Lacedæmoniorum, insimulatus proditoris, in exilium truditur. Thebani autem victoria potiti, collecta

LIBER TERTIVS. 131  
lecta vniuersi exercitus manu, Spartam contendunt, putantes se vacuam præsidio ciuitatem, nullo intraturos negotio, cuius iam omnes penè copias cum ipso rege delessent, atque ab omnibus socijs destitutos viderent. Lacedæmonij periculo ciuitatis impulsī, habito in exercitatu militis qualicumq; delectu, obuiam hosti procedunt. Sed victis semel, aduersus victores obsistendi nec virtus nec animus erat. Cum igitur cædes vnus tantum penè partis ageretur, repente rex Agesilaus accersitus ex Asia, improuisus bello superuenit: Thebanos iam successu duplicis victoriæ lætiores segnioreq; aggreditur: nec difficilè superat, maximè cum adhuc apud ipsum penè integræ vires haberentur. Ipse tamen Agesilaus grauitè vulneratur. At vero Athenienses, cum comperissent insperata Lacedæmonios victoria subleuatos, pristinæ seruitutis, de qua tunc respirare vix cœperant, trepidi metu, exercitum contrahunt, eumque Bœotijs in auxilium adiungunt, commissum Iphicrati duci: qui adolescens admodum, vix dum annos viginti natus, infirmitatem ætatis maturitate animi muniēbat. Conon quoque vir quidem Atheniensis,

K 4      dux



152 PAVLI OROSII  
dux autem Persici exercitus, audito A-  
gesilai reditu, ad populandos Lacedæmo-  
diorū agros reuertitur. Ita Spartani stre-  
pitu circumsonantium vndique hostium  
clausi atque exterriti, vltima propemodū  
desperatione tabuerūt. Sed Conon post-  
quam vasta hostilis soli populatione sati-  
atus est, Athenas pergit, in maximo gau-  
dio ciuium ipse tristis: quippe cum videret  
urbem populo quondam cultuque or-  
natissimam, nunc miserabili ruinarum ac  
desolationis squalore confectam. Itaque  
magnum pietatis miserationisque moni-  
mentum in reparatione eius operatus est.  
Namque eam à Lacedæmonijs exinanitā,  
Lacedæmoniorum prædis repleuit: Per-  
sis incenditibus concrematam, Persis æ-  
dificantibus reformauit. Interea Artaxer-  
xes rex Persarum, sicut principio dictum  
est, vniuersis Græciæ populis per lega-  
tos, vt ab armis discederēt, & paci acqui-  
escerent, imperauit: non quod misericor-  
diter sehis consulere, sed ne illo in Aegy-  
pto bellis occupato, aliqua in regnum lu-  
um tentaretur irruptio.

*De Lacedæmoniorū offensione in Arcadia, vi-  
ctoria Thebanorum, Epaminonda mor-  
te cum epilogo dictorum.*

Caput

LIBER TERTIVS.

153

CAPVT II.

Cvntis igitur Græcis optatissima  
quiete resolutis, domesticoque otio  
torpentibus, Lacedæmonij inquieti ma-  
gis quàm virtute intolerabiles, post bella  
deposita tentāt furta bellorum. Nam spe-  
culati absentiam Arcadum, castellum eo-  
rum repentina irruptione perfringunt.  
Arcades vero exciti iniuria, iuncto sibi  
Thebanorum auxilio, amissa furto, bello  
repetunt. In eo prælio Archidamus dux  
Lacedæmoniorum vulneratus, cum etiam  
cædi suos iam vt victos videret, occisorū  
corpora per præconem ad sepulturā pos-  
cit: quod signum victoriæ traditæ inter-  
Græcos haberi solet. Thebani autem hac  
confessione contenti, dato parcendi si-  
gno, finem dedere certamini. Paucis de-  
inde interuenientibus induciarū diebus,  
Lacedæmonijs ad alia bella conuersis,  
Thebani cum Epaminonda duce, de inua-  
denda Lacedæmonia quasi secura & de-  
stituta, cepere fiduciam. Taciti, intempe-  
sta nocte, Lacedæmonem veniūt: sed non  
ita incautam vel indefensam sicut reban-  
tur, offendunt. Armati enim senes cum  
reliqua turba imbellis ætatis, præcognito  
aduētū hostium, in ipsis se portarum an-  
gustijs

K 5



gustijs' obiecerunt, & aduersus quindecim millia militum, vix centum confecti duo homines proruperunt. His itaque tantam belli molem sustinentibus, iuuentus superueniens, cōgredi aduersus Thebanos aperto certamine incunctanter decreuit. Commisso praelio, cum Lacedæmonij vincerentur, repente Epaminondas dux Thebanorum incautius dimicās vulneratur. Quare dum his ex dolore metus, illis ex gaudio stupor nascitur, veluti ex consensu tacito vtrinque discessum est. Epaminondas autem grauitersaucius, cum de victoria suorum comperisset, scutumque exosculatus esset, remota manu quæ vulnus ocluserat, egressum sanguinis ac mortis patefecit introitum: cuius mortem sic Thebanorum perditio subsecuta est, vt non perdidisse ducem, sed ipsi cum eo tunc perisse viderentur. Cōtexui indigestæ historiæ inextricabilem cratem, atq; incertos belloꝝ orbeshuc atq; illuc lymphatico furore gestorum verbis è vestigio secutus implicui: quoniã tanto (vt video) inordinatius scripsi, quanto magis ordinem custodiui. Improbam dominandi Lacedæmoniorum cupiditas, quantis populis, qualibus vrbibus,

bus, quibus prouincijs, cuiusmodi odiorum motus, quantas causas certaminum sulcitarit, quis vel numero, vel ordine, vel ratione disponat? cum ipsi quoque non plus afflicti bellis quàm bellorum confusione referantur: siquidem tracto per aliquot ætates hoc continuo bello, Athenenses, Lacedæmonij, Arcades, Bœotij, Thebani, postremò Græcia, Asia, Persis, atq; Aegyptus cū Lybia, insulisque maximis, nauales simul pedestresq; conflictus indiscretis egere discursibus. Referre cæca hominū millia non possem, etiam si bella numerarem. At nunc increpet hæc tempora, atque illa collaudet, quicumq; nescit hosce omnes istarum vrbium prouinciarumque populos, ita nunc in solis ludis ac theatris consensescere, sicuti tunc in castris maximè praelijsque tabuisse. Florentissima illa, & totius tunc imperium orientis affectans Lacedæmoniorum ciuitas, vix centum habere potuit senes: ita incessabilibus circumuenta malis, immaturas miserè expendebat ætates: & quaruntur nunc homines, quorum refertæ pueris & senibus ciuitates, securam peregrinatione ditantur, pacificisq; exercitijs stipèdia domesticæ voluptatis acqui-



acquirunt? nisi forte (vt assolent humanæ mutabilitati omnia sordere præsentia) no uitates rerum actu audituque pruriētibus ipsa etiam vita fastidio est.

*Terræmotus Achaia collatus cum Constanti-  
nopolitano. Romani ciuitates aliquot  
capiunt.*

## CAPVT III.

**A**Nno ab vrbe condita CCCLX-  
XVI. sæuissimo terræmotu A chaia  
vniuersa concussa est, & duæ tunc ciuita-  
tes, id est, Bura & Helice, abruptis loco-  
rum hiatibus deuoratae sunt. At ego nunc  
è cōtrario poteram similia in diebus no-  
stris apud Constantinopolim, & que mo-  
do principem gentium, prædicta & facta  
sed non perfecta narrare, cum post terri-  
bilem denuntiationem conscientiamque  
mali sui præciam, subter commota fundi-  
tus terra tremere, & desuper fusa cælitus  
flamma penderet, donec orationibus Ar-  
cadij principis & populi Christiani, præ-  
sentem perditionem deus exoratus auer-  
teret: probans se solum esse & conserua-  
torem humilium, & punitorem malorum.  
Sed hæc vt cōmemorata sint magis quam  
explicata, verecundiæ concesserim, vt &  
qui scit, recolat: & qui nescit, inquirat.  
Interea

Interea Romani, qui per septuaginta an-  
nos ab vrbe Volscorum, præterea Falis-  
corum, Aequorum, & Sutrinorum, suba-  
cti & attriti assiduis bellis conficieban-  
tur, tandem in supra scriptis diebus Ca-  
millo duce easdem cepere ciuitates, & re-  
diuio finem dedere certamini. Prænesti-  
nos etiam eodem tempore, qui vsque ad  
portam Romæ bellado & cædendo per-  
uenerant, ad flumen Aliam T. Quinctio  
pugnante, vicerunt.

*De pestilentia grauissima, eiusque  
expiatione.*

## CAPVT IIII.

**A**Nno ab vrbe condita CCCLXXX  
IIII. L. Genucio, & Q. Seruilio Con-  
sulibus, ingens vniuersam Romam pesti-  
lencia corripuit: non (vt assolent) plus mi-  
nùsue solito temporum turbata temperi-  
es, hoc est, aut intempestiua siccitas hye-  
mis, aut repentinus calor veris, aut incon-  
gruus humor æstatis, vel autumnii diuitis  
indigesta illecebra, insuper etiam expira-  
ta de Calabris saltibus aura corrumpens,  
repentinos acutarum infirmitatum affer-  
ret transcursus, sed grauis diuturnaque  
in nullo dispar sexu, in nulla ætate dissimi-  
lis, generali cunctos per biennium iugiter



ter tabe confecit: vt etiam quos nonegit in mortem, turpi macie exinanitos afflictosque dimiserit. Conquerentur hoc (vt arbitror) loco obtrectatores temporis Christianis, si fortè silentio præterierim, quibus tunc carimonijs Romani placauerint deos, & sedauerint morbos, cum pestilentia in dies crudesceret. Auctores suasere pontifices, vt ludiscænicis dijs expectentibus ederentur: & ita pro depellenda temporali peste corporum accersitus est perpetuus morbus animarum. Vber nūc quidem mihi iste doloris atque increpationis locus est, sed in quo iam reuerentia tua studium sapiētiae & veritatis exercuit, mihi super eo audere fas non est. Commonuisse me satis sit, & ex qualibet intentione lectorem ad illius lectionis plenitudinem remisisse.

*Ingens terra hiatus medio Romæ apparuit, quem Marcus Curtius precipitio sui auertit.*

CAPVT V.

**S**equitur hanc miseram luem, miseriorumque eius expiationem proximo anno latis triste prodigium. Repente siquidem medio vrbis terra dissiluit, vastoque præruptè hiantia subito inferna patuerunt.

tuērunt. Manebat diu ad spectaculū terroremque cunctorum patenti voragine impudens specus, nefariamque viui hominis sepulturam dijs interpretibus expetebat. Satis fecit improbis faucibus præcipitio sui Marcus Curtius, vir eques armatus: iniecitque crudeli terræ inopinatam facietatem, cui parum esset, quod ex tanta pestilentia mortuos per sepulchra susciperet, nisi etiam viuos scissa sorberet.

*Gallorum ingentem multitudinem Romani sternunt ac fugant. Tusci superantur. Galli tertio irruentes trucidantur.*

CAPVT VI.

**A**Nno ab vrbe condita CCCLXXXVIII. iterum terribilis Gallorum inundatio iuxta Anienem fluuium, ad quartum ab vrbe lapidem confedit, facile sine dubio, pondere multitudinis & alacritate virtutis, perturbatam occupatura ciuitatem, nisi otio & lenitudine torpisset: vbi atrocissimam pugnam Manlius Torquatus singulariter inchoauit, T. Quinctius Dictator cruētissima congressione confecit. Fugati ex hoc prælio plurimi Galli, instauratis iterum copijs in bellum



bellum ruentes, à C. Sulpicio Dictatore superati sunt. Post paululum quoque Tuscorum pugna sub C. Marcio consecuta est: vbi conijci datur, quantum hominum cæsum sit, quando octo millia sunt capta Tuscorum.

Tertia autem in iisdem diebus Gallise in prædam per maritima loca, subiectosq; campos ab Albanis montibus diffuderunt: aduersum quos nouo militum delectu habito, conscriptisque legionibus decem, sexaginta millia Romanorum, negatis sibi Latinorum auxilijs, processerunt. Cõfecit hanc pugnam M. Valerius, auxiliante coruo alite, vnde postea Coruinus est dictus. Occiso enim prouocatore Gallo, hostes territi, sparsimque fugientes, grauter trucidati sunt.

*Fœdus Romanorum cū Carthaginensibus cõplurium malorum causa. Inter alia mira, veris lapidibus pluit. Alexãder Magnus nascitur. REX Persarũ Iudeos captiuos abducit.*

## CAPVT VII.

\* in initum. **N**umerandum etiam inter mala censeo, primum illud \* iustum cum Carthaginensibus fœdus, quod iisdem temporibus

poribus fuit, præsertim ex quo tam graua orta sunt mala, vt exin cœpisse videntur. Anno siquidem ab vrbe condita CCCCII. legati à Carthagine Romam missi sunt, fœdusque pepigerunt. Quem ingressum Carthaginensium in Italiam malorum grandinem secuturam, continuarumque miseriarum tenebras iuges, historiarum fides, locorumque infamia, & abominatio dierum, quibus ea gesta sunt, protestantur. Tunc etiam nox vsque ad plurimam diei partem tendi visa est: & saxea de nubibus grando descendens, veris terram lapidibus verberauit. Quibus diebus etiam Alexãder Magnus, magnus vere ille gurges miseriarum, atque atrocissimus turbo totius orientis est natus. Tunc etiam Ochus, qui & Artaxerxes, post transactum in Aegypto maximum diuturnumque bellum plurimos Iudeorum in transmigrationem egit, atque in Hyrcania ad Caspiũ mare habitare præcepit: quos ibi vsque in hodiernum diem amplissimis generis sui incrementis consistere, atque exinde quandoque erupturos, opinio est. Cuius etiam belli tempestate, transcurrens & Sidonem opulentissimam Phœnicis prouinciæ urbem dele-

L uit: &



uit: & Aegyptum quamuis prius victam,  
tunc tamen subactam, comminutamque  
ferro, Perfarum subiecit imperio.

*Breuiter comprehendit sequentium bellorum  
à Romanis gestorum clades: & de Ia-  
ni portus clausis.*

## CAPVT VIII.

**I**Am hinc statim à Romanis aduersum  
Samnitas, gentē opibus armisque vali-  
dam, pro Campanis & Sidicinis bella su-  
scepta sunt. Samniticum bellum ancipiti  
statu gestum; Pyrrhus vel maximus Ro-  
maninominis hostis, excepit. Pyrrhi bel-  
lum mox punicum consecutum est: &  
quamuis nunquam post mortem Numæ,  
à bellorum cladibus fuisse cessatum, semel  
patentes Iani portæ indicēt, ex eo tamen  
veluti per meridiem, toto impressus cœ-  
lo malorum feruor incanduit. Porro au-  
tem inchoato semel bello Punico, vtrum  
aliquando bella, cædes, ruinae atque o-  
mnia infandarum mortium genera, nisi  
Cæsare Augusto imperante cessauerint,  
inquirat, inueniat, prodar, quisquis in-  
famanda Christiana tempora putat. Ab-  
que illo tamen, inter bella Punica vnus  
anni, veluti auis præteruolantis excu-  
su, Romani propter Iani portas clausas  
inter

inter febres morbosque reipub. adhuc bre-  
uissimo pacis signo, velut tenuissimo a-  
quæ gelidæ haustu illecti sunt, vt in peius  
recalescentes, multo grauius vehementi-  
usque affligerentur. At vero si indubita-  
tissimè constat, sub Augusto primū Cæ-  
sare, post \* partam pacē vniuersarum ter-<sup>\* parthi-</sup>  
rarum orbē positis armis, abolitisq; dis-<sup>cam.</sup>  
cordijs, generali pace & noua quiete cō-  
positū, Romanis paruisse legibus, Roma-  
na iura quàm propria arma maluisse, spre-  
tisq; ducibus suis, iudices elegisse Roma-  
nos: postremo omnibus gētibus, cunctis-  
que prouincijs, innumeris ciuitatibus, in-  
finitis populis, totis terris vnā fuisse vo-  
luntatē, libero honestoq; studio inseruire  
paci, atq; in cōmune consulere: quod pri-  
us ne vna quidem ciuitas, vnusue populus  
cuius, vel quod maius est, vna domus fra-  
trum iugiter habere potuisset: quod si et-  
iam cum imperante Cæsare ista prouene-  
rint, in ipso imperio Cæsaris illuxisse or-  
tū in hoc mūdo domini nostri Iesu Chri-  
sti, liquidissima probatione est manife-  
stū, inuiti licet illi, quos in blasphemiam vr-  
get inuidia, cognoscere faterique cogun-  
tur, pacem istam totius mundi & tranqui-  
llissimam serenitatem non magnitudine



Cæsaris, sed potestate filij dei, qui in diebus Cæsaris apparuit, extitisse, nec vnus vrbs imperatori, sed creatori orbis vniuersi, orbem ipsum generali cognitione paruisse: qui sicut sol oriens diem luce perfundit, ita adueniens misericorditer, extenta mundum pace vestierit. Quod plenius cum ad ipsum perficiente domino ventum fuerit, proferemus.

*Romani Latinis bellum inferunt. Manlius Torquatus filium occidit. Minucia Vestalis virgo incesti damnata.*

## CAPVT IX.

**I**Gitur anno ab vrbe cõdita CCCCIX. Romani bellum Latinis rebellantibus intulerunt, Manlio Torquato, & Decio Mure consulibus: in quo bello vnus consul interfectus est, alter extitit parricida. Manlius enim Torquatus filium suum, iuuenem victorem, interfectoremque Metij Tusculani nobilis equitis, & tum præcipue prouocantis atque insultantis hostis occidit. Alius vero consul, cum iterato conflictu illud cornu cui præerat, caedi atque affligi videret, in confertissimos hostes sponte prolapsus, occubuit. Manlius quamuis victor, occursum tamen nobilium

bilium iuuenum Romanorum, qui legitime exhiberi solet, triumphans parricida non meruit. Anno autem post hunc subsequente Minucia virgo Vestalis ob admissum incestum damnata est, viuaque obruta in campo, qui nunc Sceleratus vocatur.

*Per multa matrona Romana veneficij accusata & damnata sunt.*

## CAPVT X.

**A**T vero paruo exin tempore interiecto, horresco referre quod gestum est: nã Claudio Marcello, & Valerio Flacco consulibus, incredibili rabie & amore scelerum Romanæ matronæ exarserunt. Erat utique fœdus ille ac pestilens annus, inflictaque iam vndique cateruatim strages egerebantur, & adhuc tamen penes omnes de corrupto aëre simplex credulitas erat, cum existente quadam ancilla indice & conuincente, primum multæ matronæ vt biberent, quæ coxerant venena, compulsæ: deinde simul vt hausere, consumptæ sunt. Tanta autem multitudo fuit matronarum in his facinoribus consciarum, vt trecentæ septuaginta damnatæ ex illis simul fuisse referantur.



*Alexander rex Epirotarum à Samnitibus victus & occisus est.*

## CAPVT XI.

**A**Nno ab vrbe cōdita CCCCXXII. Alexander rex Epirotarum, Alexandri illius magni auunculus, traiectis in Italiā copijs cum bellum aduersus Romanos pararet, & circa finitimas Romæ vrbes firmare vires exercitus sui, auxiliaque vel sibi acquirere vel hostibus subtrahere studēs bellis exerceretur, à Samnitibus, qui Lucanę genti suffragabātur, maximo bello in Lucania victus atque occisus est. Sed quoniam aliquantum Romanas clades recēsendo progressus sum, vel Alexandri istius mentione commonitus, de Philippo Macedonū rege qui Olympiadem huius Alexandri Epirotæ sororem vxorem habuit, ex qua Alexandrum Magnum genuit, paucissimis annis retro repetitis, magna paruis, in quantum poterat colligam.

*Philippi regis Macedonia res gesta, & quas gentes seu vrbes subegerit.*

## CAPVT XII.

**A**Nno ab vrbe condita CCCC. Philippus Amyntæ filius, Alexādrī pater,

ter, regnum Macedonum adeptus, viginti quinque annis tenuit: quibus hos omnes acerbitatum acervos cunctasque malorum moles struxit. Hic primum ab Alexādro fratre obles Thebanis datus, per triennium apud Epaminondam strenuissimū imperatorem, & summum philosophum eruditus est. Ipso autem Alexandro scelere Eurydices matris occiso, quamuis ea iam commisso adulterio, & altero primum filio interfecto, filiaque viduata, generi nuptias mariti morte pepigisset, compulsus à populo regnū, quod paruo occisi fratris filio tuebatur, suscepit. qui cum foris concursu exurgentium vndique hostium, domi autem deprehensarum sæpe insidiarum metu fatigaretur, primum bellū cum Atheniensibus gessit. Quibus victis, arma ad Illyrios transtulit, multisque millibus hostium trucidatis, Larissam urbem nobilissimam cepit. Inde Thessaliam non magis amore victoriæ, quàm ambitione habendorum equitum Thessalorū, quorum robur vt exercitui suo admisceret, inuasit. Ita Thessalis ex improviso præoccupatis atque in potestatem reductis, iungendo equitum peditumque fortissimas turmas & copias, inuictissimum



fecit exercitum. Igitur victis Atheniensibus, subiectisque Thessalis, Olympiadem Arubæ regis Molossorum sororem duxit uxorem. Qui Aruba cū per hoc quod societatem Macedonum affinitate regis paciscebatur, imperium suum se dilataturum putaret, per hoc deceptus amisit, priuatulque in exilio consenuit. Deinde Philippus cum Methonam urbem oppugnaret, ictu sagittæ oculū perdidit. Ipsam vero urbem mox expugnauit & cepit. Exin Græciam totam prope, consilijs præuentam, viribus domuit. Quippe Græciæ ciuitates, dum imperare singulæ cupiunt, imperium omnes perdiderunt: & dum in mutuū exitium sine modo ruunt, omnibus perire, quod singulæ amitterent, oppressæ demum seruientesque senserunt: quarum dum insanas cōcursationes Philippus velutiè specula obseruaret, auxiliūque semper inferioribus suggerendo, contentiones, bellorum fomites, callidus doli artifex foueret, victos sibi pariter victoresque subiecit. Huic autē ad obtinendam totius Græciæ dominationem, immoderata Thebanorum dominatio facultatem dedit, qui victos Lacædemonios ac Phocenses, cædibus etiam rapinisque

confe-

confectos, cum insuper in communi Græciæ concilio tanta pecuniæ multa onerauissent, quantam illi soluere nullo modo possent, ad arma confugere coegerunt. Itaque Phocenses & Philomelo duce & auxilijs Lacædæmoniorum Atheniensiumque fulti, commissa pugna hostibusque fugatis, Thebanorum castra ceperunt. Sequenti prælio inter immensas vtriusque populi strages Philomelus occisus est: in cuius locum phocenses Onomarchum ducem creauerunt. Porro autem Thebani & Thessali omisso delectu ciuiū, Philippum Macedoniæ regem, quem hostem prius repellere laborabant, vtrò sibi ducem expetiuerunt. Commisso prælio, & Phocensibus penè ad interneconem cæsis, victoria ad Philippum concessit. Sed Athenienses audito belli euentu, ne Philippus transfret in Græciam, angustias Thermopylarum pari ratione, sicut aduentantibus antea Persis, occupauere. Igitur Philippus vbi exclusum se ab ingressu Græciæ, præstructis Thermopylis videt, paratum in hostes bellum, vertit in socios: nam ciuitates quarum paulò antè dux fuerat ad gratulandum ac suscipiendum patentes, hostiliter inuadit, crudeli-



ter diripit: omniq[ue] societatis cōsciētia penitus abolita, coniuges liberōsq[ue] omnium sub corona vendidit, templa quoq[ue] vniuersa subuertit, spoliavitq[ue], nec tamen vnquā per viginti quinq[ue] annos quasi iratis dijs victus est. Post hęc in Cappadociā transijt, ibiq[ue] bellum pari perfidia gessit, captos per dolum finitimos reges interfecit, totamq[ue] Cappadociam imperio Macedonię subdidit. Inde post cædes, incendia deprædationēq[ue] in focijs vrbibus gestas, parricidia in fratres cōuertit, quos patri ex nouerca genitos cum cohæredes regni vereretur, interficere aggressus est. Cum autem vnum ex his occidisset, duo Olynthum confugerunt: quam mox Philippus hostiliter aggressus vrbē antiquissimam & florentissimam, cædibus ac sanguine repletam, opibus hominibusq[ue] vacuavit, abstractos etiam fratres supplicio & neci dedit.

Dein cum excidio sociorum & parricidio fratrum elatus, licere sibi omnia, quæ cogitauisset, putaret, auraria loca in Thessalia, & argenti metalla in Thracia inuasit: ac ne quod ius vel fas inuiolatum præmitteret, præoccupato mari & classe dispersa, piraticā quoque exercere instituit.

Præ-

Præterea cum eum fratres duo Thraciæ reges, de regni terminis ambigētes, iudicem ex consensu præoptauissent, Philippus more ingenij sui ad iudicium tanquā ad bellum, cum instructo exercitu ingressus, inscios iuuenes vita regnoq[ue] priuauit. Athenienses vero, qui prius Philippi ingressum Thermopylarum munitione repulerant, vtrō pacem eius expetentes, fraudulentissimum hostē de neglecta introitus custodia commonuerunt. Cæterę etiā Græciæ ciuitates, vt intentius ciuilibus bellis vacarent, sub specie pacis & fœderis, sponte se externę dominationi subiecerunt: maximè, cum Thessali Bœotięq[ue] poscerent Philippum, vt professum se aduersum Phocenses ducem exhiberet, susceptumq[ue] bellum gereret: contrā Phocenses, adhibitis secum Atheniensibus & Lacedæmonijs, vel differre bellum, vel auferri, & precio & precibus laborarent. Philippus tacitè vtrisque diuersa promissit, Phocensibus pacem & veniam se daturum sacramento confirmans, Thessalis vero affuturum se mox cum exercitu spondet: bellum tamen ab vtrisque parari vetat. Igitur Philippus instructis copiis, angustias Thermopylarum securus ingredi-



greditur, easq; occupatas dispositis præ-  
sidijs emunijt. Tunc primum se non Pho-  
censes soli, sed & omnis Græcia captam  
esse pensit: siquidem primos Phocen-  
ses Philippus, rupta fide calcatoque sa-  
cramento, infandæ dilacerationi dedit.  
Inde omnium vrbes finesque populatus,  
cruenta præsentia effecit, vt etiam absens  
timeretur. Vbi vero in regnum redijt, mo-  
re pastorum, qui pecora sua nunc per æ-  
stiuos, nunc per hibernos saltus circun-  
ducunt, populos & vrbes, vt illi replen-  
da vel relinquenda quæque loca videban-  
tur, ad libidinem suam transfert. Mife-  
randa vbiq; facies, & atrocissimum mi-  
feriarum genus obseruabatur, perpeti ex-  
cidium sine irruptione, sine bello captiui-  
tatem, sine crimine exilium, sine victore  
dominatum. Præmit miseros inter iniuri-  
arum stimulos superflusus pauor, ipsaque  
dissimulatione dolor crescit: hoc altius  
demissus, quo minus profiteri licet, timē-  
tibus ne ipsæ quoque lachrymæ pro con-  
tumacia accipiantur. Alios populos auul-  
sos à sedibus suis, sinibus hostium oppo-  
nit: alios in extremis regni terminis statu-  
it: quosdam æmulatione virium, ne pos-  
sent quod posse credebantur, in supple-  
menta

menta exhaustarum vrbiu diuidit. Ita  
gloriosissimum illud quondam floren-  
tis Græciæ corpus in multas laceratasque  
particulas, extincta primum libertate, cō-  
cidit.

*Byzantium Philippus frustra obsidet. Scythi-  
am bello aggreditur, & vincit. Triballi  
prædam ei eripiunt.*

## CAPVT XIII.

**S**ED hæc cum per aliquantas Græciæ  
Sciuitates exercuisset, & tamen omnes  
metu premeret, conijciens ex præda pau-  
corum, opes omnium, ad perficiendam  
æqualem in vniuersis vastationem, utili e-  
molumento necessariam maritimam vr-  
bem ratus Byzantium, nobilem ciuitatē,  
aptissimam iudicauit, vt receptaculum si-  
bi terra marique fieret, eamque obsisten-  
tem ilicò obsidione cinxit. Hæc autem  
Byzantium quondā à Pausania rege Spar-  
tanorum condita, post autem à Constan-  
tino Christiano principe in maius aucta  
& Constantinopolis dicta, gloriosissimi  
nunc imperij sedes & totius caput orien-  
tis est. Philippus vero post longam & ir-  
ritam obsidionem, vt pecuniam quam ob-  
sidendo exhauserat, prædando repararet,  
piraticam aggressus est. Captas itaque  
CLXX.



CLXX. naues mercibus confertas, distra-  
xit, & anhelâti inopiâ parua recreatione  
subuenit. Inde propter agendam prædam  
& curandâ obliuionem diuisit exercitû.  
Ipse autem cû fortissimis profectus, mul-  
tas Cherronesi vrbes cœpit: profligatisq;  
populis opes abstulit. Ad Scythiam quo-  
que cum Alexandro filio prædandi inten-  
tione pertransijt. Scythiis tunc Etheas re-  
gnabat: qui cum Istriorum bello pre-  
meretur, auxilia à Philippo per Apollo-  
nienfes petijt: sed continuo Istriorum  
rege mortuo, & belli metu & auxilio-  
rum necessitate liberatus, pactionem fœ-  
deris cum Philippo habitam dissoluit.  
Philippus dimissa obsidione Byzantij,  
Scythicum bellum totis viribus aggredi-  
tur. Commissoque prælio cû Scythæ &  
numero & virtute præstarent, Philippi  
fraude vincuntur. In ea pugna XX. M. pue-  
rorum ac sceminarû Scythicæ gentis ca-  
pta, pecorû magna copia abducta, auri at-  
que argenti nihil repertû: nam & ea res pri-  
mo fidem inopiâ Scythicæ dedit. XX. M.  
nobilium equarum sufficendo generi in  
Macedoniam missa. sed reuertenti Philip-  
po Triballi bello obuiant, in quo ita Phi-  
lippus in femore vulneratus est, vt per  
corpus

corpus eius equus interficeretur. Cum  
omnes occisum putarent, in fugam versi,  
prædam amiserunt. Aliquantula deinde  
mora dum conualefcit à vulnere, in pa-  
ce conqueiuit. Statim vero vt conua-  
luit, Atheniensibus bellum intulit: qui  
in tanto discrimine positi, Thebanos  
quondam hostes, tunc socios adsciscunt:  
totiusque Græciæ ciuitates legationibus  
fatigant, vt communem hostem com-  
munibus viribus petant. Itaque aliquan-  
tæ vrbes Atheniensibus sese coniungere,  
quasdam vero ad Philippum belli metus  
traxit. Prælio commisso, cum Athe-  
nienses longe maiori numero militum  
præstarent, assiduis tamen bellis indu-  
rata Macedonum virtute vincuntur: quam  
pugnam longe omnibus anterioribus  
bellis atrociorẽ fuisse, ipse rerum ex-  
itus docuit. Nam hic dies apud vniuer-  
sam Græciam, acquisitæ dominationis  
gloriam, & vetustissimæ libertatis statum  
finiuit.

*Philippi crudelitas in Theba-  
nos, & interitus.*

## CAPVT XIII.

POSTEA Philippus cruentissimam vi-  
ctoriam in Thebanos & Lacedæmo-  
nios



nios exercuit: siquidem principes ciuitatum alios securi percussit, alios in exilium egit, omnes bonis priuauit. Pulsos dudū à ciuibus, in patriam restituit: ex quibus CCC. exules iudices rectoresque præfecit, qui vt antiquum dolorem noua potestate curarent, pressos in foeliciter populos in spem libertatis respirare non finirent. Præterea magno delectu militum in subsidium regiæ dispositionis, ex tota Græcia habito, CC. M. peditum, & XV. M. equitum, absq; exercitu Macedonum & infinita gentium barbarie, Persicæ expeditioni in Asiam missurus instruxit. Tres duces, hoc est, Parmenionē, Amyntam & Attalum, præmittendos in Persas, legit. Et dum superscriptæ copię de Græcia congregantur, Alexandri, qui erat Olympiadis vxoris suæ frater, & post à Sabinis in Lucania prostratus est, quem Epiri regem ob mercedem stupri in eum perpetrati constituerat, nuptias in copulando ei filiam suam Cleopatram, celebrare decreuit: qui cum pridie quàm occideretur interrogatus fuisset, quis finis homini esset magis optandus, respondisse fertur, eum esse optimum, qui viro forti post virtutum suarum gloriam in pace regnanti,

gnanti, sine cōsultatione corporis & dedecore animi subitus & celer, inopinato ferro potuisset accidere, quod ipsi mox contigit. Nec ab iratis dijs, quos semper paruipenderat, quorumque aras, tēpla & simulachra subuerterat, quin lectissimā, vt ipsi videbatur, mortem adipisceretur, potuit impediri. Nam die nuptiarum, cū ad ludos magnificè apparatus inter duos Alexandros filium generumque contenderet, à Pausania, nobili Macedonum adulescente, in angustijs sine custodibus circunuentus, occisus est. Asserant nunc, multisque hæc vocibus efferant, quasi virorum fortium laudes & facta foelicia, quibus amarissimæ aliorū calamitates in dulces fabulas cedunt, si tamen nunquam ipsi iniurias, quibus aliquando vexantur, relatu tristiori deplorant. Si vero de proprijs quærimonijs tantum alios audientes affici volunt, quantum ipsi perpetuando senserunt, prius ipsi non præsentibus præterita, sed gestis gesta comparent: & vtraque ex auditu, velut certi alienorum arbitri iudicent, per XXV. annos incendia ciuitatum, excidia bellorum, subiectiones prouinciarum, cædes hominum, opum rapinas, prædas pecorum, mortuo-



rum mortes, venditiones captiuitatesque viuorum, vnius regis fraus, ferocia & dominatus, agitauit.

*Samnites Romanorum copias capiunt. Romanum foedus rumpunt. Satricum expugnant.*

CAPVT XV.

**S**Vfficerent ista ad exemplum miseriarum insinuata memoriae nostrae, gesta per Philippum, etiam si Alexander ei non successisset in regnum. Cuius bella, immo sub cuius bellis mundi mala ordine sequentia suspendo paulisper, vt in hoc loco pro conuenientia temporum, Romana subiiciam. Anno ab vrbe condita CCCXXVI. Caudinas furculas satis celebres & famosas, insignis Romanorum fecit infamia. Nam cum superiore bello viginti millia Samnitum, Fabio magistro equitum pugnam conferente, cecidissent, circumspiciente cura Samnites ac magis instructo apparatu apud Caudinas furculas confederunt, vbi cum Veturium & Postumium consules, omnesque copias Romanorum angustijs locorum armisque clausissent, Pontius dux eorum in tantum abusus est victoriae securitate, vt Herennium patrem consulendum putaret, vtrum occideret clausos, an parceret subiugatis: vt

viuos

viuos tamen dedecori reseruaret, elegit. Romanos enim antea sapissime vinci & occidi, nunquam autem capi, aut ad deditiorem cogi potuisse constabat. Itaque Samnites victoria potiti, vniuersum exercitum Romanum turpiter captum, armis etiam vestimentisque nudatum, tantum singulis villioribus operimentis ob verecunda corporum tegenda concessis, sub iugum missum seruitioque subiectum, longum agere pompae ordinem praeeperunt. Sexcentis autem equitibus Romanis in obsidatum receptis, oneratos ignominia, caeteris rebus vacuos, consules remiserunt. Quid de exaggeranda huius foedissimi foederis macula verbis laborem, qui tacere maluissem? Hodie enim Romani aut omnino non essent, aut Samnio dominante seruirent, si fidem foederis, quam sibi seruari a subiectis volunt, ipsi subiecti Samnitibus seruauissent. Posteriore anno infringunt Romani firmatam cum Samnitibus pactiorem, eosque in bellum cogunt, quod Papirio consule insistente commissum, magnas strages vtriusque populi dedit. Cum hinc ita recetis infamiae, inde gloria proximae victoriae pugnantibus instimularet, tandem Romani pertinaciter



naciter moriendo vicerunt: nec cædi pariter vel cædere destiterunt, nisi postquã victis Samnitibus, & capto duce eorum, iugum reposuerunt. Idem deinde Papius Satricum, expulso inde Samnitico præsidio expugnauit, & cœpit. Hic autem Papius adeo tũc apud Romanos bellicosissimus ac strenuissimus habebatur, vt cum Alexander Magnus disponere diceretur ab oriente descendens obtinere viribus Africam, atque inde in Italiã transechi, Romani inter ceteros duces tunc in republica sua optimos, hunc præcipuum fore, qui Alexandri impetũ sustinere posset, meditarentur.

*Alexander Philippo succedens, Thebanos, Illyrios, Thracas, vrbesq; alias perdomuit. Dariũ vincit.*

CAPVT XVI.

**I**gitur Alexander, Anno ab vrbe cõdita MCCCXXXVI. patri Phlippo successit in regnum, qui primam experiẽtiam animi & virtutis suæ, compresis celeriter Græcorum motibus, dedit: quibus auctor vt ab imperio Macedonum deficerent, Demosthenes orator auro Persarũ corruptus, extiterat. Itaque Atheniẽsibus bellum deprecantibus remisit, quos insu-

per

per etiam multo metu soluit: Thebanos cum diruta ciuitate deleuit, reliquos sub corona vendidit: cæteras vero vrbes Achaia & Thesalia vectigales fecit. Illyrios quoque & Thracas, translato mox ab hinc bello, domuit. Inde profecturus ad Persicũ bellum, omnes cognatos ac proximos suos interfecit. In exercitu eius fuere peditum XXXII. millia, equitum III. M. D. naues C. LXXX. hac tã parua manu vniuersum terrarũ orbem, vtrum admirabilius sit quod vicerit, an quod aggredi ausus fuerit, incertum est. Primo eius cum Dario rege congressu, D C. M. Persarum in acie fuere, quæ non minus arte Alexandri superata, quam virtute Macedonum, terga verterunt. Magna igitur cædes Persarum fuit. In exercitu autem Alexandri, CXX. equites, & nouem tantum pedites defuere. Deinde Gordien Phrygia ciuitatem, quæ nunc Sardis vocitatur, obsessam expugnatamque cepit, ac direptioni dedit. Inde nũciato sibi Darij cum magnis copijs aduentu, timens angustias quibus inerat locorum, Taurũ montem mira celeritate transcendit, & D. stadijs sub vna die cursu transmissis, Tarsum venit: ibique cum sudans in Cyd-



num præfrigidum amnem descendisset, obriguit, contractuque neruorum proximus morti fuit. Interea Darius cū CCC. M. peditum & C. M. equitum in aciem procedit. Mouebat hæc multitudo hostium etiam Alexandrum maximè respectu paucitatis suæ, quamuis iam pridem DC. M. hostium eadem paucitate superatis, non solum non timere pugnam, sed etiam victoriam sperare didicisset. Itaque cum intra iactum teli vterque constitisset exercitus, & intentos ad signum belli populos discurrentes principes varijs incitamentis acuerent, ingentibus vtrinque animis pugna committitur. In qua ambo reges & Alexander & Darius vulnerantur: ac tam diu certamen anceps fuit, quo adusque fugeret Darius. Exinde cædes Persarum secuta est. Ibi tunc peditum octoginta millia, equitum decem millia cæsa, capta autem quadraginta millia fuere. Ex Macedonibus vero cecidere pedites centum triginta, equites CL. In castris Persarum, multum auri cæterarumque opum repertum est. Inter captiuos castrorum, mater & vxor eademque soror & filia duæ Darij fuere. Quarum redemptionem Darius cum etiam oblata regni

dimit-

dimidia parte non impetrauisset, tertio cunctis Persarum viribus sociorumque auxilijs contractis, bellum instaurat. Sed dum hæc Darius agit, Alexander Parmenionem ad inuadendam Persicam classem cum copijs mittit, ipse in Syriam proficiscitur. ibi ex multis sibi regibus cū insulis vltro occurrentibus, alios allegit, alios mutauit, alios perdidit. Tyrum urbem antiquissimam & florentissimam, fiducia Carthaginensium cognatorum sibi obsistentem, oppressit & cœpit. Exin Ciliciam, Rhodum atque Aegyptum pertinaci furore peruadit. Inde ad templum Iouis Ammonis pergit, vt mendacio ad tempus composito, ignominiam sibi patris incerti & infamiam adulteræ matris aboleret. Nam accersitum ad se fani ipsius antistitem ex occulto monuit, quid sibi tanquam consulenti responderi velit, sicut historici eorum dicunt. Ita certus Alexander fuit, nobisque prodidit, dijs ipsis mutis & surdis, vel in potestate esse antistitis quid velit fingere: vel in voluntate consulentis, quid malit audire. Reuertens ab Ammone ad tertium Persicum bellum, Alexandriam in Aegypto condidit.



*Darij vltimum cum Alexandro praliū, eiusq̄  
interitus.*

## CAPVT XVII.

**D**Arius vero spe pacis amissa, CCC.  
CIII. millia peditum, & C. M. e-  
quitum Alexandro ab Aegypto reuertenti,  
apud Tarsum bello opponit. Nec pug-  
næ mora, omnes cæca rabie in ferrum  
ruunt. Macedones, toties à se victis hosti-  
bus, animosi: Persæ, nisi vincât, mori præ-  
optantes. Raro in vlllo prælio tantum san-  
guinis fufum est. Sed Darius cum vinci  
suos videret, mori in bello paratus, per-  
suasum suorum fugere compulsus est. Hoc  
prælio Asiæ vires & regna ceciderunt, to-  
tusque oriens in potestatem Macedonici  
cessit imperij. atque ita attrita est in hoc  
bello Persarum omnis fiducia, vt post hoc  
nullus rebellare aulus fit, patienterq̄ Per-  
sæ post imperium tot annorum iugum ser-  
uitutis acceperint. Alexander triginta-  
quatuor continuis diebus castrorum præ-  
dam percensuit: Persepolim caput Persici  
regni, vrbem famosissimam confertissi-  
mamque opibus totius orbis, inuasit. Da-  
rium vero cum à propinquis suis vincitū  
compedibus aureis teneri comperisset,  
perlequi statuit. Itaque iusso vt subseque-  
retur

retur exercitu, ipse cū sex millibus equi-  
tum profectus inuenit itinere solū reli-  
ctum, multis confossum vulneribus, & ex-  
trema vitæ per vulnera efflantem. Hunc  
mortuum inani misericordia referri in se-  
pulchra maiorum, sepeliriq̄ præcepit:  
cuius non dicam matrem vel vxorem, sed  
etiam paruulas filias crudeli captiuitate  
retinebat. In tanta malorum multitudine,  
difficillima dictis fides, tribus prælijs to-  
tidemque annis quinquies decies cente-  
na M. peditum equitumque consumpta  
sunt: & hæc quidem ex eo regno illisque  
populis, vnde iam ante annos non multo  
plures decies nouies centena millia proffi-  
gata referuntur: quanquam extra has cla-  
des per eosdem tres annos & Asiæ ciuita-  
tes plurimæ oppressæ sint, & Syria tota  
vastata, Tyris excisa, Cilicia exinanita,  
Cappadocia subacta, Aegyptus addicta  
fit: Rhodus quoque insula vltro ad serui-  
tutem tremefacta successerit, plurimæque  
subiectæ Tauro prouinciæ, atque  
ipse mons Taurus, diu detre-  
ctatum iugum domitus  
& victus acce-  
perit.



*De bellis Agidis regis Spartanorum, Alexandri Epiri, Zopyrionis praefecti, de populis post Darij mortem ab Alexandro subactis, eiusq; in suos crudelitate.*

## CAPVT XVIII.

**E**T ne fortè nunc quisquam opinetur vel orientem solum Alexandri viribus subactum, vel Italiam tantummodo Romana inquietudine fatigatam, tunc etiam bellum Agidis, Spartanorum regis in Græcia, Alexandri regis Epiri in Lucania, Zopyrionis praefecti in Scythia gerebatur: quorū Agis Lacedæmonius, excitata & rebellante secum vniuersa Græcia, cum Antipatri fortissimis copijs congressus, inter magnas vtrorunq; strages & ipse procubuit. Alexander autem in Italia affectans occidentis imperium, æmulans Alexandrum Magnum, post numerosa & graua bella ibidè gesta, à Brutij Lucanisq; superatus est, corpusq; eius ad sepulturam venditum. Zopyrion vero praefectus Ponti, adunato XXX. M. exercitu, Scythis bellum inferre ausus est: & vsque ad interuencionem caelus, funditus cum omnibus copijs suis abrasus est. Igitur Alexander Magnus post Darij mortem Hyrcanos & Mardos sub-

egit:

egit: vbi etiam illum adhuc bello intentum, Thalestris siue Minothæa regina, excita suscipiendæ ab eo sobolis gratia, cum trecentis mulieribus proca Amazon inuenit. Post hæc Parthorum pugnam aggressus: quos diu obnitentes, deleuit propemodum antequàm vicit. Inde Drangas, Euergetas, Parimas, Parapamēnos, Adaspios, cæterosq; populos qui in radice Caucaſi morabantur, subegit, vrbe ibi Alexandria super amnem Tanaim constituta. Sed nec minor eius in suos crudelitas, quàm in hostem rabies fuit. Docent hoc Amyntas consobrinus occisus, nouerca fratresq; eius necati, Parmenio & Philotas trucidati, Attalus, Eurylochus, Pausanias, multiq; Macedoniae principes extincti: Clitus quoque annis grauis, amicitia vetus, nefariè interfectus. Qui cum in conuiuio fiducia amicitiae regiae aduersus regem, sua opera patri Philippo praeposentem, memoriam patris tueretur, ab offenso frustra rege venabulo transfossus, commune conuiuium moriens cruentauit. Sed Alexander humani sanguinis inexturabilis, siue hostium siue etiam sociorum, recentem tamè semper sitiebat cruorem. Itaque pertinac-



pertinaci impetu in bella procurrēs, Chorasmos & Dahas indomitam gentem in deditiōnem accepit: Callisthenem philosophum, sibi que apud Aristotelem discipulum, cū plurimis alijs principibus, quod eum deposito salutādimore, vt deum non adoraret, occidit.

*Alexander Indiam domat: Porum regem superat: Vrbes gentesq, subigit.*

CAPVT XIX.

**P**ost hæc Indiam petit, vt oceano vltimo que oriente finiret imperium. Nyssam urbem adiit. Dædalos montes, regna que Cleophidis reginæ expugnauit: que cū se dedidisset, concubitu regnū redemit. Peragrata per domita que Alexander India, cum ad saxum miræ asperitatis & altitudinis, in quod multi populi confugerant, peruenisset, cognoscit Herculem ab expugnatione eiusdem saxi terræ motu prohibitum: æmulatione permotus, vt Herculis acta superaret, cum summo labore ac periculo saxo potitus, omnes loci eius gentes in deditiōnem accepit: cum Poro fortissimo Indorum regis cruentissimum bellum gessit: in quo Alexander cū ipso Poro singulariter congressus, occiso que deiectus equo, concursu  
satel-

satellitum præsentiam mortis euasit. Porus multis vulneribus confossus, & captus est: quo ob testimonium virtutis in regnum restituto, duas ibi condidit ciuitates, Nicæam & Bucephalam, quam de nomine equi sui ita vocari præcepit. Inde Adrestas, Cathæos, Præsidas & Gandaridas, cæsis eorum exercitibus, Macedones expugnauere. Cum que ad Chosides ventum esset, ibi contra CC. millia equitum hostium pugnam conseruerunt. Et cum iam ætate detriti, animo ægri, viribus lassif, difficilè vicissent, castra ob memoriam plus solito magnifica condiderunt. Exin Alexander ad amnem Acesinem pergit. Per hunc in oceanum deuehitur. ibi Geslonas Sibos que, quos Hercules condidit, oppressit. Hinc ad Mallos & Oxydracas nauigat: que gentes eum armatis octoginta millibus peditum, & sexaginta millibus equitum, excipiunt. Commisso que prælio, diu anceps & cruenta pugna, tandem tristem penè omnem victoriā Macedonibus dedit. Nam suis hostium copijs, Alexander exercitum ad urbem duxit. Et cum murum ascendisset primus, vacuam ciuitatem ratus, solus introrsum desiluit, quem cum vndique infesti hostes circun-



circundessent, incredibile dictu est, vt eum non multitudine hostium, non vis magna telorum, non tantus lacessentiũ clamor terruerit, solus tot millia ceciderit ac fugarit. At vbi se obrui à circumfusa multitudine perlesit, muri obice posteriora tutatus, contrarios facilius eo vsq; sustinuit, donec ad periculum eius clamoremque hostium, perfractis muris exercitus omnis irruperet. In eo prælio sagitta sub mamma traiectus, fixo genu eatenus pugnauit, donec eum à quo vulneratus esset, occideret. Inde conscensis nauibus cum oceani littora peragraret, ad urbem quandam, cui Ambyra rex præerat, peruenit. Sed in expugnatione ciuitatis magnã partem exercitus, sagittis hostium veneno illitis, amisit: ac post herba per somnium sibi ostensa & in potum saucijs data, cum reliquis subueniretur, urbem expugnauit & coepit.

*Omnes prouincia ad Alexandrũ territa legatos pacem petentes, miserunt. Alexander veneno interijt. Apostrophe ad lectores.*

CAPVT XX.

**P**ost quasi circumacta meta, de oceano Indum flumen ingressus, Babylona celeriter redijt: vbi eum exterritarum totius

totius orbis prouinciarum legati opperiebantur, hoc est, Carthaginiensium totiusque Africa ciuitatum: sed & Hispanorum, Gallorum, Sicilia, Sardiniaque: plurimæ prætereapartis Italia. Tantus timor in summo oriente constituiducis populos vltimi occidentis inuaserrat, vt inde peregrinam toto mundo cerneret legationem, quo vix crederes peruenisse rumorem. Alexander vero apud Babyloniam, cum adhuc sanguinem sitiens, male castigata auiditate, ministri insidijs venenum potasset, interijt. O dura mens hominum, & cor semper inhumanum. Ego ipse qui hæc pro asserenda omnium temporum \* alter-  
\* alter-  
ternata calamitate percenseo, in relatu nanti.  
tanti mali, quo vel ipsa morte vel formidine mortis accepta totus mundus intremuit, num quid illachrymaui oculis? num quid corde condolui? num quid reuoluens hæc, propter communem viuendi statum, maiorum miseras meas feci? cum tamen si quãdo de meipso refero, vt ignotos primum barbaros viderim, vt infestos declinauerim, vt dominantibus eblanditus sim, vt infideles præcauerim, vt infidentes subterfugerim, postremo vt persequentes



quentes in mari ac saxis, spiculisque appetentes, manibus etiam penè iam apprehendentes, repentina nebula circumfusus euaserim, cunctos audientes me, in lacrymas commoueri velim, & tacitus de non dolentibus doleam, reputans duritiam eorum, qui, quod non sustinuere, non credunt. Hispanus Maurinus ad supplicandum Alexandro Babyloniam adiit, cruentumque vltro dominum ne hostem exciperet, per Assyriam Indiamque qua fuit: terrarum metas lustrans, & vtrique infeliciter notus oceano, & tamen tam violentæ necessitatis memoria, vel obliuione defecit, vel viluit vetustate. Et nos perpetuæ recordationi hæsurû putamus, quod plurima orbis parte secura, vnum angulum fugax latro violauit: quasi vero Gothorum & Sueuorum pacem, vt non dicam versa vice Indus vel Assyrius, sed etiam vel ipse, qui hostem patitur, Hispanus orauerit. At vero si illa Alexandri temporis laudanda potius propter virtutem, quam totus orbis obtentus est, quam detestanda propter ruinam, quam totus orbis euersus est, iudicantur: inuenientur & modo plurimi, qui hæc laudanda censeant, quod multa vicerunt, & miserias aliorum feliciter

citatem suam reputent. Sed dicat quispiam: Isti hostes Romanis sunt. Respondetur: Hoc & tunc toto orienti de Alexandro videbatur: talesque & Romani alij visi sunt, dum bellis quietos ignotosque petiuerunt. Sed illi acquirere regna, isti euertere studet. Separata sunt hostis excidia, & iudicia victoris: siquidè & illi prius eos bellis affligerunt, quos postea suis legibus ordinarunt: & hi nunc hostiliter turbant regna, quæ\* quod non permiserit de- in quo nō  
us, si edomita obtinerent, ritu suo componere molirentur, dicendi posteris magni reges, qui nunc nobis sauisissimi hostes adiudicantur. Quolibet autem gesta talia nomine censeantur, hoc est, siue dicantur miseræ, siue virtutes, vtraque prioribus comparata in hoc tempore minora sunt: atque vtraque pro nobis faciunt in comparatione Alexandri atque Persarum: si virtus nunc vocanda est, minor est hostium: si miseria, minor est Romanorum.

*Etruscorum, Vmbroꝝ, Samnitum, & Gallorum contra Romanos coniuratio, & clades.*

CAPVT XXI.

Anno ab vrbe condita CCCCL. Fabio Maximo V. Decio Mure III. consulibus, quatuor fortissimi florentissimiq; Italix

N



Italiae populi in vnū agmen facti; con-  
erunt. Nanque Etrusci, Umbri, Sānites &  
Galli, vno agmine conspirantes, Roma-  
nos delere conati sunt. Tremefacti hoc  
fidelia est: nec ausi sperare totum de viri-  
bus, dolo diuisere hostes, tutius rati pluri-  
bus se bellis implicare quā grauibus.  
Itaque cum quibusdam suis ad popula-  
dos hostiles agros, in Umbriam Etruri-  
amque prāmissis, Vmbriorum Etrusco-  
rumque exercitū redire ad tuitionē suo-  
rū cōgissent, cum Samnitibus & Gallis  
bellum inire properarunt. In quo bello  
cū Gallorū impetu Romani premeren-  
tur, Decius consul occisus est. Fabius ta-  
men post magnam Decianæ partis stra-  
gem tandem vicit. Eo prælio XL. millia  
Samnitum siue Gallorum: cæsa, Romano-  
rum verò septem millia, ex Decij tan-  
tummodo parte, qui occisus est, extin-  
cta referuntur. Fuisse autem absque E-  
truscis & Umbriis, quos astu Romani  
bello auocauerunt, Gallorum & Sam-  
nitum peditum CXL. millia CCCXXX,  
equitum vero XLVI. millia, Liuius re-  
fert: & carpentarios mille in armis con-  
tra aciem stetit Romanam. Sed vt saepe  
dictum

dictum est, semper Romanorum aut do-  
mesticam quietem extraneis bellis inter-  
pellatam, aut externos prouentus morbis  
interioribus aggrauatos, tantū, vt omni-  
modis ingentes animi vndecunque pre-  
merentur. Hanc cruentam tristemque vi-  
ctorem pestilentia ciuitatis oneravit, &  
triumphales pompa obuia mortuorum  
exequiæ polluerūt. Nec erat cui de trium-  
pho gaudium suaderetur, cum tota ciui-  
tas aut ægris suspicaret, aut mortuis.

*Romani à Samnitibus victi eosdem vincunt. Into-  
lerabilis Romanos pestilentia affligit. Rursum Sā-  
nites superant. & cadunt. Curius consul bellum  
in Sabinos feliciter gerit. Romani à Gallis so-  
cūsq; eorum. sedam cladem accipiunt.*

## CAPVT XXII.

SEquitur annus, quo Romani, instau-  
rato à Samnitibus bello, victi sunt, at-  
que in castra fugerunt. Postea vero Sam-  
nites nouum habitum, animumque lumen-  
tes, hoc est, de argētatis armis ac vestibus,  
paratoque animo, ni vincant, mori bello  
se offerūt. Aduersum quos Papirius con-  
sul cū exercitu missus, cum à pullarijs au-  
guribus vana coniectantibus congregi  
prohiberetur, irridens eos tam feliciter  
cōfecit bellum, quā cōstanter arripuit.



Nam in hoc prælio duodecim millia hostiū caesa, tria millia capta referuntur. Sed hanc quoq; istius verè laudandam victoriam, quam vani auspices impedire non potuerunt, oborti subito corrumpere morbi. Nam tanta ac tam intolerabilis pestilentia tunc corripuit civitatem, ut propter eam quacunque ratione sedandam, libros Sibyllinos cōsulendos paritarint, horrendumque illum Epidauriū colubrum, cum ipso Aesculapij lapide aduexerint: quasi verò pestilentia aut antè sedata non sit, aut post orta non fuerit. Præterea altero ab hinc anno Fabius Gurges consul male aduersus Samnitas pugnavit. Namque amisso exercitu, victus in urbem refugit. Itaque cum senatus de submouendo eo deliberaret, pater eius Fabius Maximus ignominiam filij deprecatus, legatum se filio iturum ultro obtulit, si illi depellendæ ignominia, & gerendi iterum belli facultas daretur. Qua impetrata, prælioque cōserto, cum subito pugnante filium consulem, insistente Pontio Samnitium duce, & infestis hostium telis conclusum videret, in medium se agmen pius senex equo vectus ingressus. Quo facto permoti Romani, tota ibi incubuere acie, donec ipsum ducem

ducem Pontium deleto hostili exercitu victum oppressumque ceperunt. Caesa sunt in eo prælio Samnitium viginti millia, capta autem quatuor millia cum rege suo: tandemque Samniticum bellum, quod per XLIX. annos multa Romanorum clade trahebatur, capti ducis destitutione finitum est. Anno subsequente cum Sabini Curio consule bellum gestum est, ubi quot millia hominum interfecta, quot capta sint, ipse consul ostendit: qui cum in senatū magnitudinē acquisiti agri Sabini, & multitudinem capti populi referre vellet, numerum explicare non potuit. Anno ab vrbe condita CCCCLXII. Dolabella & Domitio consulibus Lucani, Bruttij, Samnites quoque cum Etruscis & Senonibus Gallis facta societate, cum rediituum contra Romanos bellum molirentur, Romani ad exorandos Gallos miserunt legatos. Quos cum Galli interfecissent, Cæcilius prætor ob vlciscendam legatorum necem, & comprimendum tumultū hostium cum exercitu missus, ab Etruscis Gallisq; oppressus interijt. Septem præterea tribuni militum in ea pugna occisi, multi nobiles trucidati, tredecim millia etiam militum Romanorū illo bello prostrata



strata sunt. Ita autem quotiescunque Galli exarserunt, totis opibus suis Roma detrita est, vt sub præfenti nunc concursatione Gothorum magis debeat meminisse Gal-lorum.

*Veneno Alexandro rege Macedonia perempto, duces eius totum inter se orbem diuiserunt, seseq; mutuis bellis consumpserunt.*

CAPVT XXIII.

**A**T ego nunc reuocor, vt per hæc eadem tempora, quibus Romani ista perpessi sunt, quæ inter se bella gesserint Macedonum duces, reuoluam: qui mortuo Alexandro diuersas sortiti prouincias, mutuis se bellis consumpserunt. quorum ego tumultuosissimum tempus ita mihi spectare videor, quasi aliqua im-mensa castra per noctem de specula mon-tis aspectans, nihil in magni campi spatio præter innumeros focos cernam. Ita per totum Macedoniae regnum, hoc est, per vniuersam Asiam & plurimam Europæ partem, Libyæque vel maximam, hor-rendi subito bellorum globi \* colluxe-runt: qui cum ea præcipuè loca, in quibus exarsere, populati sunt, reliqua omnia ter-rore rumoris, quasi fumi caligine turba-uerunt. Sed nequaquam tantorum regum

confluxerunt.

ac

ac regnorum bella excidiaque explicabo, nisi prius ipsa cum regibus regna produ-dero. Igitur Alexander per duodecim annos tremetem sub se orbem ferro pres-sit. Principes vero eius XIIII. annis dilaniauerunt, & veluti opimam præ-dam à magno leone prostratam auidi dis-cerpere catuli: seque ipsos inuicem in-rixam irritatos prædæ æmulatione fre-gerunt. Itaque prima Ptolemæo Aegypti & Africæ Arabiaque pars sorte proue-nit. Confinem huic prouinciæ Syriam La-omedon Mitylinæus, Ciliciam Philotas, Philo Illyrios accipiunt. Mediæ maiori Atropatus, minori socer Perdicæ præ-ponitur. Susiana gens Scyno, Phrygia ma-ior Antigono Philippi filio assignatur. Lyciam & Pamphylia Nearchus, Cariam Cassander, Lydiam Menander sortiuntur. Leonnatus minorem Phrygiam accipit. Thracia & regiones Pontici maris Lysi-macho, Cappadocia cū Paphlagonia Eu-meni data: summa castrorum Seleuco Anti-ochi filio celsit: stipatoribus regis satelli-tibusque Cassander filius Antipatri præ-ficitur. In Bactriana vltiore & Indiæ re-gionibus præfecti priores, qui sub Alex-andro esse ceperant, permanerunt. Seras

N 4 inter



inter duos amnes Hydaspem & Indum constitutos, Taxiles habuit. In colonias in Indis conditas Pithon Agenoris filius mittitur. Parapamēnos fines Caucaſi montis Oxyartes accepit. Arachosij Gedrosijq; Sibyr̄tio decernuntur. Drangas & Arcos stasanor, Baſtrianos Amyntas sortitur, Sogdianos Scythæus, Nicanor Parthos, Philippus Hyrcanios, Phrataphernes Armenios, Tlepolemus Perlas, Peucestes Babylonios, Archon Pelasgos, Arcelaus Mesopotamiam adepti sunt. Igitur causa & origo bellorum epistola Alexandri regis fuit, qua iussit omnes exules patrię libertatiq; restitui. Potentes enim ciuitatũ Gracię timentes, ne exules recepta libertate vltionem meditentur, à regno Macedonum defecerunt. Primi Athenienses, contracto XXX. M. exercitu & CC. nauibus, bellum cum Antipatro, cui Graciã sorte obuenerat, gerunt: per Demosthenem quoque oratorem Sicyona, Argos & Corinthum, cæterasq; ciuitates sibi socias adiungũt, Antipatrum obſidione cingunt. Ibi dux eorum Leosthenes telo è muris iacto perfossus, occiditur. Athenienses Leonnato, qui Antipatro auxilium ferebat, occurrunt, eiulq; copijs

pijs comminutis ipsum interficiunt. Perdicca veidò bellum Ariarathi Cappadocum regi intulit, eumq; vicit, in qua victoria nihil præter vulnera & pericula cõquisiuit. nam omnes ante irruptionem vr̄bis suę, succensis domibus suis, se suac; omnia concremauerant. Post hæc bellum inter Antigonum & Perdiccam oritur grauissimò, multis prouincijs & insulis ob auxilia vel negata, vel præstita dilaceratis Diu deliberatum, vtrum in Macedoniam bellum transferretur, an in Asia gereretur: nouissimè ipse Perdicca Aegyptũ cum ingenti exercitu petit. Sic Macedonia, in duas partes discurrẽtib; ducibus, in sua viscera armatur. Ptolemæus Aegypti viribus & Cyrenẽsibus copijs instructus, occurrere bello Perdiccæ parat. Inter hæc Neoptolemus & Eumenes cruentissimo inter se prælio digladiati sunt. Vltimus Neoptolemus, ad Antipatrum fugit: quem, vt Eumenem de insperato opprimat, perurget: quod Eumenes futurum ratus, insidiantes insidijs capit. In eo bello Polyperchon occiditur, Neoptolemus & Eumenes mutuis vulneribus confossi: sed Neoptolemus interiit, Eumenes victor euasit. Perdicca cũ Ptolemæo acer-



bisimo bello congressus, amissis copijs, ipse quoque interfectus est. Eumenes, Phiton, & Illyrius, & Alceta frater Perdicæ, à Macedonibus hostes pronuntiantur, bellumque aduersum eos Antigono discernitur. Itaque Eumenes & Antigonus collatis aduersum se maximis copijs conflixerunt: Eumenes victus, in quoddam castellum munitissimum fugit, vnde auxilia Antipatri tunc potentissimi per legatos poposcit: quo nuntio territus Antigonus, ab obsidione discessit. Sed nec sic Eumeni spes firma aut salus certa. Quare vltimo consilio Argyraspias, ob auro deargentata sic dictos, hoc est, milites qui sub Alexandro militauerant, in auxilium rogat. Qui fastidiosè ducem in disponendo bello audientes, ab Antigono victi, castrisq; priuati, & vxores & liberos, simulq; omnia quæ sub Alexandro acquisuerant, perdidierunt. Qui postea turpiter per legatos reddi sibi quæ perdidierat, victorem rogant. Antigonus autem se redditurum pollicetur, si sibi vincitum Eumenem pertraherent. Ita illi spe recuperationis illecti, dedecorissima prodicione ducem suum, cuius signa paulo ante secuti fuerant, captiui ipsi captum catena-

catenatumque duxerunt, & mox cum foeditissima ignominia in exercitu Antigoni dispersi sunt. Interea Eurydice Arridæi regis Macedonum vxor, multa sub nomine viri nefaria egit per Cassandrum: quem flagitiosè cognitum, ad summum fastigium per omnes honorum gradus prouexerat, qui ex libidine mulieris multas Græciæ ciuitates afflixit. Tunc Olympias mater Alexandri regis, hortante Polyperchonte, cum ab Epiro in Macedoniam prosequente Acacida rege Moloforum veniret, & ab Eurydice sinibus prohiberetur, adnitētibus Macedonibus, Arridæum rege & Eurydicen iussit occidi: quanquam & ipsa Olympias continuo meritas crudelitatis pœnas luit. Nam cum muliebri audacia multas principū cædes ageret, audito aduentu Cassandri, diffusa Macedonibus, cū Rhoxane nuru sua & nepote Hercule, in urbem Pydnam concedit: ibique continuo per Cassandrum capta, interfecta est. Filius Alexandri Magni cum matre in arcē Amphipolitanam custodiendus est missus. Perdicca, Alceta & Polyperchonte, cæterisque ducibus, quos commemorare longum est, diuersæ partis occisis, finita bella inter successores



fores Alexandri videbatur. Tū Antigonus ardēs cupiditate dominandi, liberandū bello Herculem regis filiū ab obsidione simulat. His cognitis Ptolemæus & Cassander, inita cum Lysimacho & Seleuco societate, bellum terra marique enixè instruunt. Antigonus in eo bello cum filio Demetrio vincitur. Cassander Ptolemæo in victoria particeps factus, cum Apolloniã rediret, incidit in Abderitas: qui propter intolerandę multitudinis raras & mures, relicto patrio solo, & antiquis habitaculis, emigrantes, nouas sedes prætenta interim pace requirebant. Sed Cassander & virtutem, & multitudinem gentis agnoscens, ne adacti necessitate Macedoniam bello quaterent, atque inuaderent, receptos in societatem, in vltimis Macedoniæ finibus collocat. Inde cum iam Hercules Alexandri filius, XIII. esset annorum, timens ne eum \* Macedones quasi legitimum regem præoptarent, occidendum tacitè cum matre curauit. Ptolemæus iterum cum Demetrio nauali prælio confligit, & cum omnem penè classē atq; exercitum perdidisset, victus in Aegyptum refugit. Hac victoria elatus Antigonus, regem se cum Demetrio filio appellari

\* omnes.

pellari iubet: quod exemplum omnes secuti, regium nomen sibi dignitatemque sumplerunt. Igitur Ptolemæus & Cassander, cæterique alterius factionis duces, cū decipi se ab Antigono singillatim viderent, per epistolas se inuicem confirmantes, coeundi in vnum tempus locumque condicunt: & bellum aduersus Antigonum communibus viribus instruunt. Cassander finitimorum bellis implicitus, Lysimachum clarissimum inter omnes ducem, cum ingenti manu pro se socijs in auxilium misit. Seleucus quoque ex Asia maiore descendens, nouus Antigono hostis accessit. Hic siquidem Seleucus plurima per orientem inter socios regni Macedonici bella gessit. Principio Babyloniam bello expugnauit & cepit. Bactrianos nouis motibus assurgentes perdomuit. Transitum deinde in Indiam fecit: quæ post mortem Alexandri, veluti detracto excussoque à ceruicibus iugo præfectos eius occiderat, Sadrocotto quodam ad vindicandam libertatem duce: qui postea crudeliter in ciues agens, quos de externa dominatione defenderat, ipse seruitio premebat. Cum hoc ergo Sadrocotto Seleucus quamuis multa & graua bella gessisset,



sisset, nouissimè firmitatis regni condici-  
onibus, & pacta pace discessit. Adunatis  
itaque copijs Ptolemæi sociorumque e-  
ius, pugna committitur: cuius quanto po-  
tentior apparatus, tanto ruina grauior  
fuit. Nam in ea tunc totius penè Macedo-  
nici regni vires conciderunt. In ipso  
bello Antigonus occisus est: sed finis bel-  
li huius initium alterius fuit. Nam cum vi-  
ctoribus de præda non conueniret, ite-  
rum in duas factiones diducuntur. Seleu-  
cus Demetrio, Ptolemæus Lyfimacho iū-  
gitur. Cassandro defuncto, filius Philip-  
pus succedit. Sic quasi ex integro noua  
Macedoniæ bella nascuntur. Antipater  
Thessalonicen matrem suam, Cassandri  
vxorem, quamuis miserabiliter pro vita  
precantem, manu sua transuerberauit.  
Alexander frater eius, dum bellum ad-  
uersus fratrem ob vltionem matris instru-  
it, à Demetrio, cuius auxilium petierat,  
circuuentus occiditur. Lyfimachus cū  
\* Doricetis regis Thraciū infestissimo bel-  
lo vrgeretur, aduersus Demetriū pugnare  
non potuit. Demetrius augmento Græ-  
ciæ, & totius Macedoniæ elatus, in A-  
siam transire disponit. Ptolemæus au-  
tem & Seleucus & Lyfimachus experti  
priorē

\* Dori.

priorē certamine, quantæ vires essent cō-  
cordiæ, iterum societate\* facta, aduna\* pacta.  
tisque exercitibus, bellum in Europam  
transferunt aduersus Demetrium. His  
se comitem & belli socium Pyrrhus rex  
Epiri iungit, sperans Demetrium Ma-  
cedonia posse depelli, nec spes frustra  
fuit: quippe exercitu eius corrupto, i-  
ploque in fugam acto, regnum Macedo-  
niæ Pyrrhus inuasit. Deinde Lyfimachus  
generum suum Antipatrum insidiantem  
sibi, interfecit, filiumque suum Aga-  
thoclem vltra humanum morem pero-  
sus occidit. Quibus quidem diebus Ly-  
fimachia ciuitas formidolosissimo ter-  
ræ motu euersa, oppressoque populo suo,  
crudele sepulchrum fuit. Lyfimachum  
autem alsiduis se parricidijs cruentantē  
omnes socij deseruerunt, & ad Seleu-  
cum deficientes, pronum iam regē æmu-  
latione regni, vt bellum Lyfimacho infer-  
ret, hortati sunt. Res sœdissimi specta-  
culi erat, duos reges, quorum Lyfima-  
chus annos natus LXXIII, Seleucus au-  
tem LXXVII, de eripiendis alterutrum  
regnis concurreres in acie stare, arma ge-  
rere. Vltimum hoc quidem bellū Alexan-  
dri commilitonum fuit, sed quod ad ex-  
em, lum



emplum humanæ miseræ fuerit referuatum: quippe cum orbem terrarum extinctis iam XXXIII. ducibus Alexandri, soli possiderent, & angustissimos senectutis ac vitæ suæ terminos non aspicientes, angustiores esse imperio suo totius mundi terminos arbitrabantur. In eo bello Lysimachus vel amissis vel interfectis prius ante hanc pugnam XV. liberis, postremus occisus est. Sic Lysimachus solutio pugnae Macedonicae fuit. Sed ne Seleucus quidem tanta victoria impunè lætatus est: nam neq; ipse post LXXVII. annos quiete naturalis mortis inuenit: sed extortam sibi infœliciter vitam velut immatura morte finiuit: quippe insistente Ptolemæo, cuius sororem Lysimachus in matrimonio habuerat, insidijs circumuentus & occisus est. Hæc sunt inter parentes, filios, fratres ac socios consanguinitatis societatisque commercia. Tanti apud illos diuina atque humana religio pendebatur. Erubescant sanè de recordatione præteritorum, qui nunc interuentu solius fidei Christianæ, ac medio tantum iurationis sacramento viuere se cum hostibus, nec pati hostilia sciunt: quibus indubitatissimè probatur, quia non sicut illi antea, Cæsa iunge-

iungebant fœdera porca, sed quia nunc inter barbaros ac Romanos creatorem ac dominum suum contestantes, tantam fidem adhibita in sacramentum seruant euangelia, quantam tunc nec inter parentes ac filios potuit seruare natura. Nunc autem finis Macedonici belli, finis etiam libri fiat, præsertim cum iam ab hinc Pyrrhi bella incipiant, & mox Punica consequantur.

FRANC FABRICII MARCO-  
DVRANI IN PAVLI

Orosij librum  
tertium

Annotationes.

In Caput primum.

**A** Nno ab vrbe condita CCCLXIII.)  
Hic numerus est quoque apud Plinium libr.  
34. ca. 1. Liuius lib. 5. in orat. Camilli Romanam  
captam significat anno ab vrbe condita CCCLXV.  
Propter insolitam pacem.) Quo anno Roma  
capta fuit, eo Lacedæmonij την επί ανταλκίδα γενο-  
μένην ειρήνην προς βασιλεία των περισων εκύρωσαν,  
o id



210 IN LIBRUM TERTIVM  
id est pacem, per Antalcidam cum Rege Persarum factam ratam habuerunt. ait Polybius libr. 1. Verum de hac pace inferius dicitur Lacedæmonij utpote homines.) Orofius hæc e Iustini libr. 6. descripsit. pluribus eadem Xenoph. libr. 3. Diodorus 14. Dercyllidam ducem) Vulgo mal. hic dux, Hircalides nominatur, qui græcis est δερκυλλίδας. Vnum denuntiato bello appetit) Dercyllidas certis conditionibus factus cum Tiffaserne, in Pharnabazæ sine exercituum duxit Xenophon & Iustinus. Cononem Atheniensem) Hæc eadem leges apud Diod. libr. 14. Acceptis quingentis argenti talentis.) Sic Diod. λαβὼν ἑργυρίαις τετρακίσια πεντακόσια. A rege Aegypti Hercynione) Apud Iust. est, à rege Aegypti Hercymone. Diodor hunc regem, qui Lacedæmonijs dedit σκευονέα & τὸν τριήρεσι, τῶν δὲ μισθιάδας πρυτανόωντα, vocat Νόρξια, vel ut est in alijs libris Νεφεξία. Virum pede claudum) Nota est contentio de regno Spartano inter Leotychiden Agidis filium, & Agefilaum eiusdem fratrem: cum Leotychides Agefilaum regno prohibere ex oraculo vellet, quod alter pede claudicaret: sed vicit hic illum. cum oraculum in eum conuenire contendisset, qui neque legitimus. neque ab agide esset genitus. Xenoph. libr. 3. & in Agefilao, Plutarchus in eodem & Lysandro, Pausanias libr. 3. Igitur Conon) Quare Conon ad regem profectus fuerit, copiose Iustinus libr. 6. Lacedæmonij vero domesticis malis) Significat tempus illud quando circa Olympiadem xcvi. Lacedæmonios iniuste imperantes omnes ferè socij deseruerunt, ut ait Cicero libr. 2. de Off. Tum Bœotij Atheni-

## ANNOTATIONES.

211

Athenienses, Corinthij. Argui & alij conspiratione facta contra Lacedæmonios mouerunt bellum. Cuius causa Agefilaus ex Asia domum reuocatus fuit, Xenophon libr. 3. & 4. Diodorus libr. 14. Plutarchus in Agefilao. Pausanias libr. 3. Interea Pisander dux apud Spartam) Mirum profecto, qui factum fuerit, ut contra fidem librorum veterum tam apud Iustinum quam Orofium, hic dux Lysander hæctenus sit dictus: cum tamen ex omnibus scriptoribus, quos modo nominavi, certum sit, Agefilaum classem præfuisse Pisandrum coniugis suæ fratrem, eumq; relictum in Asia & prælio nauali superatum ad Gnidum à Pharnabazo & Conone perijisse. Nam quod in vulgato Diodori libro ναυαρχος non τριήραρχος, sed πρεσβυτερος appellatur, procul dubio mendosum est. Namque ex illo fluere.) παρὰ δὲ Virgiliana ex lib. 2. aeneid. Premi igitur Thebani.) Belli huius Bœotici dicti principes fuerunt Locri Opuntij & Phocenses, quorum hi à Lacedæmonijs, illi à Thebanis auxilia accersuerunt Thebani Athenienses in suas partes pertraxerunt. Prælio commisso ad Haliam Lacedæmonij victi sunt, & Lysander occubuit, Xenophon libro tertio extremo, Diodorus 14 Pausanias 3 & 9. Plutarchus in Lysandro. Propter virtutem atque industriam Epaminondæ.) Videtur Orofius deceptus verbis Iustini putasse huic prælio interfuisse Epaminondam, quod verum non est. Pausanias quoque dux alter) Pausanias qui cum Lysandro aduersus Thebanos missus fuerat, crimini datum, quod serius in Bœotiam venisset, quodq; casorum corpora fœdere quam prælio

O 2 tolle-



tolle maluisset. itaque capitis accersitus ad caussa  
 dictionem non adfuit, sed Tegeam in exilium aufu-  
 git. Xenophon & Pausanias, lib. 3. Repente rex A-  
 gesilaus.) De aduentu Agesilai in Bœotiam, non o-  
 mnino conuenit Iust. & Orofio cum Xenophonte, Di-  
 odoro & Plutar. Pugna commissa fuit ad Coronam:  
 mēdosē enim in Plutarchi Agesilao est, πρὸ τῆν χα-  
 γώνας, pro χορῶνας, Iphicrati duci.) De Iphicra-  
 re Xenophon li. 4. & deinceps, Diad. lib. 14. & 15. Sed  
 Conon postquam vasta.) De Cononis beneficio in  
 Athenienses, de q̄ honore illi a suis habito, præter cæ-  
 teros, quos iam sæpe nominamus, elegāter Demosthe-  
 nes de immunitate contra Leptinem. Legendus quoq̄  
 Isocratis Euagoras. Interea Artaxerxes rex Persa.)  
 Cum Pharnabazus & Conon regia classe maritimā  
 Laconica oram cum maleficio peruaderent, & Athe-  
 na muro cingerentur, placuit Lacedæmonijs pacem  
 facere cum rege Persarum, ea q̄, re Antalcidam ad  
 Tiribazum regis præfectum miserunt, vt illius opera  
 pax firmaretur. Hac de causa pacem hanc græci τὴν  
 ἐπ' ἀνταλκίδος γενομένην εἰρήνην vocant, vt demon-  
 strauimus paulo ante ex Polybio. Tu lege Xenophon-  
 tem lib. 5. Diodor. 14. Plutarchum in Agesilao & Ar-  
 taxerxe. Meminit Strabo in fine libr. 6. Pausanias  
 initio 9.

### In Caput secundum.

Nam speculati absentiam ) Que de Arcadium  
 & Thebanorum bello hic & apud Iustinum post An-  
 talcida pacem subiiciuntur, ea non statim subsequen-  
 tunt. Nam illa facta est anno secundo Olympiæ.  
 XCIII.

XCIII. Arcades aut bellum cū Eleis gesserunt quar-  
 ta & centesima Olympiade, vt etiam Pausanias scri-  
 bit l. 5. Tum Elei pressi ab Arcadibus. Lacedæmonios  
 socios suos impulerunt, vt Archidamus Agesilai filius  
 cum exercitu missus in Arcadiam Cromnum cepit.  
 Nam quod Iustinus castellum dicit, Xenophon, qui  
 hanc historiam lib. vlt. ἐλλεω. scribit, κρομμύον vocat.  
 In eo prælio.) Cromno capto Archidamus præsi-  
 dio trium cohortium ibi relicto, reliquas copias domū  
 reduxit. Sed cum præsidium ab Arcadibus ex Elide  
 reuersis obsideretur, Archidamus iterum missus, vt  
 Spartanos obsidione liberaret, prælio commisso ὁ ἀρ-  
 χιδάμος ἐπέτατο τὸ μνηστὸν διαμπαῆξ, inquit Xeno-  
 phon, id est, Archidamus telo per femur traiecto vul-  
 neratus est. Occisorum corpora per præconem.)  
 Hoc græci dicunt, οὐτὸν vexροῦς ὁ ἄριστος ἀνα-  
 γείσσει. Exemplorum plena sunt omnium monumen-  
 ta. Lacedæmonijs ad alia bella conuersis.) Man-  
 tinenses à Thebanis descuerant, ijs q̄, suppetias vene-  
 rant Lacedæmonij duce Agesilao, vt Xenophon & Plu-  
 tarchus scribunt: nam quod Diodorus libr. 15. Agidem  
 hunc nominat, equidem qui verum esse possit ignoro.  
 Præcognito aduentu hostium.) Euthynus enim  
 Thespiensis, auctore Callisthene, seu, Cres quidam, vt  
 Xenophon scribit, Epaminonda consilium Agesilao e-  
 nuntiauit. L. Plutarchum in Agesilao. Commisso  
 prælio.) Prælium commissum fuit ad Mantineam,  
 ibiq̄ Epaminondas vulneratus ab Anticrate Lacedæ-  
 monio paulo post decessit. Remota manu.) Aliter de  
 vulnere scribunt, Cicer. epist. 12. lib. 5. fam. Valerius  
 lib. 3. cap. 2. & Diodorus. 15.



## In Caput tertium.

Anno ab V.C. CCCLXXVI.) Euseb in libro de temporibus hunc terramotū ascribit Olymp. centesimā. Strabo lib. 8. scribit has vrbes euerfas biennio ante pugna Leuſtricam. i. anno ante Olympiadem cit. Diodoro auctore. qui annus ex aliorum supputatione est CCCLXXX. Bura & Helice) Ita scripsimus ex Eusebii Chronico. Thucydidi li. 2. Strabonis lib. 1. & 8. Pausania li. 7. Plinii li. 2. ca. 92. cum in Oroſij libris eſſet, Eborā & Helice. Diod. lib. 15. hanc inauditam eluionē describens addit, ἐπέτετο ἢ τέτο το πάλος τῆς ἀχαίας ἀπὲρ δύο πόλεις, ἑλίκων τὴν ἑβραν, id est. Hanc cladem duo Achaia oppida. Helice & Bura, experta sunt Interea Romani) Camillus. cum Tribunus milit. III. an. CCCLIX. Faliscos iustitia in ditionem populi R. redegisset, vt est apud Liuium lib. 5. Plutarchum in Camillo, & auctorem libri de viris illustrib. sexto anno post Dictator Volscorum ciuitatem, quae per LXX. annos bellum gesserat, vicit. & Aequorum urbem occupauit. Sutrinorum recuperauit, deletis Etruscorum exercitibus, & tres simul triumphos egit. Hac ita emendata à Cuspiniano paucis Eutropius li. 2. pluribus Liuius li. 6. Praenestinos etiā eodem tempore) Praenestini à T. Quinct. Cincinnato Dictatore victi fuerunt an. 375. Liu. Eutrop. & Euseb. in Chronico.

## In Caput quartum.

Anno ab V.C. CCCLXXXIII.) Oroſius in numeris istis suam rationem sequitur. nam hunc non esse deprauatum

deprauatum consensus librorum, & sequentes numeri ostendunt. Alij hunc annum CCCLXXXVIII alij alium faciunt. De hac pestilentia Liuius initio lib. 7. In quo iam reuerentia tua) intelligit disputacionem Augustini contra ludos scnicos lib. 3. cap. 17. de Ciuitate dei.

## In Caput quintum

Proximo anno) Curtius equo insides armatus se in specum immisit L. Genucio Q. Seruilio iterū Cos. Liuius li. 7. Valerius Max. lib. 5. cap. 6. Augustinus de Ciuitate Dei lib. 4. cap. 20.

## In Caput sextum.

Annus, quo Galli Anienem transgressi non longe ab vrbe castra posuerunt, Consules habuit C. Sulpicium, & C. Licinium, atque ex fastis Consularibus, CCCXCII. numeratur. Ad quartū ab vrbe lapidē) Apud Liuium est, ad tertium lapidem. Eutropius scribit Gallos quarto milliario ab vrbe condisse. Manlius Torquatus) Hic T. Manlius, qui cum Gallo apud anienem depugnauit prouocatus, ex eius spolijs sibi & torquem & cognomen induit, ait Cicero lib. 2. de finib. Historia est apud Liuium lib. 7. & Eutropium. 2. Elegantissime eam Quadrigarius lib. 1. annalium descripsit. qui locus est apud Gellium lib. 9. ca. 13. T. Quinctius Dictator) Liuius Gallos non hoc anno à Quinctio Dictatore, verum sequenti à Q. Seruilio Abala Dictatore. cum Quinctius magister equitū eſſet, caesos ait. Sed Oroſius alios auctores secutus est, sicut & Appianus in Celtica. vbi scribit,



ἔ τριτῆ ἡ κελτῶν στρατῶν ἐμβέβληκεν εἰς τὴν ἰτα-  
λίαν, ἢν ἔ αὐτῶν οἱ ῥωμαῖοι διεφθεῖραν οὖν ἢ γε-  
μόνι τῶν κοῖνῶν. id est, Atque etiam tertius Gallo-  
rum exercitus in Italiam venit, quem Romani quoq;  
ductu & auspicijs T. Quintij deleuerunt. A C. Sul-  
picio) C. Sulpicius Peticus Dictator an. CCCXCV.  
Gallos vicit, ac de ijs triumphauit Nonis Mai. vt est  
in triumphis Capitolinis. De arte qua Gallos vicit,  
Liuus & Frontinus lib. 2. Stratagematum. Sub C.  
Marcio) C. Marius Rutilus Dictator primus è plebe  
biennio post Sulpicium cum Tuscis congressus VIII.  
millibus captis ceteros aut cecidit, aut agro Romano  
fugauit, Liuus & Eutropius. Eius triumphus in an-  
tiquis marmoribus sic descriptus est, C. MARCIVS. L.  
E. C. N. RVTILVS, DICT. AN. CCCXCVII. DE TVSCEIS  
PRIDIE. NON. MAI. Ab Albanis montibus) Sic re-  
cte legi in libris vetustis è Liuius cognoscitur. Meminit  
huius belli Polybius lib. 2. Florus lib. 1. tit. 13. M. Vale-  
rius.) De huius singulari certamine præter superio-  
res lege Valerium Max. lib. 8. cap. 16. & Gellium lib.  
9. cap. 11. Est vero sciendum hunc M. Valerium  
in antiquis lapidibus non Coruinum, sed Coruū co-  
gnominari. M. tamen Manily versus de hoc sunt.  
Et cum militia volucris Coruinus adeptus  
Et spolia, & nomen, qui gestat in alite Phœbum.

### In Caput septimum.

Anno siquidem ab V. C.) Cum Carthaginien-  
sibus legatis auctore Liuius lib. 7. Roma fœdus ictum,  
cùm amicitiam ac societatem petentes venissent, M.  
Valerio Coruo M. Popillio Lanate IIII. Coss. qui an-

nus in fastis Capitolinis est ab V. C. CDV. Tunc etiã  
nox.) Hac prodigia quarto anno post fœdus cum Car-  
thaginensibus ictum euenisse, Liuius narrat. Diaconus  
hac Eutropio ex Orofio addidit. Quibus diebus et-  
iam Alexander Magnus.) Infra cap. 16. Orofius  
scribit Alexandrum patri Philippo successisse anno  
ab V. C. CCCCXXVI. quare si Alexander natus annos  
XX. vt Plutarchus & Arrianus scribunt, regnum Ma-  
cedonia suscepit, certè circa idem tempus quo prodi-  
gia illa euenerunt hic natus fuit. Tunc etiã Ochus,  
qui & Artaxerxes ὁ ἐπικλυθεὶς ὄχος.  
Eusebio est XII. Persarum rex. ad cuius annū VI. hac  
scripta leguntur: Ochus Apodasmo Iudeorum ca-  
pta, in Hyrcaniam accolat translatus iuxta ma-  
re Caspium collocauit. Transcurrens & Sidonē.)  
Defecerat à rege Persarum Tripolis, presidioq; à Ne-  
ftanebo rege Aegyptiorum acceperat tria millia Rho-  
diarum. Ochus, cùm Babylone in Aegyptum maxi-  
mis copijs contenderet, Phœnicas primum adortus Si-  
donem Mentoris reguli proditione in suam potesta-  
tem redegit, ac euertit. Hac pluribus Diodorus lib. 16.  
Gemisthus Pletho lib. 2.

### In Caput octauum.

De Samnitico bello infra hoc lib. agetur: de Tar-  
rentino & Punico deinceps. Nunquam post mor-  
tem Numæ.) Numa Ianum ad insinuum Argiletum  
iudicem pacis belliq; fecit: apertus, vt in armis ciui-  
tatem, clausus, pacatos circa omnes populos signifi-  
caret. Numa regnante Ianus 43. annos continenter  
clausus fuit. Liuius li. 1. Plutarch in Numa. Nisi Cæ-  
sare



218 IN LIBRVM TERTIVM  
 sare Augusto imperante.) Post bellum Actiacum,  
 pace terra marique, parta. li. 6. ca. 22. Inter bel. a pu-  
 nica vnus anni) Hic annus fuit I. Manlio Tor-  
 quato C. Atilio Bulbo Coss. infra li. 4. ca. 12.

*In Caput nonum.*

Igitur an. ab V. C. CCCCLX) Hic annus quo L.  
 Manlius & P. Decius Consules fuerunt. in antiquis  
 fastis est CCCCLXII a quo numero cum hic tam longe ab-  
 sit. vereor ne mendum hic lateat Decio Mure) vul-  
 go errore manifesto pro Mure, quod est in omnibus  
 manuscriptis. hic & infra cap. 21. Murena legitur.  
 sicut & apud Florum li. 1. ca. 14. Metij Tusculani  
 nobilis equitis) Sic est in manuscriptis. non. mili-  
 tis. vt habent vulgati. Hunc praefectum equitum. Li-  
 ui. li. 8. & Valer. 2. cap. 2. Geminum Metium vocant.  
 Alius vero Consul) Alterum Consulem P. Decium pa-  
 trem intelligit qui se bello Latino deuouit. Cic. lib. 2.  
 de finib. & li. 1. de Diuin. & alij omnes Occursum  
 tamen nobilium iuuenum) L. ui. Bello gesto. T. Man-  
 lius Romam redijt. cui venientis seniores tantum obui-  
 am esse constat: iuuentutem & tum & omni vita  
 deinde auersatam eum execratamque. Idem Valer. Max.  
 li. 9. ca. 3. Anno aut post hunc iubsequente) Mi-  
 nucia damnata incestus fuit. non proximo anno post  
 Manlium & Decium Consules. sed tertio anno post  
 auctore L. uio in octauo De poena Vestalium Dyonis-  
 sius lib. 2. Plutarchus in Num. De campo Scelerato  
 Festus.

*In Caput X.*

Nam Claudio Marcello) M. Claudius Marcel-  
 lus

lus & C. Valerius Flaccus Consules fuerunt anno  
 CDXXII. quo anno Romae primum de veneficijs  
 quaesitum est. L. uii. lib. 8. Vt trecentae septua-  
 ginta damnatae) In numero consentiunt manu-  
 scripti libri Orosij Sed L. uii. scribit damnatas fuisse  
 ad CLXX. Valerius lib. 2. cap. 1. pars. inquit. capi-  
 tali iudicio damnatae centum & LXX. numerum  
 expleuerunt.

*In Caput XI.*

Quae hoc capite de Alexandro Tpiri rege Orosius  
 scribit. ea copiose L. uii. lib. 3. in Consulatu L. Papirij  
 & C. Paetelij. Lege etiam ea quae Diaconus Eutropio  
 addidit.

*In Caput XII.*

Anno ab V. C. CCCC.) Philippus Amyntae filius  
 Macedonum regnum, auctore Diodoro lib. 16. susce-  
 pit Olympiade CV. Consulibus Romae Cn. Genucio &  
 L. Aemilio. Hi autem ex antiquis Fastis referuntur  
 ad annum post V. C. CCCXC. quos tanquam certio-  
 res duces sequi mallem. Hic primum ab Alex. fra-  
 tre) Orosius in his rebus exponendis Iustinum sequi-  
 tur. Plutarchus quoque in Pelopida scribit, Philippum  
 ab alexandro fratre obsidem Thebanis datum: sed  
 Diodorus lib. 16. tradit ipsum Amyntam patrem su-  
 peratum ab Illyrijs, Philippum minimum natu-  
 ritium victoribus obsidem dedisse, eosque illum a-  
 pud Thebanos deposuisse. Gemisthus Pletho qui tam  
 Plutarchi quam Diodori sententiam refert. ait Phi-  
 lippum primum patre viuo Thebis obsidis loco fuis-  
 se. ac deinde iterum a fratre datum, cum is societate



225 IN LIBRVM TERTIVM  
cum Pelopida coiussset. cuius rei auctorem Diodorum lib. 15. habet. Sed querendum quomodo Philippum triennio Thebis obsidem fuisse Iustinus & Orosius scribant, si à fratre datus, non antè e custodia elapsus est, quam Perdiccas ab Illyrijs victus occubuit, vt Diodorus & Pletho tradunt. Nam Alexander iisdem auctoribus cum annum regnasset à Ptolemaeo Alorite notho filio Amyntæ occisus fuit: qui deinde triennium Macedonia regnum obtinuit: hunc Perdiccas frater germanus Alexandri interfecit, ac quinque annis in regno exactis ab Illyrijs victus occubuit. Primum bellum cum Atheniensibus.) Hoc bellum gestum est duce Mantia, cum Athenienses Argæo Macedonia regnum dare conarentur. Diodorus. Arma ad Illyrios transtulit.) Illyrios Philippus anno secundo regni sui vicit, Macedoniaq; oppidis cedere coegit, Diodorus & Plethon. Thessalos Philippus quarto anno regni sui sibi adiunxit, iisdem auctoribus.

Olympiadem Arubæ regis Molossorum.) Ita scripsimus ex optimo libro Cornelij Gualteri, cum vulgo Euruchæ legeretur, credo ex eo quod in nonnullis manuscriptis est, Aruchæ. Magna autem varietate huius regis nomen scriptum inuenitur. Iustini libri impressi partim Arymbam, alij Arysbam, meus manuscriptus, Arybbam nominat. Apud Demosthenem Olynth. 1. & Diodorū lib. 16. est ἀρύμβας. apud Plutarchum in Pyrrhō ἀρύβας, apud Pausaniam li. 1. ἀρόβας. Est vero querendum quibus auctoribus Orosius Olympiadem Arubæ sororem, & Iustinus Arybbam Olympiadis fratrem patruelens nominat: cum

cum ex Pausania & Plutarcho constet, Arubam fuisse patrum Olympiadis. nam Aruba & Neoptolemus pater Olympiadis Alcetæ satū edidit fuerunt. Et Vlpianus Demosthenis interpres, Arymbam Olympiadis Philippi vxoris θεῖον, id est, patrum, non (vt Vuolffius putauit) auunculum nominat. Expeditionis Philippi contra Arymbam meminit Demost. Olynth. 1. lectū sagittæ oculum perdidit.) Aster miles hic à Plutarcho & Vlpiano vocatur, qui Philippum oculo priuauit. Huius incommodi meminit præter Diodorum Strabo lib. 8. Sagittam vero Philippi oculo extraxit Critobulus, & citra deformitatem oris curauit orbitatem luminis, auctore Plinio lib. 7. cap. 37. In communi Græciæ concilio.) ἀμφικτόσι, Diodorus. Hoc autem bellum Sacrum & Phocicum nominatum est, quo de Diodorus & Pausanias lib. 10. vbi scribit sanum Apollinis Delphici à Phocensibus occupatum fuisse Archonte Agathocle Olympiadis quinta & centesima anno quarto. Philomelo duce.) φιλόμηλος ὁ θεοτίμου est græcis, qui hic vulgo Philomenes vocatur. Onomachum ducem.) Ita ab omnibus vocatur, cuius nomen hic vulgo corruptum est. Commisso prælio.) Hoc prælium commissum cum Phocensibus fuit anno tertio belli Sacri, quo amplius sex millia Phocici nominis cum Onomarcho duce cæsa, & ad tria millia capta sunt, Diodorus lib. 16. Sed Athenienses audito belli euentu.) Philippus superatō Onomarcho ad Thermopylas contendebat, vt cum Phocensibus bellum in eorum finibus gereret, sed Athenienses nauibus circumuecti eum transitu prohibuerunt, Diodorus, & Libanius in argu-



in argumēto orationis Demosthenis *περὶ τῆς εἰς Ἄνκ.*  
Duo Olynthum confugerunt) Hanc Olynthiaci  
belli causam facit Iustinus lib. 3. cuius neq. Diodorus,  
neque Libanius mentionem ullam fecerunt. Gestum  
autem est hoc bellum (vt ex Philochoro Dionysius A-  
licarnassensis refert) anno ante Olympiadem cviij.  
Archonte Callimacho: anno aut̄ insequente auctore  
Diodoro Olynthus capta fuit. Auraria loca in Thel-  
salia) Barbarus aliquis addiderat. statuas idolorum.  
Fratres duo Thraciæ reges) Vide num Cersoble-  
ptem & Amadocum intelligat. de quibus Demosthe-  
nes *κατὰ ἀριστοκράτους* Cersobleptem quidem ce-  
τὸ ἀ Philippo oppugnatum fuisse, quando Athenienses  
pacem cum eo fecerunt ex Demosthene, Aeschine &  
Plethone constat. Pax autem cum Philippo ab Athe-  
nensibus facta Archonte Themistocle septem annos  
durauit. vt ad Ammaum Dionysius scribit. Phocen-  
sibus pacem & veniam se daturum) Hoc Philip-  
pum sibi confirmasse Aeschines reuersus ἀ Philippo A-  
theniensibus renuntiauit. qua de re Demosthenes  
*περὶ τῆς ἀφ' Ἰωνίας, & περὶ τῆς ἀφ' Ἰωνίας.*

### In Caput XIII.

Necessariam maritimam vr. ra. Byzantium)  
Amicitia & societatis fœdera inter Philippum man-  
ferunt vsque ad Nicomachi magistratum: anno au-  
tem sequente, qui primus fuit Olympiadis CX. Philip-  
pus primum Perinthum expugnare aggressus est. at-  
que inde reiectus Byzantium obsedit. quo tempore  
Epistolam ad athenienses misit violati fœderis eos ac-  
cusans, & bellum denuntians. qua omnia Dionysius  
ex

ex Philochoro perspicue narrat. Epistola vero Philip-  
pi extat inter philippicas orationes Demosth. Hæc  
autem Byzantium) Casiodorus scribit Byzanti-  
um conditum Tullo Hostilio regnante. Vnde Byzan-  
tium nomen inuenerit refert Eustatius in Dionysi-  
um Constantinopolis dicta) Lege infra cap.  
28. libr. 7. Sythis tunc Etheas regnabat) Re-  
gis nomen. quod in impressis erat, reliqui: nam in  
manuscriptis atheas & Natheas legitur. in vulgatis  
Iustini libris est. Matheas, in nostro manuscripto  
Metheas. Thebanos quondam hostes) Lacedæ-  
monios pro Thebanis manifesto errore hic lege-  
batur. Nam cum Philippus Elateam occupasset, A-  
thenienses. qui tempore exclusi ad reliquos socios le-  
gatos mittere non poterant, Thebanos Demosthe-  
nus eloquentia in suas partes pertraxerunt. Demos-  
thenes pro Ctesiphonte, Diodorus lib. 16. Plutarchus  
in Demosthene. Prælio commisso) Hoc prælum  
commissum fuit ad Charoneam, Diodorus, Plutar-  
chus, & Strabo lib. 9.

### In Caput XIII.

In Thebanos & Lacedæmonios) Sic est  
etiam in manuscriptis: cum tamen nec alij crudeli-  
tatis in Lacedæmonios. & Iustinus. quem auctorem  
sequitur, tantum Thebanorum meminerit. Tres du-  
ces, hoc est Parmenionem &c.) Diodorus &  
Pletho duos duces præmissos scribant, nempe Ar-  
talum & Parmenionem, qui de Philippi interitu  
satis multa a Sabinis in Lucania prostratus) Li-  
uum a Lucano exule occisum scribit. Gemisth. γιβας  
36



ἔξ ἰταλίαν ταραντίνους βοηθῶν ἐν τινὶ μάχῃ χαλᾶς  
ἠγωνισμένος ἐτελεύτησεν. Transgressus in Italiam  
ut Tarentinis opem ferret, in pralio quodam, cū stre-  
nuè rem gessisset, occubuit.

In Caput XV.

Anno ab V.C.CCCCXXVI) Hic annus in Ca-  
pitolinis Consulibus est post urbem conditam cccc-  
xxxii. Viginti millia Samnitum Fabio magi-  
stro equitum ) Idem numerus caesorum hostium est  
apud Liuium lib. 8. vbi haec omnia satis copiosè. Q  
Fabius Maximus Rullianus, què hic Orosius signifi-  
cat, magister equitum fuit. L.Papirio Cursori Dicta-  
tori quarto anno ante Caudinam ignominiam Prae-  
ter Liuium lege Eutropium lib. 2. Valerium Max. li-  
2. ca. 2. Veturium & Postunium Consules. ) T.  
Veturius & Sp. Postunius iterum consules fuerunt  
quando apud Caudium male pugnatum est, & le-  
giones sub iugum missae. Cicero lib. 3. de officijs. Liui-  
us lib. 9. Florus li. 1. cap. 16. Augustinus li. 3. de Ciuit.  
cap. 17. Pontius dux eorum ) Hec ex Orosio Dia-  
nus Eutropio addidit. Quod Papirio consule in-  
sistente. ) Orosius & Eutropius eos auctores sequun-  
tur, qui à L.Papirio Consule, non magistro equitum  
contra Samnites rem bene gestam tradiderunt. nam  
de hoc ambigi Liuius scribit.

In Caput XVI.

Demosthenes Orator auro Persarum cor-  
ruptus. ) Hoc Aeschines Demostheni objicit in orat.  
in Cresiphontem his verbis, γυν μέγιστο τὸ βασιλεὺς  
περσίων

χρυσίον ἐπικέκλυε τὴν δαπάνην αὐτοῦ. ἔσα δὲ οὐδὲ  
τῆθ' ἰχναδόν. οὐδεὶς γὰρ πάποτε πλεῖστος τρόπος  
πονηρῶ περιεγένετο. Sic enim hac legenda sunt è  
manuscripto Aeschinis & Diodori libro ab Henrico  
Stephano edito, estq; hic sensus, Nunc vero auri  
Persici affluens copia sumptibus eius subuenit: quan-  
quam ne hoc quidem sat erit: nulla enim diuitie  
vnquam tanta fuerunt, qua improbos mores su-  
perare potuerunt. Thebanos cum diruta ciuitate)  
De Thebanorum excidio Diodorus, Plutar-  
chus, Arrianus libr. 1. Pausanias in Bœoticis. Illyri-  
chos quoque & Thracas) Hos Alexander ante quam  
Thebas euerteret, sua ditioni subiecit, Diodorus &  
Arria. In exercitu eius fuere) Arrianus scribit A-  
lexandrum habuisse in exercitu pedites οὐ πολλῶ  
πλείους τρισμυρίων, equites ὑπὲρ τὸ δὲ πεντακισ-  
χιλίους. Plutarchus in Alexandro inter scriptores  
de numero copiarum non conuenire ait: sed eos qui  
minimum numerum expresserunt, peditum XXX.  
millia, equitum V. millia, qui maximum, illorum  
XXXIII. millia, horum IIII. millia numerare. Dio-  
dorus peditum XXX. millia, equitum IIII. M. D. fuis-  
se scribit. Primo eius cum Dario rege cōgressu)  
Primum hoc pralium ad Granicum flumen com-  
missum fuit. De numero Arrianus, περσῶν ἢ ἰππέως  
μὲν ἦσαν ἑς δισμυρίους, ξένοι ἢ πεζοὶ μισθοφόροι ὀ-  
λίγον ἀποδέοντες δισμυρίων. Diodorus, οἱ δὲ πάντες  
ἰππέως ὑπὲρ ἕχρον πλείους τῶν μυρίων· οἱ ἢ πεζοὶ τῶν  
περσῶν ἦσαν οὐκ ἐλάττους τῶν δέκα μυριάδων. Ma-  
gna cædes Persarum fuit) Persarum peditū XXM.  
equitum duo millia cecidisse referuntur, auctore



226 IN LIBRVM TERTIVM  
 Plutarcho. In exercitu autem Alexandri) In nu-  
 meris Orofius Iustinum sequitur. Arrianus scribit in  
 exercitu Alexandri primo congressu equites nume-  
 ro circiter XXV. cecidisse, & postea amplius LX. pe-  
 dites circiter XXX. Sed Aristobulus, auctore Plu-  
 tarcho, scripsit Alexandri copijs XXXIII. interfectos,  
 quorum nouem pedites fuerunt. Orofius libr. seq.  
 cap. 1. ait, Inter quadringenta fere millia hostium  
 interfecta nouem tantummodo in exercitu Alexan-  
 dri pedites defuisse. Deinde Gordien Phrygiae)  
 Sic est etiam sine vlla varietate in manuscriptis.  
 Meus quoque Iustinus habet, Post hac Gordien vr-  
 bem petit, vbi in impressis est, Gordin. Curtius  
 libr. 3. oppidum Gordium nominat, sicut & Graeci  
 γόρδιον. De Gordio vinculo Plutarchus in Alexan-  
 dro, Arrianus libr. 2. Curtius 3. Iustinus 11. & Eras-  
 mus in Chiliadib. Cum sudans in Cydno) De  
 Cydno legendus Curtius li. 3. Sunt vero qui scribant  
 Alexandrum hunc morbum, è quo Philippi Arcana-  
 nis arte recreatus fuit, non in Cydno flumine, sed è la-  
 bore contraxisse. lege Plutarchum & Arrianum. Di-  
 odorus etiam Cydni fluminis mentionem nullam fa-  
 cit. Darius cum CCC. M.) Arrianus, ἐλέγετο ἡ  
 πᾶσα ἄνδρῶν δαπέδη σπατὰ μάλιστα ἐς ἐξήκοντα μί-  
 ριάδας μαχίμους εἶναι. In Darij exercitu eorum  
 qui pugnam capescere possent, ad D. C. millia esse di-  
 cebantur. Et Alexander & Darius vulneran-  
 tur) De Alexandri vulnere, quo dextrum eius fe-  
 mur perstrictum est, Diodorus, Plutarchus, Arria-  
 nus, & Curtius. De Dario in hoc praelio vulnerato  
 prater Iustinum nemo quidquam. Peditum LXXX.  
 millia,

millia equitum decem millia.) Caforum equi-  
 tum Persarum numerus idem est in Diodori, Curtij,  
 Iustini, & Orofi libris: peditum vero Iustinus vnum  
 & LX. millia, Curtius centum millia, Diodorus am-  
 plius CXX. millia caesa scribunt. Plutarchus ait Alex-  
 andrū prostrauisse ὑπὲρ ἑνδεκά μυριάδας τῶν πο-  
 λεμίων Ex Macedonibus cecidere pedites CX-  
 XX.) Ita Iustinus, qui cum facit Diodorus sic scribes.  
 ἡ μάχη δὲ ἐτελεύτησεν περὶ μὲν εἰς τρια-  
 κοσίους, ἢ πρὸς ἡμερῶν περὶ ἑκατὸν ἔως ἑτήκοντα. At  
 Curtius, Ex parte Alexandri quatuor & quingenti  
 saucij fuere, triginta omnino & duo ex peditibus de-  
 siderati sunt, equitum centum quinquaginta inter-  
 secti. Alios allegit) Sic est in nostris manuscriptis,  
 non elegit Iustinus dixit, alios in societatem recepit.  
 Praefecit vero Syria Alexander Parmenionem, Cur-  
 tius libr. 4. Arrianus 2. Tyrum urbem antiquiss.  
 Tyrus Olympiade CXL. septimo mense quam oppu-  
 gnari coepit erat ab Alexandro capta fuit, vt copiose  
 Diodorus libr. 17. Arrianus 2. Curtius 4. scribunt.  
 Inde ad templum Iouis Ammonis) De hoc tem-  
 plo, & profectioe Alexandri ad Ammonē tam tem-  
 pla Diodorus, Plutarchus, Arrianus, Curtius, & Iusti-  
 nus, vt putidum sit velle aliquid adnouere. Alexan-  
 driam in Aegypto condidit.) C. Poetelio & L. Pa-  
 piriō Coss. Anno ab V. C. CDXXVII. Alexandriam in  
 Aegypto conditam scribit Lianus lib. 8. Solinus & Cas-  
 siodorus.

In Caput XVII.

Darius spe pacis amissa, CCCIII. millia pe-  
 ditum)



228 IN LIBRVM TERTIVM  
 ditum) Rectius ergo in meo Iustino est. Tum spe pacis amissa, bellum Darius reparat: cum quadringentis millibus peditum, & c. quàm vt vulgo legitur, cum XL. millibus peditum. Est tamen nonnulla varietas inter eos, qui exercitum Darij recensent. Plutarch. in Alexandro scribit Darium Alexandro obuiam processisse ἑκατὸν μυριάσιν στρατῶ. id est, cum decies centenis millibus copiarum. in quibus, vt Diodorus numerat, peditum DCCC. millia, equitum CC. millia fuerunt. Arrianus libr. 3. scribit Darium habuisse equitum ad XL. millia, equitum CCCCIOOOO. In Curtij libris ita legitur, Summa totius exercitus, equites XLV. millia, pedestris acies ducta millia expleuerat. sed vereor ne hic, ducenta millia mendosè sit, pro, decies centena millia. Apud Tarsum bello opponit) Non puto vllum esse historie studiosum, cui hic locus scrupulum non iniiciat, cum præsertim omnes loquantur vltimum hoc pralium inter Alexandrum & Darium non in Sicilia, vbi Tarsus est, sed in Asyria commissum fuisse. & tamen Orosum ita scriptum reliquisse, testimonio sunt omnes libri. Quid ergo dicemus? Vereor equidem ne Oroso Iustin. quem auctorem sequitur, imposuerit: cumq; ille Darium in fuga pontem Cydai fluminis (quod Tarsum perlabitur) traiecisse scripserit, hic apud Tarsum pugnatum esse crediderit. Sed hoc pralium commissum fuit in Asyria trans Lycum in Aturia campis ad vicum nomine Gaugamela, auctore Strabone libr. 16. Quanquam enim Dionysius Alicarnassens ad Ammeum hanc pugnam τὴν ἐν Ἄρβήλοις μάχην, Curtius pralium apud Ar-

bela

bela nominet, & Diodorus narrationem eius ita concludat, ἡ μὲν δὴ περὶ Ἄρβηλα γενομένη παρὰ τὰς τοιοῦτον ἔσχε τὸ πέρασ. Plutarchi tamē in Alexandro verba sunt, τὴν δὲ μεγάλην μάχην πρὸς δαρείον οὐκ ἐν Ἄρβήλοις, ὡς περ οἱ πολλοὶ γράφοισιν, ἀλλὰ ἐν γαυγαμηλοῖς γενέσθαι συνέπεσεν, id est, accidit, vt magnum illud pralium cum Dario non in Arbelis, sicut plerique scribunt, sed in Gaugamelis committeretur. Cum Strabone & Plutarcho facit Arrianus lib. 3. vbi tradit Darium castra in Gaugamelis ad Bumadam fluuium ab Arbelis oppido stadia circiter LX. posuisse. Lege eundē libr. 6. Alexander XXXIII. IX. continuis diebus) Idem numerus est apud Iustinum, in meo manuscripto, & Robert. Stephani impresso libro, cum vulgo in alijs XL. in alijs LXXX. III. legatur. Persepolim caput Persici regni) De Persepoli capta & direpta, eiusq; immensis opibus legendus Diodorus in posteriore lib. 17. & Curtius lib. 5. Meminit Strabo lib. 15. Darium vero cum à pinquis Darium in fuga Bessus & Nabarsanes vixerunt aureis, vt Curtius & Iustinus scribunt, com-pedibus, multisq; cōfossis vulneribus in via reliquerunt. quo de copiose Diodorus, Plutarchus, Arrianus, Curtius & Iustinus.

In Caput XVIII.

Quorum Agis Lacedæmonius) Hoc bellum Græcorum cum Antipatro Macedonia præfecto descripserat pluribus verbis Curtius lib. 6. sed ad nos tantum pralij euentus peruenit. Scribit idem præter Iustinum Diodorus lib. 17. Meminit Pausanias lib. 3:



230 IN LIBRVM TERTIVM  
Alexander autem in Italia) De rebus gestis ab Alexandro Epiri rege legendus Livijs lib. 8. & Strab. 5. Hyrcanos & Mardos subegit) De Hyrcanorum & Mardorum gente confini Hyrcania subacta, Diodorus in 17. Arrianus 3. Curtius 6. Thalestris siue Minothæa) Hanc reginam Amazonum Diodorus θαλασσιαν, Curtius Thalestrim nominat: hiq; eam ad Alexandrum venisse tradunt, secuti nimirum Clitarchum, Polycritum, Onesicritum, Antigenem & Istrum. At Aristobulus, Ptolemaus & ceteri scriptores, quos Plutarchus nominat, hoc commentitium esse dixerunt. Inde Drangas) Sic recte hic est, male autem in vulgatis Iustini libris, Dracas: nam & Arrianus ipsos δραγγας, & Diodorus eorum regionem τὴν δραγγινὴν appellat. Euergetas) Hoc nomen beneficij ergo à Cyro Persarum rege acceperunt, cum prius Ariaspa, ut est in Arriani & Curtij libris, seu Arimaspi, ut habet Diodor. nominarentur. Parimas, Parapamenos, Adaspios) Ita hec in manuscriptis Orosii & Iustini libris inuenio: nec tamen amplius quod de illis dicam habeo. De Alexandria super amnem Tanaim condita præter Iustinum lib. 12. Curtius lib. 7. Arrianus. 4. Docent hoc Amyntas) De his omnes qui res Alexandri descriperunt. De Parmenione eiusq; filio Philota interfectis Diodo li. 17. posteriore, Plutarch. in Alexandro. Arrianus. lib. 3. Curtius. li. 6. & 7. Clitus quoque annis grauis) Græca est κλέτρος: male igitur vulgo Clitum scribunt. De Clito Curtius lib. 8. Arrianus. 4. Cicero Tuscul. 4. Alexander rex cum interemisisset Clitum familiarem suū vix à se manus abstinuit. Venabulo

Venabulo transfossus) Hasta Alexandrum Clitilatus transfixisse Curtius scribit. Arrian. tradit, alios prodidisse Clitum occisum λυγγί, alios σαρπίσκα, Plutarchus λυγγί vocat. Chorafinos & Dahas) Dahas, non Dracas est in manuscriptis Orosii & Iustini libris: nec aliter eos nominat Curtius lib. 7. & 8. Græci δὲ αὐτοὶ εὐκαὶ. Quos autem Iustinus & Orosius Chorafinos, eos Arria li. 4. & Strab. lib. 11. χορασμίωνος appellant, ad quos Spitamenes cōfugerat. Plinio li. 6. cap. 16. hi sunt Chorasmij. Callisthenem philosophum) De Callisthenis Olynthij interitu copiosè Arr. lib. 4. Plutar. in Alexandro, Curtius li. 8. De eodem M. Tullius pro Rabireo Postumo, Callisthenē doctum hominem, comitem Magni Alexandri, ab Alexandro necatum accepimus.

### In Caput XIX.

Nyssam urbem adijt) Νύσσα hanc India urbem Strabo, Arrianus, Dionysius & Eustathius vocant, de qua multa Arrianus initio lib. 5. Dædalos montes) Curtius lib. 8. Hinc ad regionem, quæ Daldala vocatur, peruentum est. Regnaque Cleophilis) Cleophilis mater Assacani, filio mortuo, illius regioni præfuit, quo tempore Alexander in Indiam venit, Iustinus lib. 12. Curtius. 8. Eius regionis caput fuit oppidum, quod Arrianus μάσαγα, Diodorus μάσαχα, Strabo μαγόδα, Curtius Mazaga nominat: idq; Alexander obsessum deditione cepit. Ad Saxum miræ asperitatis) Hoc saxum, auctoribus Diodoro & Arriano τῶν περὶ ἀσπερῶν dictum fuit. Unde emendandi Curtij libri, in quibus est, Incola armati



232 IN LIBRUM TERTIVM  
armati petram Dorinim nomine occupauerunt. cum sit legendum, Aornon, vel, Aornim, quomodo est in quibusdam Diodori exemplaribus. Cum Poro fortissimo) Bellum cum Poro non sine clade Macedonum gestum scribunt Diodorus libr. 17. Arrianus 5. Curtius extremo libro octauo. Rem cum Poro gestam Plutarchus ex Alexandri epistolis refert. Occiso que deiectus equo) Bucephalam Alexandri equum in hoc bello occisum quidam tradiderunt, Plutarchus & Arrianus. Duas ibi condidit ciuitates) τὴν μὲν Νίκαμ, τῆς Νίκης τῆς κατ' ἰδῶν ἐπώνυμον ὠνόμασε, τὴν δὲ Βουκεφάλαν, ἐς τὴν ἰστωίου τῆς Βουκεφάλου τὴν μνήμην, ὅς ἀπέθανεν αὐτῆς. Alteram Nicaam à victoria de ludis reportata, alteram in memoriam Bucephala equi ibi mortui Bucephalam nominauit. Idem scribit Diodorus. Strabo libr. 15. verum hic alteram non cum Diodoro & Arriano Βουκεφάλαν, sed cum Plutarcho Βουκεφάλαν vocat. In nostris manuscriptis est, Nicaam & Bucephalen. Inde Adræstas) Sic est in vetustis, non vt vulgo legitur, Aræstas. Diodorus hoc ἀνδρῆας, Arrianus ἀδρῆας nominat. Catheos) In vulgatis est, Stathenos, in vetustis, Cathenos. vnde secutus Arrianum, Catheos scripsit. In Diodori libris mendosè legitur. εἰς τὴν τῆς καθαρῶν χώραν, προχθῆων, ἀρposito pro α, id quod ex Strab libr. 15. perspicuè cognoscitur. Præsidias & Gandaridas) In manuscriptis Orofi nō, Palsidas, sed Præsidias legitur. In Iustini antiquis, Præsidias. Plutarchus in Alexandro γανδαρίτας & τρασιούς dicit. quamquam statim, οἱ τρασιῶν βασιλεῖς legitur. In Diodoro

## ANNOTATIONES.

233

Diodoro sic est, πέραν δὲ τούτων κατοικεῖν τό, τε τῆς ταβρασιῶν & γανδαριδῶν ἔθνης τούτων δὲ βασιλεύειν ξανδράμην. In Curtio ita, Vltiores ripas colere gentes Gandaridas & Pharasios, eorumq; regem esse aggraminen. His inter se collatis apud Diodorum scribendum videtur τρασιῶν, apud Curtium, Præsios, & Xandramen. Ad Chofides) Legitur & Cofides, atque in Iustini libris, Euphites, vel Cuphites. Ego in hoc nomine hæreo: fortassis intelligendus est is, qui à Curtio Sophites, à Diodoro & Strabone σωπείτης nominatur: Nam cum in illius regno Alexander ad Hyphasin fluuium processisset, militum precibus reuocatus fuit. sed de pugna alij nihil. Ad amnem Acesinem.) De hoc Dionysius Afer,  
τόδι λοζόν ἀπὸ σκοπέλων ἀκεσίην  
σφοδρῶν δέχεται πλωτὸς νηοσιν ὑδάσπης.  
Ibi Gessonas, Sibosque) In impressis Iustini libris est, Ibi Gessonas Asybosq;. in nostro antiquo, Ibi Iacensanos Sibosq;. De prioribus ego nihil, de posterioribus Diodorus ita, ὡς δὲ ἤλθον ὑπὲρ τὴν ἀκεσίην & ὑδάσπου συμβολῶν, ἐκβιβάσας τὸ τραπεζίας προήγον ὑπὲρ τὸ ὀνομαζομένου σίβους. id est. Vbi peruenit in regionem, in qua Hydaspes amnis Acesini committitur, expositis militibus, copias in eos, qui Sibi nominantur, duxit. Curtius libr. 9. Peruentum erat in regionem, in qua Hydaspes amnis Acesini committitur: hinc decurrit in fines Siborum. Vulgo tamen hic Sobiorum, & illic Sibos mendosè legitur. Hinc Mallos & Oxydracas.) Ita emēdauius secuti vestigia deprauata lectionis



lectionis antiqua in Orofii & Iustini libris. Sic autē legendum esse ex historia, quae est apud Curtium libr. 9. Arrianū 6. Diodorum. 17. cognoscēs. Nam quod in Diodo. legitur, ὀκτακισμῶν, id mendosē esse Henricus Stephanus animaduertit, sed ὀξυδράχων reponendum esse eruditissimum hominem non vidisse miror. Octoginta in illibus peditum) Diodorus etiam scribit hos habuisse, πεζοῦς πολέους τῶν ὀκτακισμῶν ἰσθῶν amplius LXXX. millia peditum. vnde emendandi Curtij libri, in quibus est, Nouem millia iunctorū peditum in armis erant. In numero equitum Orofio & Iustino non conuenit cum Diodoro & Curtio. Sagitta sub mammam traiectus) Diodor. τοξοῦτός ἐστὶν ὁ πρὸ τοῦ μασόν. Plutarch. περὶ τὸν μασόν Arria. ὄρεγ τὸν μασόν. Curtius, Indus duorum cubitorum sagittam ita excussit, vt per thoracem paulum super latus dexterū insigeret. Cui Ambira rex praerant) Ambira est etiam in nostris vetustis. apud Iustinum libr. 12. legitur cum venisset ad urbē Ambigeri regis. Strabo libro 15. hoc in Oritarum finibus accidisse scribit. Diodorus ad Brachmanum urbem Harmatelia nominatam, Curtius in Sambi regno.

### In Caput XX.

Legati opperiebantur) Horum legatorum meminit Arrianus. libr. 7. ac praeter eos, quos Iustinus & Orofius commemorant, scribit venisse ad Alexandrum legationes Aethiopum, & Scytharum, qui sunt in Europa. Diodor. meminit etiam Illyriorum, Adriatici maris accolarum, Thracum, finitiorumq; illis Gallorum. Plurimae partis Italiae)

EK

Ex Italia venerunt legati à Brutijs, Lucanis, & Etruscis. Nonnulli etiam è Romanis venisse scripserunt: ser Arrianus id verum non putat. Cum venenum potasset interijt) Iustinus & Orofius sequuntur eos, qui Alexandrum veneno sublatum scripserunt. Plutarcho & Arriano hic interitus non placet: quos lege. Hispanus Maurinus) In nostris antiquis est, Hispanus & marinus.

### In Caput XXI.

Anno ab vrbe condita CCCCL.) Hic annus, quo Q. Fabius Maximus Rullianus V. & P. Decius Mus. IIII. consules fuerunt, in Fastis Capitolinis est ab v. c. CDLVIII. Liiuo idem est. CCCLVII. qui libr. 10. hoc bellam describit. Vmbrosorumque Etruscorumque exer.) Liius tantum Etruscos populationis fama ad suos fines tuendos redire coactos scribit. Vmbros tamen praelio non interfuisse ex eodem cognoscitur. Bellum iniere) Hoc bellum gestum fuit in agro Sentinate, & τῆς ὀξυδράχων χώρας, vt ait Polybius libro 2. Decius consul occisus est) Hic est alter è Decijs, quos ad voluntariam mortem cursum equorū incitasse Cicero in Catone ait. Filius enim patrem imitatus, in quarto consulatu se deuouit, libr. 2. de Finibus. Quod vero idem Tusc. 1. scribit, Decium filium cum Etruscis decertantem se hostium telis occisisse, in eo dissentit ab alijs, qui Decium hunc cum Gallis decertasse scribunt. Peditum CXL. millia CCCXXX. equitum verò XLVI. millia) Ita haec leguntur in optimo libro Cornelij Gualtheri: idem.



vi: idem q̄ numerus est à Liuiο ex aliorum scriptorū  
Annalibus relatus. Aut externos prouentus) τὰς  
ἐξωθεν ἐπορχίας & ἐπισημείας. Vulgo, euentus, con-  
tra fidem librorum antiquorum legitur. Pestilentia,  
qua hic annus grauis fuit, meminit etiam Liuius.

In Caput XXII.

Sequitur annus) Consules hic annus habuit L.  
Postumium Megellum, M. Atilium Regulum: est q̄, il-  
lus parum cōstans memoria, inquit Liuius li. 10. quē  
lege. Nouum habitum animūq̄) Habitus ar-  
maturæ, animusq̄, paratus ad dimicandū hic breui-  
ter indicatur: sed Liuius omnia copiosè li. 10. extremo.  
Papirius Cof.) Hic est L. Papirius Cursor Sp. Car-  
uiliij collega in Consulatu anno post R. cond. CDLX.  
de quo & pullario præter Liuium Valerius Max. lib.  
7. cap. 2. Epidaurium colubrum) Hanc rem libro  
decimo extremo scripsit Liuius. libroq̄, vndecimo per-  
secutus fuit, vt ex epitoma cognoscitur, in qua mentio  
est colubri siue anguis. Tu lege Pausaniam lib. 2. &  
Ouid. lib. 15. Metamor. Præterea altero ab hinc  
anno) Altero anno, id est, proximo post L. Papirium  
quo. Q. Fabius Maximus Gurgēs, & D. Iunius Bru-  
tus Scaua Cof. fuerunt. Fallitur certè Robortellus,  
qui alterum vbiq̄, pro secundo accipit. Namque a-  
missio exercitu) Tria millia hominum occisa refert  
Eutropius libro 2. Quod per XLIX) In alijs ma-  
le LIX. legitur. Nam si annus, quo Q. Fabius V. P. De-  
cius IIII. Consules fuerunt, rectè XLVI. belli Samni-  
tici à Liuiο nominatur, hic XLIX. sit necesse est. An-  
no subsequente) Anno ab V. C. CDLXIII. Consul  
cum

cū P. Cornelio Rusino fuit M. Curius Dentatus cōf. q̄,  
ambos Samnitas vicisse Eutropius scribit. Curius  
etiam de Samnitibus triumphasse, Cicero in Catone  
ostendit, & in libr. de Viris illustrib. scribitur. Orofi-  
us tantum rei in Sabinis gesta meminit, sicut & Flo-  
rus lib. 1. ca. 15. Anno ab vrbe condita CDLX-  
III) Hic annus secundum Fastos Capitolinos, quos  
tanquam certissimos duces sequimur, est, CDLXX. quo  
P. Cornelius Dolabella, & Cn. Domicius Calpinus  
Cof. fuerunt. Romani ad exorandos) Polybius lib.  
2. scribit hos legatos à M. Curio in Galliam missos  
ὑπὲρ τῶν ἀχμελωνῶν, pro redimendis captiuis:  
quos illi παραπονθήσαντες ἐπαείλοντο, id est,  
violato iure gentium interfecerunt. Verum hic Li-  
uij amissione magnum damnum fecit historia. Ille e-  
nim hæc copiosè initio libr. 12. exposuerat. Cæcilius  
prætor) Huius Cæcilij prætoris meminit Augusti-  
nus de Ciuit. libr. 3. cap. 17. & in Liuiana Epitoma L.  
Cæcilius prætor nominatur. Vnde cognoscitur error  
Sipontini, qui quod Polybius dixit, λευκίου τῆ στρα-  
τηγῆς τελευτήσαντος, vertit, Lucio Consule amisso.  
Ceterum Gallorum reliquias P. Dolabella deleuit in  
Etruria ad lacum Vadimonis, vt ait Florus libro 1. ca.  
13. περὶ τὴν οὐάδμονα πορσαγορσομένῳ λίμνῃ,  
Polybius.

In Caput XXIII.

Alexander per XII. annos) Alexander Mace-  
do, inquit Cicero Philip. V. cum ab ineunte atate  
res maximas gerere cœpisset, tertio & trigésimo  
anno mortem obiit. Vixit enim annos XXXII. menses  
VIII.



258 IN LIBRVM TERTVM  
VIII. Regnavit A. XII M. VIII. Arrianus libr. 7. ex-  
tremo. Primo Ptolemæo) Hic est Πτολεμαῖος ὁ  
δ᾽αγῆ, Ptolemæus Lagi F. primus Rex Aegyptii, a quo  
deinceps qui Aegyptum obtinuerunt vsque ad Aule-  
tem (quem regno pulsum ab Alexandrinis A. Gabini-  
us restituit) eiusq; filium (quem C. Julius Cæsar inte-  
remit) Ptolemæi nomen tulerunt. Laomedon Mi-  
tylæneus Λαομέδων ὁ μυτιλωνῆος, cui Syriam  
cum Phœnice datam, Curtius li. vii. scribit. Ciliciam  
Philotas, Philo Illyrios) Ita legitur quoque in no-  
stro manuscripto Iustini lib. 13. pro quo in impressis,  
Ciliciam Philotas cum filio, & Illyrios accipi-  
unt mendosè legitur. Mediæ maiori Atropatus)  
ἄτροπάτης ὁ τῆς μεδίας σατράπης, Atropatus Me-  
diæ prefectus, est apud Arrianum libr. 7. Vnde non so-  
lum Iustinus & Orosius emendandi, verum etiam  
Diodorus, apud quem libr. 18. est, Ἀτροπάτης δὲ μεδίας,  
duabus literis op in medio pratermissis. Minori so-  
cer Perdiccæ) Sic est etiam in manuscriptis: sed Iu-  
stinus habet minori alceta frater Perdiccæ præpo-  
nitur: Ἀλκίτας ὁ ἐδελφὸς περδίκκου nominatur a  
Diodoro libr. 18. Sufiana gens Scyno) de Scyno  
prater Iustinum & Orosium alij, quod sciam, ni-  
hil. Antipater postea Antigono τὴν σασσιανὴν dedit,  
cui Perdiccas primo Παμφυλίαν, & Λυκίαν, & τὴν  
μεγάλαν ἡγελοιδῶν φρυγίαν attribuerat, au-  
ctore Diodoro. Orosius verò Iustinum secutus scri-  
bit, Pamphyliam & Lyciam Nearcho datam, quem  
vulgo Learchum vocant. De Nearcho Diodorus  
Plutarchus Arrianus. Lydiam Menander) Me-  
nander est etiam in manuscriptis Iustini & Orosii  
libr.

## ANNOTATIONES.

259

libris. sed verendum, ne notus Menander pro ignoto  
Meleagro in has sedes migraverit. Nam Meleagro  
Lydiam assignatam scribit Diodorus. Minorem  
Phrygiam) τὴν ἐφ' ἑλλησπόντῳ φρυγίαν, Diodorus,  
Thracia & Regiones Ponti) Λυσιμάχῳ ἐδόθη  
θράκη & τὰ σιωροῖζοντα τῶν ἐθνῶν παρὰ τὴν πο-  
τὴν θάλασσαν, Diodor. Seleuco Antiochi) Hic est  
Seleucus ὁ τῆς ἀσίας τῆς περὶ ἑσπερίῳ βασιλευ-  
χίας, ut inquit Arrianus in Syriacis: qui in Asia ma-  
iore & Syria regnavit. Pithon Agenoris) πείθων  
sive πείθων ὁ ἀγῆνορος, est apud Diodorum & Arrian.  
Vnde quomodo hoc nomen scribendū sit cognoscitur.  
Seras, habet etiā noster manuscriptus Iustini, pro  
quo in impressis Sedres, legitur Oxyartes) Ita hoc  
nomē in Gualtheri libro rectè scriptū est, ex quo vul-  
go. Axiarches fecerunt. Diodorus, τὴν ἢ παρὰ τὸν  
κάουρασον κειμένῳ, ὀνομαζομένην ἢ παροπαμι-  
σαδῶν, προσώρισται ὀξυάρτη τῶ βακτριανῶ βασι-  
λεῖ, ὃν τὴν θυγατέρα ῥαζῶν ἦν γεγαμηκῶς ἦν ἀλιξ-  
ανδρος. id est, Fines ad Caucasum montē, qui Paropa-  
misadarū dicuntur, attribuit Oxyarta Bactrianorū  
regi: cuius filia Roxane cū Alexandro fuerat. Ergo  
Trogius, Parapamēnos fines dixit τὴν τῶν παροπα-  
μισαδῶν χώραν. Sibyrtio) Diodorus, σιβυρτίῳ ἐ-  
δοκεν ἀραχωσίαν, & κεδρωσίαν. Arrian. li. 6. de eo-  
δὲ Sibyrtio agēs, τοῦτ' ἀραχωτῶν τε & κεδρωσίαν  
ἐρχεῖν ἐδόθη. Plutar. quoq; κεδρωσίαν nominat quā  
Diodor. κεδρωσίαν. In nostris manuscriptis, Cedro-  
siq; legitur. Apud Iustinū locus mutilatus est, qui in  
nostro antiquo integrè legitur hoc modo, Arachosii.  
Cedro-



240 IN LIBRVM TERTIVM  
 Cedrosiq; Sibyrrio traduntur, Drangæ & Aræi Stas-  
 sanori. στατάσιωρ ὁ ἀρείαις κ̄ δραγγίων σατράπης  
 vocatur ab Arriano libr. 6. De eodem Diodorus, στα-  
 σάνορ: ἢ τῶ σολίω τὴν ἀρείαν κ̄ δραγγίων. Amyn-  
 tas) Hic Diodoro est Philippus, apud quem sic legi-  
 mus, φιλιππῶ προσωρίσει βαλτριανὴν κ̄ σαρδια-  
 νὴν, φραταφέρνη παρθυῶναι, κ̄ ὕρχανίαν πευκέσῃ  
 περσίδα, τληπολέμω κ̄ ρμανίαν, ἀρχωνι βαβυλων-  
 νίαν, ἀρχεσιλάω μεσοποταμίαν. Vbi vides nullam  
 Scythæ & Nicanoris mentionem fieri. Deinde no-  
 stra emendatio illius quoque auctoritate munitur,  
 quam in Arcelai nomine, quod est in vetustis, neglexi.  
 Epistola Alexandri.) Hæc epistola recitata fuit  
 in mercatu Olympiaco, ut ait Iustin. li. 13. ὀλυμπιά-  
 σιν, vt græci dicunt. extatq; apud Diodorum. libr.  
 18. Primi Athenienses) Hoc bellum, quod Græci  
 cum Antipatro gesserunt, Lamiacum dictum fuit,  
 & à Diodoro libr. 18. copiosè descriptum est. Pet  
 Demosthenem.) Propter hoc beneficium Demo-  
 sthenes, qui propter pecuniam ab Harpalo captum  
 damnatus solum verterat, ab exilio reuocatus fu-  
 it, Plutarchus in Demosthene, Iustinus lib. 13. Pausa-  
 nias 1. Antipatrum obf. cingunt.) Iustinus, Anti-  
 patrum Heracleæ obfessum à Leosthene scribit. Dio-  
 dorus li. 18. Strabo. 9. Pausa. 1. & Plutar. in Demosth.  
 & Eumene, Lamiæ, vnde Lamiacum bellum. Telo è  
 muris iacto perofusus.) πωληγίς εἰς τὴν κεφαλὴν  
 λίθω παρὰ χεῖρμα ἐπέσει, Diod. quem de Leonnati cæ-  
 de etiam consule. Ariaratho Capp.) Ἀριαράθῳ  
 τὸν κ̄ ππαδοκίας διωάτω, Diodorus nominat.  
 Meminit Plutarchus in Eumene. Nam omnes an-  
 te ir-

te irruptio.) En vilitatem Epitomarum. Nam cū  
 Trogus rem primum in Cappadocia cum Ariarathæ  
 rege, deinde in Pisidia cum Larandæis & Isaurijs à  
 Perdicca gestam exposuisset, Iustinus hæc ita detrun-  
 cauit, vt ex duobus quasi corporibus vix vnum reli-  
 querit. Isaurij ergo hanc crudelitatem in se suosq; ex-  
 ercuerunt, vt scribit Diodorus li. 18. vbi & bellum in-  
 ter Antigonum & verdiccam exponit. Neoptole-  
 mus & Eumenes.) Neoptolemus Eumeni in auxi-  
 lium relictus à Perdicca consilio cum aduersarijs con-  
 municato, insidias Eumeni parabat. qua re patefa-  
 cta pralio cum ipso dimicare coactus in extremum  
 discrimen venit. & copias fere omnes amisit, Diodo-  
 rus, Plutarchus in Eumene, Iustinus libr. 13. Poly-  
 perchon occiditur.) De Polyperchonte in hoc  
 pralio occiso alij excepto Iustino nihil quidquā. Dio-  
 dorus & Plutarchus Craterum ducē à Perdicca par-  
 tibus in hoc pralio cecidisse, memoria prodiderunt.  
 quos de congressu Eumenis cum Neoptolemo, ac mu-  
 tuis vulneribus lege. Eumenes Phytion Sec.) Hi  
 quatuor ita nominantur à Iustino: Plutarchus Eu-  
 menis tantum meminit: Diodorus scribit Eume-  
 nem cum L. viris illustribus, in quibus Alceas fra-  
 ter Perdiccæ erat, à Macedonibus capitis condemna-  
 tos. Antigono decernitur.) Ab Antigono, mendo-  
 sè est impressis. Diodor. Αντιγόνω προσωταγμένον ἦν  
 κ̄ καταπολεμησάσιν ἐμὴν τῶ κ̄ ἀλέταν. In castel-  
 lum quoddā.) Plutar. in Eumene, κ̄ καταφυγόνεις  
 τῶρα, χωριόν ἐν μεθορίῳ λυκαονίας κ̄ κ̄ ππαδοκί-  
 ας. Confugiens in castellum, quod in finibus Lycæ-  
 onie & Cappadocia positum Nora appellabatur. De  
 eodem



eodem castello Diodor. Argyraspidas) De his, & proditione eorum, Diod. & Plutarch. Arridæi regis) Arridæus filius fuit Philippi patris Alexandri Magni: quo mortuo rex à Macedonibus creatus Philippi nomen tulit, Diodorus initio libr. 18. Regnavit annos sex, menses quatuor, eodem auctore libr. 19. Aeacida rege) Hic Pyrrhi Epirotarum regis, de quo paulopost, & libro sequente, pater fuit. Roxane nuru) Roxane Oxyartis Bactriani filia inter Alexandri uxores fuit, lege Arrianum libr. 7. In urbem Pydnam) In impressis Iustini libris mendosè Pictuam, legitur, cum in manuscripto bene sit, Pydnam. Diodorus de Olympiade, ἀὐτὴν ἦσαν ἡλευθεν εἰς πύδναν, ἔχουσα τὸν ἰόν τὸν ἀλεξάνδρου, καὶ τὴν μητέρα αὐτῆς ῥωξάνην. Non ergo Alexandri magni filium Herculem ex Barsine susceptum, sed Alexandrum Roxanes filium Olympias secum Pydnam duxit, vide Diodor libr. 19. Liberandum bello Herculem) Iustinus lib. 15. Diuulgat se velle Alexandri regis sui filium cum matre obsidione Amphipolitana liberare. Non ergo Barsines, sed Roxanes filius hic quoque intelligendus, quem Alexandrum fuisse nominatum. Diodorus lib. 19. Pausanias lib. 1. & 9. scribunt. Cum filio Demetrio vincitur) Solus Demetrius Antigono in Hellepontum profecto cum Ptolemao apud Gazam oppidum manus conseruit, victusq; fuit, Diodor libr. 19. Pausanias 1. Plutarch. in Demetrio. Hercules Alexandri) Hunc Polyperchon in regnum restituere parabat, sed à Cassandro magnis pollicitationibus adductus, eum interfecit, Diod. lib. 20. qui addit Herculem tum fuisse natum annos circiter

circiter XVII, Ptolemæus iterum cum Demetrio) Hoc praelium nauale, quo Ptolemæus victus in Aegyptum refugit, ad Cyprum commissum fuit, & accurate à Diodoro lib. 20. Plutarcho in Demetrio describitur. Meminit Pausan. lib. 1. De regio nomine, Diodor. & Plutar. Sadrocotto) Legitur etiam Androcotto, & apud Iustinum, Sandro cotto. Sed Strabonis auctoritate lib. 15. nostra lectio confirmatur. Praelium hoc, in quo Antigonus cecidit, describit Plutarchus in Demetrio. Meminit Pausanias libr. 1. Commissam pugnam fuisse & ἰψὸν legimus in Arrian. lib. 7. Seleucus Demetrio) Duxit tum Seleucus uxorem Stratonice filiam Demetrii & Philla, Plutar. in Demetrio. Cassandro defuncto) Cassander ex morbo aquæ intercutis, viuens etiam num, erumpentibus undiq; vermibus, extabuit, philippus filius eius natus maximus regno iam inito tabidi corporis lue perijt, Pausanias li 9. Antipater Thessalonicen.) Cassander Macedonia rex tres filios moriens reliquit, Philippum, Antipatrum, & Alexandrum. Horū Philippus initio regni perijt, Antipater matrē Thessalonicē, Philippo amyntha filio & Nica sipolide genitam, ideo interfecit, quod ea Alexandro propensior esset: Alexander Pyrrhi & Demetrii auxilio implorato, ab hoc interemptus fuit, Plutarchus in Pyrrho, & Demetrio, Pausanias li. 9. Iustinus 16. Doricetis) Doricetis est in Gualtheri libro quod alij quoque in suis manuscriptis inuenerunt. Rectum puto, Dromschatis: sic enim Pausanias lib. 1. nominat. Plutarchus quoque in Demetrio δρομυχάτου mentionē facit, ab eoq; Lysimachum captum fuisse scribit, & humanè, regieq;



244 IN LIB. III. ANNOTAT.  
tractatum. De eodem Strabo li. 7. His se comitem.)  
Quæ hic de Pyrrho Orosius scribit, ea Plutarchus in  
illius vita pluribus persequitur. Generum suum  
Antipatrum.) Antipatrum Cassandri filium intel-  
ligit, de quo paulo ante dixi. Filiumque suum Aga-  
thoclem.) Agathocles dolo & insidijs Arsinocs, vxor-  
is quidem Lysimachi, sororis vero Lysandrae, quæ cū  
Agathocle erat, occisus fuit, vt scribit Pausanias lib. 1.  
Strabo lib. 13. ait Lysimachum ab improbis familia-  
ribus coactum filium Agathoclem interfecisse. Lysi-  
machia ciuitas.) Hanc Lysimachus euersa Cardia-  
norum vrbe in Isthmi Thracij Chersoneso condide-  
rat, Pausa. li. 1. De eius interitu Strabo lib. 10. De Lysi-  
machi & Seleuci morte lege Pausaniam lib. 1. polybi-  
us libr. 2. scribit hos interuisse circa Olympiada

CXXIII. Cuius sororem Lysima-  
chus.) Ptolemæi soror, vxor Ly-  
simachi fuit Lysandra,  
Pausanias.

PAVLI

245  
PAVLI OROSII  
ADVERSUS PAGA-  
NOS HISTORIARVM  
LIBER QVARTVS.

PRÆFATIO.



Ixisse Aeneam Virgilius re-  
fert, cum post pericula sua  
suorumque naufragia resi-  
duos ægre socios solaretur,  
Forfan & hæc olim memi-  
nisse iuuabit. Hæc sententia semel aptè fi-  
cta, semper vim sui triplicem diuersissimis  
affectibus refert: cū & præterita tanto  
gratiora habentur in verbis, quanto gra-  
uiora referuntur in gestis: & futura dum  
desiderabilia fastidio præsentium sunt,  
semper meliora creduntur: ipsis autem  
præsentibus ob hoc nulla in parte miseri-  
arum iusta comparatio adhiberi potest,  
quia multo maiore molestia, afficiunt,  
quantulacunque sint ista, quæ sunt, quàm  
illa quæ siue transacta siue ventura: & si  
magna dicuntur, interim omnino tunc  
non sunt: veluti si quis nocturnis pulici-  
bus titillatus, atque ex eo vigilijs anxius,  
alias



alias forte, quas aliquando ex ardentissimis febribus diu sustinuit, vigilias recordetur, procul dubio impatientius feret istarum inquietudinem, quam illarum recordatione. Sed quamuis apud omnium sensus pro captu temporis ita videri queat, nunquid tamen aliquis existet, qui vel in ipsa anxietate pronutiet grauiore pulices esse quam febres? aut acerbius accipiat, se vigilare sanum, quam dormire non potuisse moriturum? Quæ cum ita sint, delicatis istis & querulis nostris utcumque concedo, ut hæc, quibus nunc, quia sic expedit, interdum admonemur sentiendo grauiora putent. Non tamen cohibeo, ut etiam adlerant comparando grauiora. Quemadmodum si quis mollissimis è stratis cubiculoque percommodo matutinus egrediens, nocturno gelu lacunarum dorsa obriguisset herbasque incanuisse prospiceret, & inopinato visu admonitus diceret, frigus est hodie, hic mihi nequaquam reprehendendus videretur, quia vel communi vltu, vel proprio sensu locutus esset. At si trepidus in cubiculum recurrens, stratisque sese adoperiens, vel magis abdens, clamaret tantum omnino frigus esse quantum nec in Apennino aliquando fuerit, cum

cum Annibal elephantos, equos, plurimamque exercitus sui partem, niuibusclausus atque oppressus amittit, hunc ego puerilibus licentijs nauseantem, non modo dicentem ista non ferrem, sed etiam ab ipsis stratis, otij sui testibus, in populum publicumque protraherem: eique foras producto, infantes in eo atque ex eo gelu ludentes, iucundantes, sudantesque monstrare, ut verbosa nugacitas delicatis vitiata nutrimentis, non in tempore violentiam, sed in se esse segnitiam doceretur: & in comparatione rerum dijudicanda, non maiores parua tolerasse, sed se nec parua tolerare sufficere probaretur. Quod euidentius ipsis in memoriam reuolutis præteritorum cladibus, approbabo, Pyrrhi bello in primis, sicut ordo est, prodito: cuius causa & origo hæc fuit.

*De bello Tarentinorum, quibus Pyrrhus Epirota auxilio fuit aduersus Romanos.*

## CAPVT I.

**A**Nno ab vrbe condita CCCCLXIII. Tarentini Romanam classem forte prætereuntem, spectaculo theatri prospectam hostiliter inuaserunt, quinque tantum nauibus vix per fugam elapsis: cætera retracta in portum clais, & profligata



gata est, præfecti navium trucidati, omnes bello utiles cæsi, reliqui pretio venditi sunt. Continuo missi, Tarentum à Romanis legati, ut de illatis quererentur iniurijs, pulsati ab ijsdem, auctas insuper iniurias retulerunt. His causis bellum ingens exortum est. Romanos qui quantiç; hostes circumstrepent permetiètes, ultima adegit necessitas, proletarios quoç; in arma cogere, hoc est, eos qui in vrbe sufficiendæ semper prolis causa vacabant, militiæ ascribere: quippe cum frustra de prole cura sit, nisi rebus præsentibus consulatur. Itaque irruit in vniuersos Tarentinorum fines cum Aemilio consule Romanus exercitus, igni ferroque vastat omnia, plurima expugnat oppida, iniuriam insolenter acceptam crudeliter vindicat. Continuo Tarentinos plurimis finitimorum præsidijs fultos maximè Pyrrhus auxit, qui etiam in se ob magnitudinem virium consiliorumque, summam belli nomenque traduxit: nam Tarentum utpote ex Lacedæmonijs conditam cognatamque Græciæ ciuitatem, vindicaturus, totas vires Epiri, Thessaliæ & Macedoniæ, elephantos etiam vsque in id tempus inuitos Romanis, numero XX. in Italiam primus

mus inuexit, terra, mari, viris, equis, armis, beluis, ad postremum viribus suis dilisque terribilis: nisi quod Delphici illius vanissimi spiritus, & mendacissimi nebulonis, quem magnum ipsi vatem ferunt, responso circumuentus ambiguo, exitum fecit eius qui non consulisset. Itaque apud Heracleam Campaniæ urbem, fluumque Sirim, prima inter Pyrrhum regem & Læuinum consulem pugna commissa est. Consumptus est grauissimo certamine dies, vtrinque omnibus mori intentis, fugere nescijs. Introductos autem inter concurrentia agmina elephantos, forma truces, odore graues, mole terribiles, ut videre Romani, nouo pugnandi genere circumuenti & territi, equis maximè pauitantibus diffugerunt. Sed postquam Minucius quartæ legionis primus hastatus protentam in se manum beluæ gladio defecuit, & conturbatam dolore vulneris auerti bello, atque in suos sauire compulit, eiusque immoderato discursu perturbari ac permisceri cœpere, finis pugnae etiam beneficio noctis impositus est. Victos fuisse Romanos turpis fuga prodidit, quorum tunc cecidisse referuntur perditum XIII. millia octingenti octoginta capti

Q 5



ta: capti MCCCX. Equites autem caesi CCXLII. capti DCCCII. signa amissa XXII. Nam quantus est diuerso numerus sociorum Pyrrhi fuerit extinctus, memoriae traditum non est: maxime quia scriptorum veterum mos est, ex ea parte quae vicerit, occisorum non commemorare numerum, ne victoriae gloriam maculent damna victoris: nisi forte cum adeo pauci cadunt, ut admirationem terroremque virtutis augeat paucitas perditorum, sicut in prima Persici belli congressione apud Alexandrum Magnum fuit: cui inter quadringenta ferè millia hostium interfecta, nouem tantummodo in exercitu eius perditos defuisse referuntur. Sed Pyrrhus atrocitatem cladis, quam hoc bello exceperat, dijs suis hominibusque testatus est, affigens titulum in templo Tarentini Iouis, in quo haec scripsit: Qui ante hac inuiti fuere viri, pater optime Olympi, hos ego in pugna vici, victusque sum ab iisdem. Et cum à socijs increparetur, cur se victum diceret qui vicisset, respondisse fertur: Ne ego, si iterum eodem modo vicerem, sine villo milite Epirum reuertar. Interea Romanus exercitus postquam victus clam fugit à castris, miserabilem belli cladem graui-

grauioribus monstris auctam accumulataeque perferens. Nam pabulatores forte progressos, velut hostilis quaedam aborta tempestas, cum horribili fragore caeli correptos, diris fulminibus exulsit: quippe XXXIII. eorum idem turbo prostravit, XXII. semineces relictis, iumenta exanimata & capta quam plurima, ut merito contigisse non signum vastationis futurae, sed vastatio ipsa referatur. Secunda inter Pyrrhum & Romanos consules pugna in Apuliae finibus fuit: ubi clades belli ad utrosque, sed maxime ad Pyrrhum, victoria ad Romanos concessit. Nam cum diu obnixè cunctis in mutuam eadem ruentibus, anceps belli penderet euentus, Pyrrhus transfixo brachio, saucius prior cessit è praelio. Sed & Fabricius legatus tunc vulneratus est. Elephanti prima pugna vulnerari, atque in fugam cogi posse deprehensi: deinde subiectis inter posteriora ac mollia ignibus exagitati, ardentes insuper machinas furore trepido circumferentes exitio suis fuere. Cesa sunt in ea pugna quinque millia Romanorum: de exercitu vero Pyrrhi viginti millia prostrata sunt. Regis signa ablata LIII. Romanorum vndecim amissa sunt. Pyrrhus bello fractus,



fractus, Agathocle mortuo rege Syracusano, ad Siciliae accersitus imperium, Syraculas concessit.

*Romani horrenda peste corripuntur. Cum Pyrrho tertium bellum geritur, fugatur, & interit.*

## CAPVT II.

**S**ed Romanorum miseria nullis cessat Inducijs. Consumitur morborum malis intercapedo bellorum: & cum foris cessatur à praelio, agitur introrsum ira de caelo. Nam Fabio Gurgite iterum, C. Genucio Clepsina consulibus, pestilentia grauis urbem ac fines eius inuasit: quae cum omnes, tum praecipue mulieres pecudesque corripens, necatis in utero foetibus, futura prole vacuabat, & immaturis partibus cum periculo matrum extorti abortus proieciabantur: adeo ut defectura successio, & defuturum animantium genus, adempto vitalis partus legitimo ordine, crederetur. Interea reuersum ex Sicilia Pyrrhum Curius consul excepit, tertiumque id bellum contra Epirotas, apud Lucaniam in Arusinis campis gestum est. Itaque primo concursu, cum Pyrrhi milites Romanorum impressionem trepidarent, circumspectantesque fugam bello cedere

dere molirentur, Pyrrhus elephantos ex suis fidijs iussit induci, Romani assueti iam pugnare cum beluis, cum malleolos stupam inuolutos, ac pice oblitos, vncis insuper aculeis tenaces praeparauissent, eosque flammatos in terga beluarum turesque vibrarent, non difficile furentes ardentesque beluas in eorum excidia, quorum subsidia fuerant, retorserunt. Octoginta milia peditum in illo praelio habuisse regem dicunt, equitum vero sex millia. Ex his caesa referuntur trigintatria millia, capti autem sunt mille trecenti. Pyrrhus quinto demum anno, quam venerat, ab Italia victus aufugit, qui post multa grauissimaque bella, quae gessit, in Graecia apud Argos Achaiae florentissimam urbem, Spartani regni auiditate seductus laxo iactu occubuit. Tunc quoque apud Romanos Sextilia virgo Vestalis, conuicta damnataque incesti, ad portam Collinae viua defossa est.

*Romani Tarentinos cum auxilijs Carthaginensium vincunt, & in octauam legionem animaduertunt.*

## CAPVT III.

**A**nno ab urbe condita CCCCLXXV Tarentini Pyrrhi morte comperta, iterum



iterum noua aduersum Romanos arma sollicitant. Carthaginensium auxilia per legatos poscunt, atq; accipiunt. Conserto praelio, vicere Romani: ubi iam tunc Carthaginenses, quamuis nondum hostes ad iudicati, vincitamen à Romanis se posse senserunt. Sequenti anno magnam viscerum suorum partem seueritas Romana concidit. Nam aduentante dudum Pyrrho octaua legio diffidens Romanæ spei, nouum scelus ausa Rheginos omnes, quibus subsidio præerat, interfecit: prædam sibi omnem atque ipsum oppidum vindicauit. Hoc facinus in tam celeratos defectores puniendum Genucio consuli iustum est: qui obsessa Rheginorum vrbe, captisq; omnibus, ipse quidem in reliquos perfugas, & latrones exercuit digna supplicia, Romanos vero milites integræ legionis Romam misit: qui populi iussu medio in foro virgis cæsi, securique percussifunt. Visa sibi est tunc Roma vincere, cum legationem suam integram occidit: quæ sine dubio victa fuisset, si eam hostili praelio perdidisset.

*De horrendis quibusdam prodigijs & de bello Picenti.*

CAPVT IIII.

Anno

**A**Nno ab vrbe cõdita CCCCLXXVII. obscœna & dira prodigia vel visa Romæ, vel nuntiata sunt. Aedes Salutis ietu fulminis dissoluta, pars muri sub eodẽ loco de cœlo, vt dicunt tacta est. Lupitres ante lucem ingressi urbem, semesum cadauer intulerunt, sparsumque membratim in foro, ipsi strepitu hominum exterriti, reliquerunt. Apud Formias multis ictibus fulminum mœnia vndique ambusta & dissoluta sunt. Apud agrum Calenum repente flamma, scisso hiatu terræ eructata, tribus diebus tribusque noctibus terribiliter exæstuans, quinque agri iugera, exhausto penitus succo vbertatis, incinerem extorruit, ita vt non fruges solum, sed & arbores cum imis stirpibus absumpsisse referatur. Sequenti abhinc anno, Sempronius consul aduersus Picentes duxit exercitum. Et cum directa intractum teli vtraque acies constitisset, repente ita cum horrendo fragore terra tremuit, vt stupore miraculi vtrunque paefactum agmen hebesceret. Diu attonitu vtrinque populi hæsitauere. Præiudicata incepti conscientia, tandem procurulucõ cito iniere certamen. Triste adeo id bellum fuit, vt merito dicatur tantum humanum



manum sanguinem susceptura etiam cum gemitu horrifono tunc terra tremuisse. Romani pauci admodum eo prælio quicquid ualere, vicerunt.

*Rursum prodigia visa, Vulfiniensium libertini cōspirant aduersus dominos, quibus Romani subueniunt. Roma iterum peste corripitur.*

## CAPVT V.

**A**Nno ab vrbe cōdita CCCCLXXX inter multa prodigia, sanguis è terra, lac vilum est manare de cœlo. Nam & plurimis locis scaturiens è fontibus cruor fluxit, & de nubibus guttatim in speciem pluuiæ lacte demisso, diri, vt ipsis vilum est, terram imbres irrigauerunt. Eo tempore Carthaginenses dato aduersum Romanos auxilio Tarentinis cū à senatu per legatos arguerētur, turpissimam rupti fœderis labè præsumpto accumulauere per iurio. Tunc etiam Vulfinenses Etruscorum florētissimi, luxuria pene perierunt. Nam cum licentia in cōsuetudinem prorogata, seruos suos passim liberos facerent, conuiuijs allegarent, coniugijs honestaret, libertini in partem potestatis recepti, plenitudinem per scelus usurpare meditati sunt, & liberati seruitutis iugo, ambitu dominationis arserunt: & quos domi-

dominos subditi æquanimiter dilexerūt, eos iam liberi, quos dominos fuisse meminerant, execrati sunt. Itaque conspirantes in facinus libertini (quorum tanta manus fuit, vt sine controuersia ausu poterēt) correptam urbem suo tantum generi vindicant: patrimonia, coniugiaque dominorum sibi per scelus usurpant, extorres dominos procul abigunt, qui miseri, exules egentisque Romam deferuntur: vbi ostentata miseria, querelaque defleta, per Romanorum seueritatem & vindicati sunt & restituti. Anno ab vrbe condita CCCCLXXXI. pestilentia ingens apud Romam conflagrauit, cuius atrocitatem significare contentus sum, quia verbis implere non possum. Si enim spatium temporis quo mansit inquiritur, vltra biennium vastando porrecta est: si depopulatio quæ egerit, census indictus est, qui non quantum hominum deperisset, sed quantum superfuisset inquireret: si violentia qua adfecerit, Sibyllini libri testes sunt, qui cam cœlesti ira impositam responderunt. Sed ne quem tentata usurpatio trāslationis offēdat, quod cum Sibylla iratos deos dixerit, nos irā cœlestem dixisse videamur, audiat & intelligat, quid hæc etsi plerum-



que per aërias potestates fiunt, tamen sine arbitrio omnipotentis Dei omnino non fiunt. Eodem tempore Capparonia virgo Vestalis incesti rea, suspendio periit: corruptor eius, concijq; serui supplicio affecti sunt. Ecce continuatim, quæ & quanta numeramus accidisse annis singulis plurima: inter quos certè raro aut pene nullo nihil triste gestum est. Et hoc cum ijdem scriptores, proposito sibi magis laudandi negotio, cauerent numerositates miseriarum, ne eisdem quibus hæc & de quibus scribebantur offenderet, auditorelq; suos exemplis præteritorum terrere potius, quam \*instruere videretur. Porro autem nos in vltimo temporum positi, mala Romanorũ scire non possumus, nisi per eos, qui laudauere Romanos. Ex quo intelligitur, quanta illa fuerint, quæ studio propter horrore repressa sunt, cum tanta inueniantur, quæ tenuiter inter laudes emanare potuerunt.

*De Carthaginensium origine, variaq; fortuna, qua ante bellum Punicum primum sunt vsi.*

## CAPVT VI.

**E**T quoniam ex hoc iam Punica bella succedunt, res ipsa exigit, vt de Carthagin-

thagine, quæ ante urbem Romam duos & septuaginta annos ab Elisa condita inuenitur, eiusque cladibus ac domesticis malis, sicut Pompeius Trogus & Iustinus exprimunt, vel pauca referantur. Carthaginenses vernaculum, atq; intestinum semper inter se malum habuere discordiã: quæ infœliciter exagitante, nulla vnquam tempora vel foris prospera, vel domi quieta duxerunt. Sed cū inter cætera mala etiam pestilentia laborarent, homicidijs pro remedijs vsi sunt: quippe homines vt victimas immolabant, etatemque impuberem, quæ etiam hostiũ misericordiam prouocaret, aris admouebãt. De quo sacrorum, immo sacrilegiorum genere quid potissimum discutiendum sit, non inuenio. Si enim huiusmodi ritus aliqui dæmones precipere ausi sunt, vt mortibus hominũ occisione hominum satisheret, intelligendũ fuit, se operarios atq; adiutores pestilentię conduci, vt ipsi, quos illa nõ corripuisset, occideret: sanas enim atq; incorruptas offerri hostias mos est. ita autẽ illi non sedarent morbos sed præuenirent. Itaque Carthaginenses \*aduersis dijs propter istiusmodi sacra, sicut Pompeius Trogus & Iustinus fatentur, sicut autem apud nos



constat, propter præsumptionem impietatemque ipsorum irato deo, cum in Sicilia diu infœliciter dimicassent, translato in Sardiniam bello, iterum infœlicius videti sunt: propter quod ducem suum Mazeum, et paucos qui superfuerant milites, exulare iusserunt. Exules veniam per legatos petentes repulsi, patriam bello & obsidione cinxerunt. Ibi tunc Mazeus dux exulum, Carthalonem filium suum sacerdotem Herculis, quod sibi velut insultans purpuratus occurrerat, in crucem sub oculis patriæ, ita vt erat, cum purpuris infulisque suspendit. Post paucos dies urbem ipsam cœpit, qui cum, interfectis plurimis senatorum, cruente dominaretur, occisus est. Hæc temporibus Cyri regis Persarum gesta sunt. Post hæc vero Ionilco rex Carthaginensium, cum in Sicilia bellum gereret, repete horribili peste exercitum amisit. Nec mora, morbis populo cateruatim cadente, cito quisque correptus, mox mortuus, iam nec sepeliebatur: cuius mali nuntius cum attonitam repentino luctu Carthaginem repleuisset, non secus ac si capta esset, turbata ciuitas fuit. Omnia vlulatibus personabant. clausæ ubique ianux, cuncta priuata publica-  
que

que officia damnata, vniuersi ad portum decurrunt, egredientesque de nauibus paucos qui cladi superfuerant, de suis percontabantur. Postquam de clade suorum \* dicentibus illis vel gementibus miseribus. \* tacentibus. intelligunt, tunc toto litore plangentium voces, tunc infœlicium matrum vlulatus & flebiles querelæ audiebantur. Inter hæc procedit & ipse de naui sua imperator, sordida seruilique tunica discinctus: ad cuius conspectum plangentium iunguntur agmina. Ipse quoque manus ad cœlum tendens, nunc suam, nunc publicam infœlicitatem accusat & deslet: ad postremum vociferans per urbem, tandem ingressus domum, cunctos qui lachrymâtes prosequantur, vltimo dimisit alloquio: ac deinde obseratis ianuis, exclusisque etiam filijs, gladio dolorem vitamque finiuit. Hæc Darij temporibus gesta sunt. Post hæc Anno vir quidam Carthaginensis, priuatis opibus reipub. vires superans, inuadendæ dominationis hausit cupiditatem. Cui rei consilium vtile ratus est, vt simulatis vnicæ filix nuptijs, omnes senatores quorum dignitatem obstaturam inceptis suis arbitrabatur, inter pocula veneno necaret. Quæ res per ministros prodita, sine vltio-  
ne vita-



ne vitata est, ne in viro tam potenti plus negotij faceret res cognita, quàm cogitata. Hoc consilio elusus Anno, alio machinamêto facinus aggredi parat. Seruitia cõcitât, quibus repente incautâ urbem opprimeret. Sed cum ante statutam cædibus diem proditum se præuentumque intellexisset, castellum quoddam cû viginti millibus seruorum armatus occupat. Ibi dum Afros regemque Mauros concitat, captus est: ac primò virgis cæsus, deinde effolis oculis, & manibus cruribusque fractis, velut à singulis membris pœna exigeretur, in conspectu populi necatus est. Corpus verberibus lacerû, cruci suffixum, filij cognatique omnes supplicio traditi: ne quis eum eiusdem familiæ vnquam aut imitari, aut vlcisci meditaretur. Hæc temporibus Philippi gesta sunt. Post hæc Carthaginenses cum Tyrum urbem auctorem originis suæ, ab Alexandro Magno captam euersamque didicissent, timentes transitum eius in Africâ futurum, Amilcarem quendam cognomento Rhodanum, virum facundia solertiaque præcipuum, ad perscrutandos Alexandri actus direxerunt: qui per Parmenionem quasi transfuga exceptus, de  
hinc

hinc in militiam regis admissus, omnia ciuibus suis per tabellas scriptas, & post cere superlitas enuntiabat. Hunc mortuo Alexandro Carthaginem reuersum, quasi urbem regi vindicasset, non ingrato tantum animo, verum etiam crudeli inuidia necauerunt. Deinde cum assidua nec vnquam satis prospera aduersus Siculos bella gererent, & Syraculas urbem Siciliæ tunc florentissimam obsidione cinxissent, per Agathoclem Siciliæ regem miro circumuenti ingenio, vsque ad extrema desperationis adacti sunt. Nanque Agathocles cum apud Syraculas à Carthaginensibus obsideretur, ac se neque bello parem instructu copiarum, neque obsidionis patientem stipendiorum sufficientia videret, bene prouiso, ac melius dissimulato consilio, in Africam cum exercitu transit: ibi suis quid moliat, aperit, deinde quid factu opus sit, docet. Illico vnanimiter naves primum, in quibus venere incendunt, ne qua spes refugendi foret. Dehinc cum omnia in quæ direxisset, prosterneret, villas castellaque incenderet, Annonem quendam cum triginta millibus Pænorû obuium habuit: quem cum duobus millibus suorum interfecit. Ipse autem duos  
R 4 tantum



tantum in eo bello perdidit. Qua pugna & Afrorum animis incredibiliter fractis, & suorum in immensum auctis, vrbes castellaque expugnat, prædas ingentes agit, hostium multa millia trucidat. Castra deinde ad quintum lapidem à Carthagine statuit, vt damna rerum opulentissimarum vastationemque agrorum, & incædia villarum de muris ipsius vrbis specularentur. Adijcitur præsentibus malis tristior fama. Nam & apud Siciliam deletus cum imperatore Afrorum exercitus nuntiatur: quæ reuera incautum ac penè otiosum Antander Agathoclis frater oppresserat. Hoc per totam Africam rumore disperso, non tributariæ tantum vrbes ab his, verum etiam socij reges deficiebant: inter quos rex quoque Cyrenarum Ophellas, pactus est cum Agathocle communionè belli, dum regnum Africæ ardentè affectat. Sed postquam in vnum exercitus & castra iunxerunt, per Agathoclem blandimentis & insidijs circumuentus, occisus est. Carthaginenses, contractis vndique copijs, in bellum exarsere. Quibus Agathocles habens secum Ophellæ copias cõgreditur, eosque magno vtriusque exercitus sanguine & graui prælio superat.

Hoc

Hoc certaminis discrimine tanta desperatione illata Pœnis est, vt nisi in exercitu Agathoclis orta seditio fuisset, transfugiturus ad eum Bomilcar dux Pœnorum cum exercitu fuerit. Ob quam noxam in medio foro iussu Carthaginensium patibulo suffixus, crudele spectaculum suis præbuit. Deinde cum post mortem Agathoclis Carthaginenses Siciliam instructa classe vastaret, à Pyrrho rege Epiri ab Italia accersito, terrèstri naualique certamine sæpe superati, nouissimè ad Romana bella conuersi sunt. Proh dolor, legunt ne ista de veteribus, qui de recentibus cõqueruntur? Immò legunt, & ea non æquitate, sed æmulatione conijciunt. Maximo enim illo & ineffabili, quem nec ipsi discernunt, stimulo compunguntur, nõ propter tempora mala, sed propter tempora Christiana: & deriuatio est inuidi huleris, vt quicquid sub execrabili agitur, atrocius esse videatur: sicut etiã inter nos sæpe inimicorum oculis videri solet eos quos execratur, nihil nõ prauum, nihil non turpe, nihil nõ subsiciuũ, nihil non in vulnus suũ dicto factoue agere: & hoc tamen pene simpliciter. In tantũ enim captũ cor obliquat inuidia, vt rectũ natura nõ vide-

R

5

at, de



at, de quorum numero sunt isti: sed multo  
 miseriores, quia inimici Dei, ac perinde  
 inimici veritatis: de quibus flentes hæc di-  
 cimus, & quos misericorditer, si patian-  
 tur, arguimus, vt sanemus, qui vitioso or-  
 culo hæc vident, atque ideo duplicia illis  
 videntur, quæ vident: & confusi caligine  
 nequitia, in id cadunt, vt minus videndo  
 plus videant, cum tamen id quod ita, vt  
 est, videre non possint: qui grauiora ar-  
 bitrantur flagella patris, quam hostis incen-  
 dia: qui acerbiorem vocant blandientem,  
 admonentem, & redimentem Deum, quam  
 persequentem, dominantem, trucidantemq;  
 diabolum. Quamquam si de patre intelli-  
 gatione gauderent: & si peruideretur  
 fructus eruditionis, esset disciplina tolera-  
 bilis: ac propter spem quæ nunc generibus  
 data est, antea vero non fuerat, leuio-  
 ra ducerent, & si grauiora paterentur:  
 quanquam contemptum miseriarum possunt  
 etiam à suis discere, apud quos summa  
 mala pro summis bonis estimata sunt,  
 tantum vt gloriam famam celebrem atque  
 illustrem consequerentur: per quos colligi  
 datur, quanta nobis, quibus æternitas  
 beata promittitur, sint toleranda

anda pro vita, cum illi tanta potuerint  
 tolerare pro fama.

*Romanorum aduersus Syracusanos & Pœnos res  
 gesta. bellorumq; variorum successus. Seruorum  
 sociorumq; naualium coniuratio.*

CAPVT VII.

**A**Nno ab vrbe condita CCCC.  
 LXXXIII. Appio Claudio, Quinto  
 Fabio consulibus, Mamertinis, quorū  
 Messana nobilis Siciliæ ciuitas erat, auxi-  
 lio contra Hieronem Syracusanum re-  
 gem, & Pœnorum copias Hieroni iūctas,  
 App. Claudium consulem cum exercitu  
 misere Romani: qui tam celeriter Syra-  
 culanos Pœnosque superauit, vt ipse  
 quoque rex rerum magnitudine perterri-  
 tus, ante se victum quam congressum fu-  
 isse prodiderit: qui ex infractis viribus  
 missaque fiducia, cum pacem supplex ro-  
 garet, ducentis argenti talentis iussu con-  
 sulum multatus, accepit. Consules Agri-  
 gentum Siciliæ ciuitatem, ibique præsidia  
 Pœnorum operibus valloque cinxerunt.  
 Cumque inclusus ea obsidione senior  
 Annibal imperator Pœnorum ad sum-  
 mam egestatem redactus esset, Anno im-  
 perator nouus Carthaginiensiu, cum equi-  
 tibus mille quingentis, & triginta milli-  
 bus



bus peditum, triginta etiam elephantis ex improviso intercessit, expugnationemque ciuitatis paulisper distulit: sed continuo ciuitas capta est. Pœni maximo bello victi & profligati, vndecim elephantum, in potestatem redacti, Agrigentini sub corona omnes venditi sunt. Annibal senior facta cum paucis eruptione, diffugit. Cn. Cornelio Asina, C. Duilio consulibus, cum Annibal senior oram Italiæ maritimam instructa septuaginta nauium classe vastaret, Romani & ipsi classem fabricari atque instrui præceperunt: quod Duilius consul celeriter impleuit. Nam intra LX. diem quam arbores cæsæ erant, centum XXX. nauium classis deducta in ancoris stetit. Cornelius Asina consul alter cum sedecim nauibus Liparam insulam petit, vbi ab Annibale, quasi ad colloquium pacis euocatus, Punica fraude captus, atque in vinculis necatus est. Quod vbi Duilius alter consul audiuit, cum triginta nauibus aduersus Annibalem profectus est. Commisso nauali prælio, Annibal amissa naui, qua vehebatur, scapha subductus aufugit, triginta & vna naues eius captæ, tredecim meriæ, tria millia hominum occisa, septem millia capta referuntur. Postea Cartha-

Carthaginenses C. Aquillio Floro, & L. Cornelio Scipione cõsulibus, Annonem in locum Annibalis subrogatum pro Sardis & Corsis defensandis, nauali prælio præfecerunt: qui à Scipione cõsule victus, amisso exercitu, ipse confertissimis hostibus se immiscuit, ibiq; interfectus est. Eodem anno tria millia seruorum, & quatuor millia naualium sociorum in vrbe Romæ excidium coniurarunt: & nisi maturata proditio consilium præuenisset, destituta præsidio ciuitas, seruili manu perijsset.

*Romani Camerinam urbem temerè petunt. Annibal senior à suis lapidatur. Regulus Liparâ Melitamq; vastat. Clypea se Romanis dedit. Regulus ingentis magnitudinis serpente confecto, è Carthaginiensibus victoriam refert.*

## CAPVT VIII.

**A**Nno ab hoc proximo, Calatinus consul Camerinam Siciliæ urbem petens, temere in angustias deduxit exercitum, quas Pœnorum copiæ iam dudum præstruxerant. Cui cum omnino nulla vel obstitendi vel euadendi facultas esset, Calpurnij Flammæ virtute & opera liberatus est: qui lecta tercentum virorum manu, incelsum ab hostibus tumultum occupauit, & in



& in se Pœnos omnes pugnando conuertit, donec Romanus exercitus obsessas angustias, hoste non urgente, transfret. Cæsi sunt in eo prælio omnes trecenti, solus Calpurnius quamuis multis confusus vulneribus, & cadaveribus obiectus, euasit. Annibal senior Carthaginiensium iterum classi præpositus, infœliciter cum Romanis nauali prælio congressus & victus, ab exercitu suo, seditione orta, lapidibus coopertus interiit. Atilius consul Liparam Melitamque insulas Siciliæ nobiles peruagatus, euertit. Consules in Africam iussi transferre bellum, cum trecentis triginta nauibus Siciliam petierunt, quibus Amilcar Pœnorum imperator & Anno classi præfectus occurrit. Conseruato nauali prælio Carthaginienses in fugam versi, sexaginta quatuor naues perdidērunt. Victores consules in Africam transeunt, primamque omnium Clypeam urbem in deditiōnem receperunt. Inde Carthaginem petentes, trecenta aut eo amplius castella populati sunt, in se stæ Carthagini signa circumtulerunt. Manlius consul ab Africa cum victrici classe decedens, viginti septem millia captiuorum cum ingentibus spolijs Romam reuexit.

uexit. Regulus bellum Carthaginiense sortitus, iter cum exercitu faciens, haud proci a flumine Bagrada castra constituit. vbi cum plurimos militum aquandi necessitate ad flumen descendentes serpens miræ magnitudinis deuoraret, Regulus ad expugnandam bestiam cum exercitu profectus est: sed nihil in tergo eius proficientibus iaculis, atque omnitelorum ictu irritum, quæ per horrendum squamarum cratem quasi per obliquam scutorum testudinem labebantur, mirumque in modum ne corpus læderet ipso corpore pellebantur, cum insuper magnam multitudinem morsu comminui, impetu proteri, halitu etiam pestifero exanimari videret, balistas deferre imperauit, per quas saxum murale spinæ eius incussum, compagem totius corporis soluit. Talis siquidem est natura serpentis, vt cum pedibus carere videatur, costis tamen & squamis, quas a summo gutture vsque ad imam aluum parili modo dispositas habet, ita instruitur, vt squamis quasi vnguibus, costis quasi cruribus innitatur. Non enim vt vermis, cui spinæ rigor non est, & indirectum corpusculi sui partes gradatim porrigendo contrahat,



Etas, contrahendo porrectas motum explicat, sed alternis intenta conatibus latera sinuosa circumfert, vt per exteriorem spinæ curuaturam rigentem costarum a-  
 ciem tendat, costis autem natura ad fumum rectis squamarū vngulas figat: quod vicissim & celeriter agendo non solum plana perlabitur, sed etiam conuexa conscēdit, tot vestigijs instructa, quot costis. Huius itaque rei causa est, vt si in qualibet corporis parte ab aluo vsq; ad caput ictu aliquo collidatur, debilis reddita, cursum habere non possit: quia vbiq; illi ictus inciderit, spinam soluit, per quam costarum pedes & motus corporis agebantur: vnde etiam hic serpens, qui tandiu tot iaculis inuulnerabilis obstitit, ad vnus saxi ictum debilis cecidit, ac mox circumuentus telis facile oppressus est. Corium autem eius Romam deuectum (quod fuisse centum viginti pedū spatium ferunt.) aliquandiu cunctis miraculo fuit. Regulus aduersus tres imperatores, id est, Adrubales duos & accitum ex Sicilia Amilcarem, atrocissimum bellum gessit, in quo caesa sunt Carthaginiensium XVII. millia, capta autem quinque millia, elephāti decem & octo abducti, oppida octoginta duo

duo in deditionem cessere Romanis.

*Carthaginienses negata sibi pace, auxilia vndiq; contraxisse, ac Xanthippo Lacedæmonio duce Romanos strauisse, Regulum cepisse, eamq; iniuriam Aemilium & Fuluium vltos fuisse.*

CAPVT IX.

**C**arthaginienses fracti bellis, & claudibus exinaniti, pacē à Regulo poposcerunt: sed cum intolerabiles & duras conditiones pacis audissent, \* tutius rati <sup>adiurati</sup> sese armatos mori quàm miseros viuere, <sup>sefe.</sup> pretio nō solum Hispanorum vel Gallorum auxilia, quæ iam dudum plurima habebant, sed etiam Græcorum comparanda duxerunt. Itaque Xanthippum Lacedæmoniorum regem cum auxilijs accitū, ducem bello præfecerunt. Xanthippus inspectis Pœnorum copijs atque in campum deductis, longe in melius mutato apparatu, pugnam cum Romanis conseruit. Ingens ibi ruina Romanarum viriū fuit: nam viginti millia Romanorū in illa tunc congressione prostrata sunt. Regulus ille dux nobilis cum quingentis viris captus est, & in catenas coniectus, decimo demum anno Punici belli nobilem triumphum Carthaginiensibus præbuit. Xanthippus tam audacis facti conscius rerum

S insta-



instabilium mutationem timens, ilicò ex Africa migravit in Græciã. Igitur Aemilius Paulus & Fulvius Nobilior consules, audita captiuitate Reguli & clade exercitus Romani transire in Africam cum classe CCC. nauium iussi, Clupeam petunt. Eò confestim Carthaginenses cum pari classe venerunt, nec differri potuit nauale certamen. CIII. naues Carthaginensium demersæ, triginta cum pugnatoribus captæ, præterea triginta quinque millia militem ex ipsis cæsa sunt: Romanorum autem nouem nauibus depressis, mille centum periére milites. Cõsules apud Clupeam castra posuerunt. Duo Annones imperatores Pœnorum eò rursus cum magno exercitu conuenerunt, prælioque commisso, nouem millia militum perdidērunt. Sed & tunc apud Romanos nunquam diuturna felicitas erat, & qualecunque successus magnis cõtinuo malorum molibus obruebantur. Cum Romana classis ad Italiam prædis onusta remearet, infando naufragio euersa est: nam de trecentis nauibus CCXX. perierunt, octoginta vix abiectis oneribus liberatae sunt. Amilcar dux Pœnorum cum exercitu in Numidiam Mauritaniãque mis-

sus,

sus, postquam hostiliter cruentaque in vniuersos egit, quòd Regulum libenter suscepisse dicerentur, mille argenti talentis, & viginti millibus boum reliquos condemnauit. Principes autem omnium populorum patibulo suffixit. Tertio anno, sicut semper indomitus furor citi periculorum obliuiscitur, Seruilius Cæpio & Sempronius Blæsus consules ducentis sexaginta nauibus in Africã transgressi, vniuersam oram maritimam, quæ circa Syrtes iacet, depopulati sunt, atque in superiora progressi, captis euersisque ciuitatibus plurimis, ingentem prædam ad classẽ deuexerunt. Inde cum ad Italiam redirent, circa Palinuri promontorium, quod à Lucanis montibus in altum excurrit, illisi scopulis, centum quingenta naues onerarias nobilemque prædam crudeliter acquisitam, infeliciter perdiderunt. Vicit aliquando apud Romanos improbissimam cupiditatem enormitas miseriarum: nam patres, quibus iam nauticæ rei pertæsum erat, decreuere ne amplius quam sexaginta nauium classis ad subsidium haberetur Italiæ. quòd quidem decretum continuo, ad acti indomita cupiditate, ruperunt. Præterea



Cotta consul in Siciliam trāsgressus, plurimis prēlijs aduersum Pœnos & Siculos terra mariq̄ue pugnauit, & per totam Siciliam partim hostium, partim etiam sociorum, inhumanas strages reliquit. L. Cæcilio Metello, C. Furiō Pacilo consulibus Asdrubal nouus Carthaginensium imperator cum elephantis centum triginta, & equitum peditumq̄ue amplius triginta millibus Lilybæum venit ex Africa, & continuo cum Metello consule apud Panormum pugnam conferuit. Sed Metellus vim magnam beluarum timens, prius eas magno vsus consilio vel in fugam, vel in mortem egit, & sic facile quamuis magnā vim hostiū superauit. Viginti millia Carthaginensium in eo prælio cæsa sunt. Elephantis quoq; vigintisex interfecti, centum & quatuor capti, & per Italiam ducti maximum Italicis gentibus spectaculū præbuerunt. Asdrubal cum paucis Lilybæum profugit, atque absens à Pœnis captus damnatus est.

*Quod Pœni pace sibi negata Regulum crudeliter interemerunt. Romanos parum feliciter in Siciliam semel atque iterum pugnantes, tandem vicisse.*

CAPVT X.

Post

Post hæc fessi tot malis Carthaginenses, petendam esse à Romanis pacē decreuerunt. Ad quam rem Atilium Regulum antea ducem Romanum, quem iam per quinque annos captiuum detinebant, inter cæteros legatos præcipue mitendum putauerunt: quem non impetrata pace ab Italia reuersum, resectis palpebris, illigatum in machina, vigilando necauerunt. Alter deinde Atilius Regulus, & Manlius Vulso ambo iterum consules, cum classe ducentarum nauium & quatuor legionibus Lilybæum profecti sunt: quod oppidum in promontorio situm, Romani obsidere conati, superueniente Annibale, qui Amilcaris filius fuit, victi, maiore exercitus sui parte perditā, ipsi ægre euaserunt. Post hos Claudius consul cum classe CXX. nauium ad Drepani portum contra hostem profectus, ibique mox exceptus classe Pœnorum superatus est. Et ipse quidem cum triginta nauibus Lilybæum in castra confugit: reliquæ omnes, hoc est, XC. aut captæ, aut demersæ fuerunt: octo millia militum cæsa, viginti millia capta referuntur. Caius quoque Iunius collega Claudij, vniuersam classem naufragio amisit. Anno etiam con-

S

3

sequen-



sequenti clasis Punica in Italiam transijt,  
eiusq; plurimas partes longe lateq; vastauit.  
Interea Lutatius cum classe trecentarum  
navium in Siciliam transuectus, dum  
apud Drepanum ciuitatem pugnam inter  
primores Siciliae ciceret, transixit femore  
ægerime, cum iam obrueretur, ereptus  
est. Porro autem Pœnicum quadringentis  
navibus magnisque copijs ad Siciliam,  
duce Annone, concurrunt. Nec Lutatius  
segnior, immo cōsilia Pœnorū celeritate  
mira præuenit. Postquam proximè sibi  
vtrorūque classes apud Aegates insulam,  
per totā noctem intertextis propemodū  
ancoris constiterunt, orta luce, prior Lu-  
tātius signum bello dedit. Crudescente  
pugna, victus Anno nauem auertit, & dux  
fugæ primus fuit. Aliquanta cum eo pars  
exercitus sui Africam petit, alij confugere  
Lilybæum, sexaginta tres Punicę naues  
captę sunt, centum viginti quinque demer-  
sę, trigintaduo millia hominū caesa, caetera  
quatuordecim millia fuere. Romanorum  
autem duodecim naues demersę sunt. Lu-  
tātius deinde ad Erycinam ciuitatem,  
quam Pœni tenebant, venit: ibiq; duo mil-  
lia Carthaginiensium, conferta pugna, in-  
terfecit.

Cartha-

*Carthaginienses cōdicionibus pretioq; pacem im-  
petrassent. calamitosam Tiberis inundationem. i-  
gnisq; cuiusdam vastationem Roma fuisse. De bel-  
lo in Faliscos.*

## CAPVT XI.

**T**Vnc Carthaginienses præcipiti fe-  
stinacione ad Lutatium consulem,  
ac deinde Romam mittunt, orant pacem:  
quam condicionibus antè propositis illi-  
co consequuntur. Condiciones autem  
erant, vt Sicilia Sardiniaque decederent,  
proque impensis bellicis puri argenti tria  
millia talentorum Euboicorum, æquis  
pensionibus, per annos viginti penderet.  
Huius pacis condicio est habita post an-  
num tertium & vigesimum, ex quo bel-  
lum Punicum primum fuerat inchoatum.  
Quis rogo duarum ciuitatum vnum bel-  
lum per annos viginti tres gestum fando  
explicet? quot reges Carthaginiensium,  
quot consules Romanorum, quot agmi-  
na exercituum, quantum numerum nauium  
contraxerit, profligarit, oppresserit?  
& tum demum, si illa ad plenum perpen-  
sa videantur, de præsentibus iudicetur.  
Anno ab vrbe condita DVII. repentina  
subuersio ipsius Romę præuenit trium-  
phum Romanorum: neque enim temere  
dixerim,

S 4



dixerim, quando non vel modicam lætiti-  
am, Romæ superueniens repente quàm  
grauissimus luctus, oppresserit. Si quidem  
Q. Lutatio, A. Manlio consulibus, diuer-  
sæ ignium aquarumque clades penè ab-  
sumpsere urbem. Nam Tiberis insolitis  
auctus imbribus, & ultra opinionem vel  
diurnitate vel magnitudine redundas,  
omnia Romæ ædificia in plano posita de-  
leuit. Diuersæ qualitates locorum, ad vnâ  
conuenere perniciem: quoniam & quæ  
segnior redudatio tenuit, madefacta dis-  
soluit, & quæ cursus torrentis inuenit,  
impulsa deiecit. Aquarum grauissimam  
cladem grauior ignis secuta vastatio est:  
qui ignis incertum vnde surrexerit, pluri-  
mas ciuitatis partes peruagatus, cum ho-  
minum domorumque miserabilem stragē  
fecit, tum etiam tantum opum vno con-  
sumpsit incendio, quantum plurimæ &  
peregrinæ victoriæ conferre vix possent.  
Dehinc cum omnia in circuitu fori popu-  
laretur, ædem Vestæ corripuit. Et ne sibi  
quidem dijs subuenientibus, ignem illum  
qui æternus putabatur, temporarius ignis  
oppressit: vnde etiam Metellus dum ar-  
furos deos eripit, vix brachio semiustula-  
tus aufugit. Ti. Sempronio Graccho,  
P. Vale-

P. Valerio Falcone consulibus, cum Fa-  
liscis bellare Romani, eoque prælio  
quindecim millia Faliscorum interfecta  
sunt.

*Gallos Cisalpinos, Romanis nouos infestosq; ho-  
stes, caesos: Sardiniam rebellantem, subactam: Pæ-  
nos agre pacem impetrasse: Iani portas vno anno  
fuisse clausas.*

## CAPVT XII.

**E**odem anno Galli Cisalpini noui  
extiterunt hostes, aduersum quos varia  
forte bellatum est: nam in primo confli-  
ctu Valerij consulis tria millia quingenti  
cedidere Romani, secundo quatuor de-  
cim millia Gallorum cæsa, duo millia ca-  
pta sunt. sed ob priorem cladem trium-  
phus consuli denegatus est. T. Manlio  
Torquato, C. Atilio Bulbo consulibus,  
Sardinia insula rebellauit, auctori-  
bus Pænis, vnde mox Sardi subacti & oppressi  
sunt. Carthaginensibus autem violatori-  
bus pacis, quam ipsi poposcissent, inferri  
bellum decretum est. Contra Carthagi-  
nienses pacem suppliciter poposcerunt:  
& cum bis missis legatis nihil profecis-  
sent, post etiam decem principibus bis æ-  
que supplicantibus, nec impetrarent, no-  
uissimè Annonis, hominis minimi inter  
S 5 legatos,



legatos, oratione meruerunt. Hoc anno porta Iani Gemini clausa est, quia nullam eodem anno bellum erat. quod sub Numa solum Pompilio rege prouenerat. Hinc demum nobis tacendum est, & tempora quibus conferri nostra nullo modo possunt, silentio transmitti expedit: ne obrectatores dierum vitæ suæ, ad insultandum potius sibi hoc strepitu suscitemus. Ecce portæ Iani clausæ fuerunt, foris bellum Romanorum non fuit, omnem sobolem suam in gremio suo conquiescentem Roma continens non inspirauit.

Et hoc quando? post primum bellum Punicum: post quantum temporis? post annos quadringentos XL. quandiu? anno vno: & quid altero subsequutum est? vt de cæteris taceam, bellum Gallicum, & Annibal cum bello Punico secundo. Hei mihi cognouisse hæc & denudasse quam etiã me pudet. Pax ista vnius anni, vel magis umbra pacis, lenimentum miseriarum, an incentiuum malorum fuit? stillicidium illud olei, in medium magnæ flammæ cadens extinxit formitem tanti ignis, an aluit? Parum aquæ frigide ardentissimis haustum in febribus, sanauit ægrotum, an potius incēdit? per annos

nos prope DCC. id est, ab Hostilio Tulloque ad Cæsarem Augustum, vna tantummodo æstate, Romana sanguinè viscera non sudarunt: & inter plurimas mægnorum sæculorum ætates misera ciuitas, vere misera mater, vix vno tempore à timore luctuum, vt non dicam ab ipsis luctibus, conqueiuit. Hoc si quisquam hominum tam parum in vita sua quietis habuisset, numquid vel vixisse diceretur? Aut si quisquã per totum annum doloribus & cruciatibus \* angatur, medio autem anni <sup>agatur.</sup> plus spatio vnum tantum diem tranquillum, & sine conflictationibus transigat, numquid ex eo leuamentum malorum accipiet, ac non totum annum miseris deputabit? Sed illi, inquit, hunc annum pro glorioso signo infatigabilis virtutis collocauerunt, atque vtinam pro obliuione calamitatis continuæ præterissent. Nam sicut in corpore hominis ita demum lepra dignoscitur, si variatim inter sanas cutis partes color diuersus appareat, at si ita se vbiq; diffundat, vt omnia vnius coloris quãuis ad alteri facias, perit illa discretio: ita si labor continuus æquali tolerantia, sine respirandi appetitu perfluxisset, intentio voluntatis & electio cõsuetudinis dicere-



tur. Cum autem in hoc paucillulum otij tantopere vel maiorum gaudia, vel minorum studia reclinantur, profecto discernitur, & quam iucunditatem habuerit hæc breuitas, & quam amaritudinem illa prolixitas: hoc est, & quies illa quam grata fuisset, si diuturna mansisset, & hæc incelsabilis miseria quam etiam vitanda fuerit, si vitari quacumque arte potuisset.

*De interitu Amilcaris, & bello Romanorum in Illyrios, eiusq; causa. De bello in Gallos Cisalpinos. Item in Insabres Gallos. De prodigijs varijs. De noua Gallorum clade, belloq; in Istros.*

## CAPVT XIII.

**A**Nno ab vrbe condita DXVII. Amilcar dux Carthaginensium, ab Hispanis in bello, cum aliud bellum aduersus Romanos elāpararet, occisus est. Sequenti anno legati Romanorum ab Illyrijs interfecti sunt. Post cum ipsis Illyrijs atrocissimum bellum gestum est: in quo multis oppidis, populisque deletis, reliqui se Fulvio Postumioque consulibus dederunt. Tertio deinceps anno miseram ciuitatem sacrilegis sacrificijs male potentes funestauere pōtiffices, namque decemviri consuetudinem prisæ superstitionis\* aggressi, Gallum virum & Gallam

egressis.

Gallam sceminam cū muliere simul Græca in foro boario viuos defoderunt. Sed obligamentum hoc magicum in contrarium continuo verlum est. namque diras illas quas fecerant externorum mortes, scēdissimis suorum cædibus expiauerunt, siquidem L. Aemilio Papo, C. Atilio Regulo consulibus, magna formidine consternatus senatus defectione cisalpinæ Galliæ, cum etiam ex vltiore Gallia ingens aduentare exercitus nuntiaretur, maximè gælatorum. quod nomen nō gentis, sed mercenariorum Gallorum est. Itaque permoti consules, totius Italiæ ad præsidium imperij contraxere vires. Quo facto, in vtriusque cōsulis exercitu octingenta millia armatorum fuisse referuntur, sicut Fabius historicus, qui eidem bello interfuit, scripsit. Ex quibus Romanorum & Campanorum fuerunt peditum trecenta quadraginta octo millia ducenti, equitum vero viginti sex millia sexcenti: cætera multitudo sociorum fuit. Commisso prælio apud Aretium, Atilius consul occisus est: DCCC. millia Romanorum, nec saltem tanta, quanta eos terrere debuit, cæsa sui parte, fugerunt: nam tria millia eorum tunc interfecta historiæ tradunt. quod



quod ideo ignominiosius turpiusque est, tam paucis amissis, tanta agmina diffugisse, quia se in alijs victorijs non viribus animorum prævaluisse, sed bellorum proventibus, prodiderunt. Quis enim rogo in exercitu Romanorū crederet numerū istum fuisse saltem, non dico fugisse? Post hæc secundum cum Gallis prælium gestū est, in quo plane quadraginta millia Gallorū trucidata sunt. Sequenti anno Manlius Torquatus & Fulvius Flaccus consules, primi trans Padum Romanas duxere legiones. Pugnatum est ibi cum Insubribus Gallis, quorum interfecta sunt vigintitria millia, quinque millia capta sunt. Eo deinde anno, qui huic proximus fuit, dira miserā urbem terruere prodigia. Miserā utique, quæ hinc fremitu hostium, inde nequitia dæmonum terrebarur, namque in Piceno flumen sanguine effluxit, & apud Tuscos cælum ardere visum est, & Arimini nocte multa lucem claram effulxisse, ac tres lunas distantibus cœli regionibus exortas apparuisse. Tunc quoque magno terræ motu Caria & Rhodus insulæ adeo concussæ sunt, ut labentibus vulgo tectis, ingens, quoque ille Colossus rueret. Eodemque anno Flaminius Cōs. cōtemptis auspicijs quibus

quibus pugnare prohibebatur, aduersum Gallos conflixit, & vicit. In quo bello novem millia Gallorum caesa, decem & septem millia capta sunt. Post hoc Claudius consul & relatorum triginta millia deleuit. vbi etiam ipse Virdomarum regem in primam aciem progressus occidit: & inter multa Insubrium, quos ad deditiōem coegerat, oppida, Mediolanum quoque urbem florentissimam cepit. Deinde Istri novi hostes excitati sunt, quos Cornelius Minuciusque consules multo quidem Romanorum sanguine subegerunt. Emergit hic paululum antiquus ille Romanorum improbæ laudis etiam de parricidijs appetitus. Nam Fabius Censorius Fabium Buteonem filium suū furti insimulatum, interfecit dignum scilicet facinus, quod pater vel parricidio plectendum duceret, quod ne leges quidem, nisi multa pecuniæ, aut ad summum exilij, circa quemlibet hominum censuerunt.

*De bello Punico secundo. Annibal ingētes strages in Romanos edidit per Gallos viam aperiens.*

CAPVT XIII.

**A**Nno ab vrbe condita DXXXIIII. Annibal Pœnorum imperator Saguntum, florentissimam Hispaniæ civitatem,



tem, amicam populi Romani, primum bello petitam, deinde obsidione cinctam, & fame excruciatam, omniaque fortiter contéplatione fidei, quam Romanis deuo uerant, digna indignaque tolerantem, VIII. demum mense deleuit. Legatos Romanorum ad se missos, iniuriosissimè etiam à conspectu tuo abstinuit. Exinde odio Romani nominis, quod patri Amilcari, cum esset nouem annos natus, fidelissime, aliàs infidelissimus, ante aras iurauerat, P. Cornelio Scipione, & Ti. Sempronio Longo consulibus, Pyrenæum montem transgressus, inter ferocissimas Gallorum gentes ferro uiam aperuit, & nono demum die à Pyrenæo ad alpes peruenit. vbi, dum montanos Gallos repellere ab ascensu obnitentes bello superat, atque inuias rupes igni ferroque rescindit, quatridentum commoratus, quinta demum die tum maximo labore ad plana peruenit. Fuisse tunc exercitum eius centum millium peditum, & XX. millium equitum definiunt. Scipio consul Annibali primus occurrit, commissoque prælio apud Ticinum, ipse grauiter vulneratus per Scipionem filium admodum prætextatum, qui post Africanus cognominatus est, ab ipsa morte liberatus

ratus euasit. Cæsus est ibi pene omnis Romanus exercitus. Pugnatum deinde eodè consule ad flumen Trebiam, iterumque Romani pari clade superati sunt. Sempronius consul cognito collegæ casu, à Sicilia cum exercitu redijt, qui similiter apud eundem fluuium congressus, amisso exercitu, pene solus euasit. In eo tamen bello etiam Annibal lauciatus est: qui postea cum in Etruriam primo uere transiret, in summo Apennio tempestate correptus, biduo continuo immobiliter cum exercitu nauibus conclusus & onustus, obrigit: ubi magnus hominum numerus, iumeta complurima, elephantum autem pene omnes frigidis acerbitate perierunt. At uero alter tunc Scipio frater consulis Scipionis, in Hispania plurima bella gessit. Magonem quoque Pœnorum ducem, bello uicit & cepit.

*Multa miraque, tum prodigia passim apparuisse: quod Annibal astu ad internecionem pene Flamini cons. exercitum ceciderit.*

## CAPVT XV.

**D** Iris tunc etiam Romani prodigijs territi sunt. Nam & solis orbis minui uisus est, & apud Arpos parmæ in cœlo uisa, sol quoque pugnasse cum luna,

T

apud



apud Carpenas interdiu duas lunas ortas, in Sardinia sanguine duo scuta sudasse, Faliscis cœlū scindi velut magno hiatus, apud Antifū metentibus cruētas spicas in corbē decidisse. Igitur Annibal scirens Flaminium consulem solum in castris esse, quo celerius imparatum obrueret, primo vere progressus, arripuit propiorē, sed palustrē viā: & tum forte Sarnus late redundans, pendulos & dissolutos campos reliquerat: (de quibus dictum est, Et quæ rigat æquora Sarnus) in quos cum exercitu progressus Annibal, nebulis maxime quæ de palude exhalabantur, prospectum auferentibus, magnam partem fociorum iumentorumque perdidit. Ipse autem vni elephantō qui solus superfuera superfedens, vix difficultatem itineris euasit: sed oculum, quo iam dudum ægrotauerat, violentia frigoris, vigiliantū ac laboris amisit. Vbi vero proximus castris Flaminij consulis fuit, vastatione circumiacentium locorū Flaminium in bellum excitauit. Hæc pugna ad Trasimenum lacum facta est: vbi exercitus Romanus infœlicissimè arte circumuentus Annibalis, funditus trucidatus est: ipse quoque cōsul occisus, viginti quinque millia Roma-

Romanorum in eo prælio cæsa, sex millia capta referuntur. De exercitu vero Annibalis duo millia ceciderūt. Famosum hoc Trasimenum lacum certamen fuit tanta clade Romana, maxime cū ita intentus pugnantium ardor extiterit, vt grauissimum terræ motum, qui tunc forte tam vehemens factus est, vt vires diruisse, montes transtulisse, discidisse rupes, & flumina retrorsum coegisse referatur, pugnautes omnino non lenserint. Factam ad Trasimenum ruinam, sequitur pugna Cannensis, quamuis Fabij Maximi dictatoris tempus medium fuerit, qui impetum Annibalis cunctando tardauit.

*De miseranda Romanorum clade ad Cannas, de consilio relinquendi Italiam quomodo Romani respirarint, exercitumq; repararint. Item de varijs prælijs.*

## CAPVT XVI.

**A**Nno ab vrbe condita DXLL. Aemilius Paullus, & C. Terentius Varrō consules, contra Annibalem missi, impatientia Varronis consulis infœlicissime apud Cannas Apuliæ vicum pene omnes Romanæ spei vires perdiderunt. Nā in ea pugna quadraginta quatuor millia Romanorum interfecta sunt: quanquam



292                    PAVLI OROSII  
& de exercitu Annibalis magna pars cæ-  
sa est: nullo tamen Punico bello Romani  
adeo ad extrema internecionis adducti  
sunt. Perijt enim in eo consul Aemilius  
Paullus, consulares aut prætorij viri vi-  
ginti interfecti sunt, senatores vel capti vel  
occisi sunt triginta, nobiles viri trecenti,  
pedestrium militum quadraginta millia,  
equitum tria millia quingenti. Varro con-  
sul cum quinquaginta equitibus Venuse-  
am fugit. Nec dubium est, vltimum illum  
diem Romani status futurum fuisse, si An-  
nibal mox post victoriam ad peruaden-  
dam urbem cõtendisset. Annibal in testi-  
monium victoriæ suæ tres modios anulorum  
aureorum Carthaginem misit, quos  
ex manibus interfectorum equitum Ro-  
manorum senatorumque detraxerat. Vt  
que adeo vltima desperatio Reipub-  
licæ apud residuos Romanos fuit, vt se-  
natores de relinquenda Italia, sedibusque  
quærendis consilium in esidum putarent.  
Quod auctore Cæcilio Metello confir-  
matum fuisset, nisi Cornelius Scipio tri-  
bunus tunc militum, idem post Africanus  
districto gladio deterruisset, ac potius  
pro patriæ defensione in sua verba iurare  
coegisset. Romani ad spem vitæ, quasi ab  
inferis

LIBER QVARTVS.                    293  
inferis respirare ausi, dictatorem Decimū  
Iunium creant: qui delectu habito ab an-  
nis decem & septem, immaturæ inordina-  
tæque militiæ quatuor legiones vndecun-  
que contraxit. Tunc etiam seruos spectati  
roboris ac voluntatis, vel oblatos vel si  
ita opus fuit, publico pretio emptos sub  
titulo libertatis, sacramento militiæ ade-  
git. Arma quæ deerant, templis detraxe-  
runt, egenti ærario priuatæ opes refusæ  
sunt. Ita equester ordo, ita plebs trepida,  
oblita studiorum in communi cõsultit. Iu-  
nius quoque dictator antiquum Romanæ  
miseriæ factum recolens pro supplemen-  
to exercitus edicto, velut asylo patefacto,  
homines quicumque sceleribus ac debitis  
obnoxij essent, impunitate promissa, mili-  
tiæ mancipavit. quorum numerus ad sex  
millia virorum fuit. Campania vero vel  
potius omnis Italia ad Annibalem, despe-  
rata penitus Romani status reparatione,  
defecit. Post hoc Lucius Postumius præ-  
tor aduersum Gallos pugnare \* iussus, cū <sup>missus.</sup>  
exercitu cæsus est. Deinde Sempronio  
Graccho, Q. Fabio Maximo consulibus,  
Claudius Marcellus ex prætore procon-  
sule designatus, Annibalis exercitū præ-  
lio fudit, primusque post tantas Reipu-  
blicæ



blicæ ruinas spem fecit, Annibalem posse superari. Scipiones autem in Hispania Asdrubalem Pœnorum imperatorē ad Italiam exercitum comparantem, grauissimo bello oppresserūt. Nam triginta quinque millia militum de exercitu eius vel cæde vel captione minuerunt. Celtiberos milites, quam primam externam manum Romani in castris habere cœperunt, pretio sollicitatos, ab hostium societate in castra sua duxerunt. Sempronius Gracchus proconsul, ab hospite suo Lucano quodā inductus in insidias, occisus est. Centenius Penula centurio decerni sibi ultro bellum aduersum Annibalem petijt: à quo cum octo millibus militum, quos in acie duxerat, cæsus est. Post hunc Cneus Fuluius prætor ab Annibale victus, amisso exercitu, vix euasit. Pudet recordationis. Quid enim dicam improbitatem magis, an miseriam Romanorum? immo verius vel improbam miseriam, vel miseram improbitatem. Quis credat eo tempore, quo ærarium populi Romani egenam stipem priuata collatione poscebat, miles in castris, non nisi aut puer, aut seruus, aut sceleratus, aut debitor, & nec sic quidem numerus idoneus erat, senatus in curia

in curia omnis pene nouitius videbatur: postremo cum ita imminutis fractisque omnibus desperaretur, vt consilium de relinquēda Italia subiretur, eo tempore cum vnum domesticum bellum, vt diximus, ferri nullo modo posset, tria insuper trāsmarina bella fuisse suscepta? vnum in Macedonia contra Philippum potentissimum Macedoniae regem, alterum in Hispania contra Asdrubalem Annibalis fratrem, tertium in Sardinia cōtra Sardos & alterum Asdrubalem Carthaginensium ducem, extra hoc quartum Annibalis, quo in Italia premebantur: & tamen fortis in alterutrum desperatio, in meliora profecerunt, pugnando vicerunt. Ex quo euidenter ostenditur, non tempora tunc fuisse tranquilliora otijs, sed homines miserijs fortiores.

*Claudius Marcellus Syracusas capit. Annibal ad Anienem Romanos terret, nec obruendi copia datur.*

## CAPVT XVII.

**A**Nno ab vrbe condita DXLIII. Claudius Marcellus Syracusas opulentissimam urbem Siciliae secunda oppugnatione vix cepit: quam cum iam pridem



dem obsedisset, Archimedis Syracusani  
ciuis admirabili ingenio præditi machi-  
nis repulsus, expugnare non potuit. Deci-  
mo anno postquam Annibal in Italiam  
venerat, Cn. Fulvio, Sulpicio cōsulibus,  
Annibal de Campania mouit exercitum:  
& cum ingenti clade omnium per Sidici-  
num Sueflanumq; agrum via Latina pro-  
fectus, ad Anienem fluium tribus milli-  
bus ab vrbe cōsedit, incredibili totius ci-  
uitatis metu, cum senatu populoq; diuer-  
sis curis trepido, matronæ quoque amen-  
tes pauore per propugnacula currerent,  
& conuehere in muros saxa, primæq; pro-  
muris pugnare gestirent. Ipse autem cum  
expeditis equitibus vsque ad portam Col-  
linam, infestus accessit, deinde omnes co-  
pias in aciem direxit. Sed & consules, Ful-  
uiusq; proconsul non detrectauere pu-  
gnam. At vbi expositæ vtrinq; acies con-  
stiterunt, in conspectu Romæ præmium  
victoris futuræ, tantus subito se imber è  
nubibus grandine mixtus effudit, vt tur-  
bata agmina, vix armis retentis, in sua se  
castra colligerent. Deinde cum serenitate  
reddita in campum Copicæ atque in aciem  
redissent, rursus violentior fusa tempe-  
stas, maiore metu mortalium audaciam  
coërcuit,

coërcuit, territosq; exercitus in tentoria  
refugere coëgit. Tunc conuersus in reli-  
gionem Annibal, dixisse fertur, potium-  
dæ sibi Romæ modo voluntatem non da-  
ri, modo potestaté. Respondeât nunc mi-  
hi obtrectatores veri Dei hoc loco, An-  
nibali à capessenda subruendaq; Roma  
vtrum Romana obstitit fortitudo, an di-  
uina miseratio: aut forsitan conseruati isti  
dedignantur fateri, quod Annibal & vi-  
ctor extimuit, & cedens probauit? At si i-  
stam diuinam tutelam per pluiam de cœ-  
lo venisse manifestum est, ipsam autem  
pluiam opportunis & necessarijs tempo-  
ribus non nisi per Christum, qui est verus  
Deus, ministrari, etiã ab huiusmodi satis  
certo sciri, nec negari posse existimo, ma-  
ximè nunc, quando ad documentum po-  
tentia eius cum siccitate turbante, plui-  
am polcere assidue contingit, & alternis  
vicibus nunc gentiles, nunc Christiani ro-  
gant: nec vnquam etiam ipsis testibus fa-  
ctum est, vt optati imbres superueniant  
nisi in die, quo rogari Christum & Chri-  
stianis rogare permittitur: proculdubio  
constat, urbem Romam per hunc eundem  
verum Deū, qui est Christus Iesus, ordi-  
nantem secundum placitum ineffabilis iu-  
dicij



dicij sui, & tunc ad futuræ fidei crudelitatem seruata fuisse, & nunc pro parte sui incredula castigatam. At vero in Hispania ambo Scipiones à fratre Aldrubale interfecti sunt. In Campania Capua capta est à Q. Fulvio proconsule: principes autem Campanorum veneno mortem sibi consciuerunt. Senatum omnem Capuæ, etiam prohibente senatu Romano, Fuluius supplicio necauit. Interfectis in Hispania Scipionibus, cum omnibus incusso pauore cunctantibus, Scipio se admodum adolescens ultro obtulisset, & pendenda penuria esset ærarij, Claudio Marcello & Valerio Læuino auctoribus, qui tunc consules erant, aurum argentumque signatū ad quæstores palam omnes senatores in publicū contulerunt, ita vt nihil præter anulos singulos, bullasq; sibi ac filijs, & deinde per filias vxoresq; suas singulas tantum auri uncias, & argenti non amplius quā singulas libras relinquerent.

*De varijs cladibus inter Romanos & Pænos virin que acceptus, modo huc, modo illuc victoria inclinante.*

## CAPVT XVIII.

**S**Cipio annos natus viginti quatuor, Imperiū in Hispaniā procōsulare sortitus,

titus, vltionem præcipue patris & patrui animo intendens, Pyrenæum transgressus primo impetu Carthaginem nouam cœpit: vbi stipendia maxima, præsidia valida, copiæ auri argentiq; magnæ Pœnorum habebantur: ibi etiam Magonem fratrem Annibalis captum, cum cæteris Romam misit. Læuinus consul ex Macedonia rediens, Agrigentum urbem Siciliae expugnauit: ibiq; Annonem Afrorum ducem cepit, quadraginta ciuitates in deditiōe accepit, vigintifex expugnauit. Annibal in Italia Cn. Fuluium proconsulem, vndecim præterea tribunos XVII. millia militum interfecit. Marcellus consul cum Annibale triduum continuū dimicauit. Primo die pari pugna discessum est, sequenti victus consul, tertio victor octo millia hostium interfecit, ipsum Annibalem cum reliquis fugere in castra compulit. Fabius Maximus consul Tarentum, quæ à Romanis descuerat, iterum expugnauit & cœpit: ibique ingentes copias Annibalis cum ipso duce eius Carthalone deleuit, triginta millia hominum captiuorum vendidit, pretia in fiscum retulit. Sequenti anno in Italia Claudius Marcellus cōsul ab Annibale cum



cum exercitu occisus est. Scipio in Hispania Pœnorum ducem Asdrubalem vicit, & castris exiit. Præterea octoginta ciuitates, aut deditioe, aut bello in potestate redegit. Afris sub corona venditis, sine pretio dimisit Hispanos. Annibal vtrunque consulem Marcellum & Crispinum insidijs circumuentos, interfecit. Claudio Nerone & M. Livio Salinatore consulibus, cum Asdrubal Annibalis frater ab Hispanijs per Gallias ad Italiam veniret, iussusque à Carthaginensibus, vt fratri cum copijs iungeretur, magna secum auxilia Hispanorum Gallorumque deduceret, cum maturato aduentu descendisse iam ex Alpibus consulibus proditus fuisset, ab exercitu Romano, ignorante Annibale, præuentus, cum omni exercitu suo interfectus est. Diu quidem incertus belli euentus fuit, elephantis maximè Romanam infestantibus aciem, qui à militibus Romanis occisi sunt, quos à volitando velites vocant: quod genus militiæ paulo antè repertum fuerat, vt lecti agilitate iuuenes, cum armis suis post terga equitum sederent: & mox cum ad hostem ventum esset, equis defilirent, & continuo pedites ipsi ex alia parte equitibus, per quos ad-

uecti fuerant dimicantibus, hostem perturbarent. Ab his ergo velitibus elephantibus retroacti, cum regi iam à suis non possent, fabrili scalpro inter aures adacto, necabantur. Id genus occidendæ, cum opus esset, beluæ, idem dux Asdrubal primus inuenerat. Fuit hoc prælio Pœnis Metaurus flumen, vbi Asdrubal est victus, quasi Trasimenus lacus: & Sena Piceni ciuitas, vt vicus ille Canensis. Nam LVIII. millia de exercitu Asdrubalis ibi occisa sunt, capta sunt quinque millia quadringenti. Quatuor millia ciuium Romanorum inter eos reperta atque reuocata sunt, quod victoribus consulibus solatio fuit. Nam & ab exercitu eorum octo millia ceciderunt, Annibali caput fratris sui Asdrubalis, antè castra proiectum est. Quo viso & simul clade Pœnorum cognita, anno XIII. quàm in Italiam venerat, refugit in Bruttios. Post hæc anno continuo inter Annibalem & Romanos quies à tumultu bellorum intercessisse visa est, quia inquietudo morborum in castris erat, & grauisissima pestilentia vterque exercitus agebatur. Interea Scipio vniuersa Hispania à Pyrenæo vsque ad oceanum in prouinciã redacta Romam venit, consul cum Licinio



cinio Crasso creatus in Africam transijt, Annonem Amilcaris filium, ducem Pœnorum interfecit, exercitum eius partim cæde, partim captiuitate disperdidit: nam vndecim millia Pœnorum eo prælio occidit. Sempronius consul cum Annibale cōgressus & victus, Romam refugit. Scipio in Africa aggressus hiberna Pœnorum, atque alia Numidarum, quæ vtraq; haud procul ab Utica erant, nocte concubia fecit incendi. Pœni trepidi cum casu accidisse ignem putarent, inermes ad extinguendum concurrerūt: quare facile ab armatis oppressi sunt. In vtrisque castris quadraginta millia hominum igni ferroque cōsumpta sunt, capta quinque millia: duces ipsi miserabiliter ambulti, ægre effugerunt. Asdrubal imperator Carthaginē profugus venit. Itaq; Syphax & Asdrubal mox plurimū reparauere exercitū, atque iterū cum Scipione cōgressi sunt, victiq; fugerunt. Syphacē fugientē Lælius & Massanisa ceperunt, cætera multitudo Cirtā confugit, q̄ Massanisa oppugnatam in ditionē recepit. Syphacē ad Scipionem catenis vinctum deduxit, quē Scipio cum ingentibus spolijs, plurimisque captiuis Romam perducēdum Lælio tradidit.

Annib.

*Annibalem in Africam reuocatum, à Scipione superato fugatumq; fuisse: & Carthaginensibus pacem concessisse Romanos.*

CAPVT XIX.

**A**Nnibal in Africam redire iussus, vt fessis Carthaginensibus subueniret, flens reliquit Italiam, omnibus Italici generis militibus qui sequi nollent, interfectis. cui ad Africanum litus propinquanti, iussus quidam è nauticis ascendere in arborem nauis, atque inde speculari, quā regionem teneret, sepulchrum dirutum se prospexisse respondit. Abominatus dictum Annibal, deflexo cursu ad Lepitim oppidum, copias exposuit: vbi continuo refecta multitudo, Carthaginem venit. deinde colloquium Scipionis petijt. Vbi cum se diu attoniti admiratione mutua duo clarissimi duces suspexissent, infecto pacis negotio prælium conserutum est: quod diu magnis ducum artibus dispositum, magnis copiarum molibus gestum, magnis militum viribus consummatum, Romanis victoriam contulit. Octoginta ibi elephanti vel capti vel occisi sunt, Carthaginensium interfecta sunt viginti millia quingenti. Annibal omnia & ante prælium & in prælio expertus, cum paucis,



paucis, hoc est, vix quatuor equitibus, inter tumultum elapsus, Adrumetum confugit. Postea Carthaginem post sex & triginta annos, quam inde paruus cum patre exierat, venit: consultantique senatus, nullam esse residuam spem, nisi in petenda pace, persuasit. Cn. Cornelio Lentulo, P. Aelio Pato consulibus, Carthaginensibus pax per Scipionem voluntate senatus populi que concessa est. Naues tamen plus quam quingentae in altum productae, in conspectu ciuitatis incense sunt. Scipio iam tunc cognomento Africanus, triumphans urbem ingressus est. quem Terentius, qui postea comicus, ex nobilibus Carthaginensium captiuus pileatus (quod indultae sibi libertatis insigne fuit) triumphantem post currum secutus est.

*De bello Macedonico, in quo cum varijs ac diuersis Romani, praecipue aduersus Macedones & Antiochum Syriae regem, varie pugnaverunt.*

CAPVT XX.

**A**Nno ab vrbe condita DXLVI. bellum Punicum secundum finitum est, quod gestum est annis septendecim: cui Macedonicum continuo successit, quod Quintius Flaminius Cos. sortitus, post multa & grauisima praelia quibus Macedones

dones victi sunt, pacem Philippo dedit. Deinde cum Lacedaemonijs pugnavit, victo Nabide duce ipsorum, nobilissimos obsides Demetrium Philippi filium & Armenem Nabidis filium, ante currum duxit. Romani captiuus, qui sub Annibale per Graeciam venditi fuerant, vniuersi recepti, capitibus rasis ob deterfam seruitutem, currum triumphantis secuti sunt. Eodem tempore Insabres, Boij atque Caenmani, contractis in vnum viribus, Amilcare Paeo duce, qui in Italia remanserat, Craemonam Placentiamque vastantes, difficillimo bello a L. Furio praetore superati sunt. postea Flaminius proconsule Philippum regem, & cum eo Thracas, Macedones, Illyrios, multasque praeterea gentes, quae in auxilium ei venerat, bello subegit. Victi Macedones, castra amiserunt. octo millia hostium eodem die caesa, quinque millia capta Polybius scribit. Valerius dicit quadraginta millia trucidata. Claudius vero trigintaduobus millia interfecta commemorat. Sed haec varietas scriptorum utique fallacia est. Fallaciae autem causa, profecto adulatio est, dum victoris laudes accumulare, virtutemque patriae extollere vel praesentibus vel posteris



Aeris student: alioquin si inquisitus nõ fuisset numerus, nec qualiscunq; fuisset expressus. Quod si gloriosum est duci & patriæ, plurimos hostium peremisse, quanto magis lætum patriæ & duci beatũ potest videri, suorum vel nullos vel paucissimos perdidisse. Ita lucidissime patet, quod simili impudentia mētiendi, qua occisorum hostium numero adijcitur, sociorum quoque amissorum damna minuuntur, vel etiam omnino reticentur. Igitur Sempronius Tuditanus in Hispania citeriore, bello oppressus, cum omni exercitu Romano interfectus est. Consul Marcellus in Etruria à Boijs oppressus, magnam partem exercitus perdidit. cui postea Furius alter consul auxilio accessit: atque ita vniuersam Boiorum gentẽ igni ferroque vastantes, propemodum vsque ad nihilũ deleuerunt. L. Valerio Flacco, M. Porcio Catone consulibus, Antiochus rex Syriæ bellum contra populum Romanum instruens, in Europam transijt ex Asia. Tunc etiam Annibal propter excitandi belli rumores, qui de eo apud Romanos seriebantur, exuberi Romam à senatujussus, clam ex Africa profectus, ad Antiochum migravit: quẽ cum apud Ephesum

sum inuenisset cunctantem, mox in bellum impulit. Tunc etiam lex quæ ab Oppio tribuno plebis lata fuerat, ne qua mulier plus quàm semiunciam auri haberet, neue versicolori vestimento, nec vehiculo per urbem vteretur, post viginti annos abrogata est. P. Scipione Africano iterum, Ti. Sempronio Longo consulibus, apud Mediolanum decem millia Gallorum cæsa: sequenti autem prælio vdecim millia Gallorum. Romanorum vero quinque millia occisa sunt. Publius Digtius prætor in Hispania citeriore, penè omnem amisit exercitum. M. Fulvius prætor Celtiberos cum proximis gentibus vicit, regemque eorum cepit. Minucius à Liguribus in extremum periculi adductus, & insidijs hostium circumuentus, vix Numidarum equitum industria liberatus est. Scipio Africanus inter cæteros legatos ad Antiochum missus, etiam cum Annibale colloquium familiare habuit. Sed infecto pacis negotio, ab Antiocho discessit. In vtraque Hispania per Flaminium Fulviumque prætores, bella multum horrida cruentaque vtriusque populis gesta sunt. P. Cornelio Scipione, M. Acilio Glabrione cõsulibus, Antiochus



tiochus quamuis Thermopylas occupasset, quarum munimine tutior propter duobus belli euentus fieret, tamen commisso bello, à consule Glabrione superatus, vix cum paucis fugit è prælio, Ephesumque peruenit. Is habuisse fertur armatorum sexaginta millia, ex quibus quadraginta millia cæsa, capta plus quàm quinque millia fuisse referuntur. Alter consul Scipio cù Boiorum gente confligit, in quo prælio viginti millia hostium interfecit. Sequenti anno Scipio Africanus habens in auxilio Eumenem Attali filium aduersus Annibalé, qui tunc Antiochi classi præerat, bellum nauale gessit. Antiochus, victo Annibale atque in fugam acto, simulque omni exercitu amisso, pacem rogauit: filiumque Africani, quem vtrum explorantem, an in prælio cepisset, incertum est, vltro remisit. In Hispania vltiore L. Aemilius proconsul à Lusitanis cum vniuerso exercitu cæsus interiit. L. Bæbius in Hispaniam proficiscens, à Liguribus circumuentus, cum vniuerso exercitu occisus est: vnde adeo ne nuntium quidem superfuisse constat, vt internecionem ipsam Romæ Mæsilienses nuntiare curauerint. Fuluius Cos. de Græcia in Gallo-

græci-

græciam, quæ nunc est Galatia, transfuctus, ad Olympum montem peruenit, ad quem vniuersi Gallogræci cum coniugibus & liberis confugerant, ibique acerbissimum bellum gessit: namque de superioribus locis sagittis grandibusque saxis ceterisque telis Romani grauius contriti, tandem vsque ad congressum hostiũ per-ruperunt. quadraginta millia Gallogræcorum eo prælio interfecta referuntur. Marcius consul aduersus Ligures profectus, superatusque, quatuor millia militũ amisit: & nisi victus celeriter refugisset in castra, eandem internecionis cladem, quã Bæbius dudum ab eisdem hostibus acceperat, pertulisset. M. Claudio Marcello, Q. Fabio Labeone consulibus, Philippus rex, qui legatos populi Romani interfecerat, propter Demetrij filij sui, quem legatum miserat, verecundissimas preces, veniam meruit: eundemque continuo velut Romanis amicum, sui que proditorem fratre quoque ipsius ad parricidium patris ministro, nihil de vtroque miserum male suspicatem, veneno necauit. Eodem anno Scipio Africanus ab ingrata sibi vrbē diu exulans, apud Liternum oppidum morbo periit. Iisdem etiam diebus Annibal



bal apud Prusiam Bithyniæ regem, cum à Romanis reposceretur, veneno sese necavit. Philopœmē dux Achiuorum à Melsanis captus, occisusq; est in Sicilia. Tunc Vulcani insula, quæ antenō fuerat, repente in mari edita cum miraculo omnium, vsque ad nunc manet. Q. Fulvius Flaccus prætor, in citeriore Hispania maximo prælio vigintitria millia hominum fudit, quatuor millia cepit. Ti. Sēpronius Gracchus in Hispania vltiore centum quinque oppida vacuata quassataque bellis, ad deditionem coëgit. eadem estate etiam L. Postumius in citeriore Hispania quadraginta millia hostium bello interfecit. Gracchus prætor ibidem iterum ducenta oppida expugnauit & cepit. Lepido & Mucio consulibus, Basternarum gens ferocissima, auctore Perseo Philippi filio, prædarū spe sollicitata, & transeundi Istri fluminis facultate, sine vlla pugna vel aliquo hoste deleta est. Nam tunc forte Danubius, qui & Ister, crassa glacie superstratus, pedestrem facile transitum patiebatur. Itaque cum improuide toto & maximo simul agmine inæstimabilis hominum vel equorum multitudo transiret, enormitate ponderis & concussione gradienti-

dientiū concrepans gelu, & glacialis crusta dissiluit: vniuersumque agmen, quod diu sustinuerat, medijs gurgitibus victa tandem & comminuta destituit: atque eadem rursus fragmentis impredientibus superducta, submersit. Pauciores omni populo per vtranque ripam vix concisis visceribus euaserunt. P. Licinio Crasso & G. Cassio Longino consulibus Macedoniam bellum gestum est, merito inter maximam bella referendum. Nam in auxilio Romanorum tota primum Italia, deinde Ptolemæus rex Aegypti, & Ariarathes Cappadociæ, Eumenes Asiæ, & Massanisa Numidiæ fuerunt. Perseum & Macedonas secuti sunt Thraces cum rege Cocyte, & vniuersi cum rege Gentio Illyrij. Itaque aduenienti Crasso consuli Perseus occurrit: commissoque prælio, miserabiliter victi fugere Romani. Sequenti pugna penè pari clade partis vtriusque, in hiberna discessum est. Deinde Perseus profligato multis prælijs exercitu Romano in Illyricū transgressus, Sulcanum oppidū defensum à præsidijs Romanis pugnando cepit: vbi magnam Romanorū præsidiorum multitudinē partim occidit, partim sub corona vendidit: partim secum in



Macedoniam duxit. Postea cum eo L. Aemilius Paullus consul dimicauit, & vicit. Nam viginti millia peditum in eo bello interfecit. Rex cum equitatu subterfugit, sed continuo captus, atque in triumpho cum filijs ante currum actus est: & post apud Albam in custodia defecit. Filius eius iunior fabricam arariam ob tolerantiam inopiam Romae didicit, ibique consumptus est. Plurima praeterea & satis diuersis prouentibus bella multarum vbiq; gentium gesta sunt, quae breuitatis causa praetermisi.

*Scipionem Africanum Hispaniam vastasse. Scipionem Nasicam theatri edificationem dissuasisse. Galbam parum honeste Lusitanis imposuisse.*

CAPVT XXI.

**A**NNO ab vrbe condita DC. L. Licinio Lacullo, & A. Postumio Albino consulibus, cum omnes Romanos ingens Celtiberorum metus inuasisset, & ex omnibus non esset, qui ire in Hispaniam vel miles vel legatus auderet, P. Scipio, qui postea Africanus est dictus, vltro sese militaturum in Hispaniam obtulit, cum tamen in Macedoniam sorte iam deputatus esset. Itaque profectus in Hispaniam magnas strages gentium dedit, saepius

etiam

etiam militis quam ducis vsus officio. Nam & barbarum prouocantem singulariter congressus occidit. Ser. autem Galba praetor, a Lusitanis magno praelio victus est: vniuerso que exercitu amisso, ipse cum paucis vix elapsus euasit. Eodem tempore censores theatrum lapideum in vrbe construere censuerunt: quod ne tunc fieret, Scipio Nastica grauissima oratione obstitit, dicens, inimicissimum hoc fore bellatori populo ad nutriendam desidiam, lasciuiaeque commetum: adeoque mouit senatum, ut non solum vendi omnia teatro comparata iusserit, sed etiam subsellia ludis poni prohibuerit. Quamobrem intelligant nostri (quibus quicquid extra oblectamentum libidinis occurrit, offensio est) propter hoc quod se infirmiores esse hostibus suis ipsi sentiunt & fatentur, theatra inculanda, non tempora: nec blasphemandum Deum verum, qui vsque ad nunc ea prohibet, sed abominandos deos vel daemones suos, qui ista petierunt, profundo tandem satis malignitatis suae argumento tale sacrificium flagitantes, quo non magis fuso cruore pecudum, quam profugata virtute hominum pascerentur. Nam vti que tunc nec hostes, nec fames, nec morbi,

*videtur  
ure cor  
Comedi*



*pero  
tum  
facie  
mulo  
dian.*

314 PAVLI OROSII  
 morbi, nec prodigia deerant, immò tunc plurima erant, sed theatra non erant, in quibus, quod incredibile dictu est, ad arâ luxuriæ virtutum victimæ trucidantur. Carthaginensibus aliquando visum est, homines immolare, sed male præsumpta persuasio breui prætermisâ est, à Romanis vero exactum est, vt semetipfos perditioni impenderent. Factum est, fit, amatur, & clamatur, vt fiat: qui pro mactanda gregis sui pecude fortasse offenderentur, pro interficienda cordis sui virtute lætantur: quin potius Nasicæ erubescant, qui Christianis exprobrandum putant: & non nobis de hostibus, quos semper habuerunt, sed illi de theatro, quod haberi prohibuerat, conquerantur. Igitur in Hispania Ser. Galba prætor Lusitanos citra Tagum flumen habitantes, cum voluntarios in deditiorem recepisset, per scelus interfecit: simulans enim de commodis eorum se acturum fore, circumpositis militibus, cunctos inermes incautosq; prostravit: quæ res postea vniuersæ Hispaniæ propter Romanorum perfidiam, causa maximi tumultus fuit.

*De tertio bello Punico. Coss. ad delendam Carthaginem profectos fugatos fuisse. Interim de situ eiusdem.*

CAPVT XXII.

**A**Nno ab vrbe condita DCII. L. Censorino, & M. Manilio consulibus, tertium Punicum bellum exortum est. Igitur cum senatus delendam Carthaginem censuisset, profecti in Africam cōiules, & Scipio tunc tribunus militū prope Vticam maioris Africani castra tenuerunt. Ibi Carthaginensibus euocatis, iussisque vt arma & naues traderent, nec moratis, tanta vis armorum repente tradita est, vt facile tota ex his Africa potuisset armari. Sed Carthaginenses postquam arma tradiderūt, & relicta vrbe recedere procul à mari decē millibus passuum iulsi sunt, dolorem ad desperationem contulerunt, aut defensuri ciuitatem, aut cum ipsa per ipsam sepeliendi: ducesque sibi duos Asdrubales, creauerunt, armaque primum facere aggressi, æris ferrique inopiam, auri argenti que metallis suppleuerunt. Consules oppugnare Carthaginem statuunt, cuius situs fuisse huiusmodi dicitur: Viginti millia passuum muro amplexa, tota pene mari cingebatur,

*De...*



abſque faucibus, quæ III. millibus paſſuum aperiebantur. Is locus murû triginta pedes latum habuit, ſaxo quadrato, in altitudinem cubitorû quadraginta. Arx, cui Byrſæ nomen erat, paulo amplius quàm duo millia paſſuum tenebat. Ex vna parte murus communis erat vrbis & Byrſæ imminens mari, quod mare ſtagnum vocabant, quoniam obiectu protentæ linguæ ſtagnabatur. Conſules igitur quamuis aliquantam muri partem quaſſatam machinis diruiſſent, tamen à Carthaginiensibus victi ac repulſi ſunt: quos fugientes Scipio repulſo intra muros hoſte defendit. Cenſorinus in vrbem redijt. Manilius omiſſa Carthagine ad Aſdrubalem arma conuertit. Scipio, Maſſaniſa mortuo, inter Maſſaniſæ filios tres Numidæ regnum diuiſit: quo cirta Carthaginem reuerſo, Manilius Tezagam vrbem expugnauit atque diripuit. Duodecim millia ibi Afrorum cæſa, ſex millia capta ſunt. Aſdrubal Pœnorum imperator, Maſſaniſæ nepos, ſubſelliorum fragmentis in curia à ſuis propter ſuſpicionem proditiſſis occiſus eſt. Iuuentius prætor in Macedonia aduerſus Pſeudophilippû cõgreſſus, cû maxima clade toti<sup>9</sup> Romani exercitus interfectus eſt.

*De Carthaginis miſeranda deiectiõne ac deletiõne.*

## CAPVT XXIII.

**A**Nno ab vrbe condita DCVI, id eſt, Anno L. poſt bellum Punicum ſecundum, Cn. Cornelio Lentulo, L. Mummiõs. P. Scipio ſuperioris anni coſ. delere Carthaginem ſuprema ſorte molitus, Cõthonem ingreditur: vbi dum ſex continuis diebus noctibusque pugnatur, vltima Carthaginiensiles deſperatio ad deditiõnem traxit, petentes, vt quos belli clades reliquos fecit, ſaltem ſeruire liceat. Primum agmen mulierum ſatis miſerabile, virorû poſt magis deforme deſcendit. Nam fuiſſe mulierum viginti quinque millia, virorum triginta millia, memoriæ traditum eſt. Rex Aſdrubal ſe vltro dedit. Tranſſuſæ, qui Aeſculapij templum occupauerant, voluntario præcipitio dati, igne cõſumpti ſunt. Vxor Aſdrubalis ſe duosque filios ſecum virili dolore & furore ſcæmineo in medium iecit incendium: eundem nunc mortis exitum faciens nouiſſima regina Carthaginis, quem quondam prima feciſſet. Ipa autem ciuitas decẽ & ſeptem diebus continuis arſit, miſerumque ſpectaculum de varietate conditionis humanæ vi-



næ victoribus suis præbuit. Diruta est autem Carthago, omni murali lapide in pulverè comminuto, DCC. post anno quàm condita erat. Multitudo omnis captiuorum, exceptis paucis principibus, venundata est. Ita III. quàm inceptū fuit anno, bellum Punicum tertium terminatum est. Sed mihi quamlibet studiose quærenti, veruntamen homini tardioris ingenij, nusquam omnino causa belli Punicæ tertij, quam in tantum Carthago accenderit, ut iuste everti decerneretur, eluxit. Illud quæ me vel maxime mouet, quod si ita, ut in superioribus bellis evidens in assurgentem causa & dolor accendebat, consultatione non opus erat. At vero cum alij Romanorum propter perpetuam Romæ securitatem delendam esse decernerent, alij vero propter perpetuam Romanæ virtutis curam, quæ sibi semper ex suspitione æmulæ vrbis impenderet, ne vigor Romanus bellis semper exercitus, in languidam segnitiam securitate atque ocio solueretur, incolumem Carthaginem statui suo permittendam esse censerent: causam non ex iniuria laceffentium Carthaginensium, sed ex inconstantia torpescētium Romanorum ortam inuenio. Quod cū ita sit, cur Christianis

Christianis temporibus imputant hebetationem ac rubiginem suam, qua foris crassius, intus exesi sunt? qui porro ante sexcentos ferè annos, sicut sui prudentes timentesq; prædixerant, cotem illam magnam splendoris & acuminis sui Carthaginem perdidit. Itaque finem volumini faciam, ne forsitan collidendo vehementius, discussa ad tempus rubigine, vbi necessarium acumen elicere non possum, superuacuum asperitatem inueniam, quanquam obuiantem asperitatem nequam expauescerem, si interioris spem acuminis inuenirem.

FRANC.

FRANC. FABRICII MARCO-  
DVRANI IN PAVLIOrosij librum  
quartum

## Annotationes.

**D**ixisse Aeneam) Locus est apud Virgilium libro 1. Aeneid. Cum Annibal elephantos) De transitu Annibalis in Italiam, & detrimento accepto dicitur, infra cap. 14.

## In Caput primum.

**A**nno ab vrbe condita CCCCLXIII.) LXIIII. est in omnibus manuscriptis, non, LIIII. vt vulgo legitur. Sed Orosius suo more hic quoque pauciores. quam ceteri, annos numerat. Gellius lib 17. ca. vlt. post annū vrbe condita CCC. fere & LXX. bellum cum rege Pyrrho sumptum est. Bellum Tarentinum & cum Pyrrho rege nonnulli ad annum LXXII. alij ad LXXIII. supra quadringentesimum referunt. Spectaculo theatri) Theatrum hoc portui Tarentino ad prospectum maris imminabat. vbi dum ludos celebrant, ad remigantesque littori Romanas classes vident. hostes rati emicant, & sine discrimine insultant Florus lib 1. ca. 18. Pulsati ab iisdem) Legatos Romanos pulsatos fuisse a Tarentinis

tinis, scribit etiam Liuius libr. 12. Valerius libr. 2. ca. 2. ait, Præter grauiſſimas iniurias acceptas vnum etiam vna respersum fuisse. Proletarij) De Proletarijs lege elegantissimum cap. 10. libr. 10. Auli Gellij Cum Aemilio consule) Si Aemilius iniuriarum actionem à prætore postulasset contra eos, qui ante nos hunc auctorem ediderunt, nemo negaret, cum præsertim illos reos peragere non modo Annalium memoria, verum etiam vetustorum librorum omnium testimonio posset, ac conuincere, se hanc rem contra Tarentinos gessisse, non Leuinum, cui illi eam tribuerunt: quasi solus Leuinus rem cum Tarentinis socijsque eorum gesserit. At in Liutana Epitoma libro 12. legimus ante Leuinum aduersus eos aliquot prælijs à compluribus ducibus bene pugnatum esse. In his ergo fuit L. Aemilius Barbula consul cum Q. Marcio Philippo anno vrbe CDLXXII. usque, re bene gesta proximo anno post consulatum triumphauit. qua de re in Capitolinis triumphis ita est, L. AIMILIVS Q. F. Q. N. BARBVLA. AN. CDLXXIII. PROCOS. DE. TARENTINEIS. SAMNITIBVS. ET. SALLENTINEIS. VI. IDVS. QVINT. Nam Tarentum vt pote ex Laced.) De Tarentinorum origine & opibus Strabo libr. 6. Elephantos etiam) Lege Plinium lib. 8. cap. 6. Solinum cap. 38. Responso circumuentus) Responsum intelligit, quod Ennius hoc versu comprehendit, aio te Aeacida Romanos vincere posse. Cic. li. 2. de Diuinat. Arnobius li. vlt. De Pyrrho Ennius Apollinis Pythij responsa confinxit, cum iam Apollo versus facere desisset. Exitum fecit



322 IN LIBRVM QVARTVM  
eius, qui non const.) Sic est in omnibus antiquis  
hoc sensu. Pyrrhus deceptus oraculo Apollinis eo fato  
perijt, quo etiam si oraculum non consulisset, pe-  
riturus erat. Apud Heracleam) De loco huius  
pugna idem scribit Florus libr. 1. cap. 18. & Plutar-  
chus de Pyrrho in eius vita, κατεράτο τὸ δέουσα &  
τῶ μ. τ. αὐτὸ τῶ δῆλο τῶ δόλεως & ἱρακλεῖα,  
id est, castra posuit in campo, qui est inter Pando-  
siam urbem & Heracleam. Fluuiumque Sirim.)  
Syrim, vulgo hic & in Floro mendose legitur: est e-  
nim οἰγῆς fluuius apud Plutarchum & Strabonem  
libr. 6. & Stephanum de urbibus. Plinius libr. 3. cap.  
11. Est inter Sirin & Acirin Heraclea. Lævinum  
const.) P. Valerius Lævinus consul cum Ti. Coru-  
tiano fuit anno CDLXXIII. In Plutarchi libr. pri-  
ma syllaba nominis Lævini est deprauata: legitur e-  
nim ἀλβίνο, pro λαβίνο. Sic in postrema quoque  
editione Basiliensi est, τῶ πῆνοσ ε τῶ ποταμῶ,  
pro τῶ ποσῆπνοσ. Hoc quoque quasi præteritus mo-  
nebo. Ferentana turme præfectum, qui in Plutarchi  
libris δ τῶ λακος nominatur, in meo Floro manuscri-  
pto Obsidium dici quod nomen in impressis libris de-  
sideratur. Sed postquam Minucius) De hoc Flo-  
rus, C. Minucius quarta legionis hastatus vnius pro-  
boscidæ abscissa mori posse belluas ostenderit. Pedi-  
tum XIII. millia) Hic numerus est in omnibus ma-  
nuscriptis. Dionysius tradit, Romanorum cecidisse  
pauculo minus XV. millibus, Hieronymus tantum VII.  
millia. Capti MCCCX.) Hic numerus in vno ma-  
nuscripto integer est: in cæteris vulgaris numerus scri-  
ptus est, cū alius antea fuerit. Eutropius ait, Pyrrhum  
cepisse

## ANNOTATIONES.

323

cepisse Rom. mille octingentos. Equites autem cæsi  
CCXLIII) In Gualtheri libro est, CCXLVI. Varietas  
nata est ex eo, quod II. in V. saepe coeunt, sicut & con-  
tra fieri solet. Nam quantus est diuerso numerus)  
Numerum extinctorum sociorum Pyrrhi, quem O-  
rosius, memoria traditum non esse ait, Dionysius &  
Hieronymus prodiderunt: ille enim XIII. millia, hic  
non plane quatuor millia cæsa scripsit, auctore Plutar-  
cho. In prima Persici belli) De hoc diximus libro  
superiore ca. 16. Secunda inter Pyrrhum & Ro.)  
Secunda hac pugna cum Pyrrho commissa est, P. Sul-  
picio, P. Decio Mure Coss. anno CDLXXIII. de qua Eu-  
tropius ita, Misi sunt contra Pyrrhum duces P. Sul-  
picius, & Decius consules. Certamine commisso, Pyr-  
rhus vulneratus est, elephantis interfecti, XX. millia  
cæsa hostium, & ex Romanis tantum quinque millia.  
In Apuliæ finibus) Pugnam commissam τῶ ἐν ἄσ-  
κλον scribit Plutarchus in Pyrrho. & Florus ita, In  
Apulia deinde apud Asculum melius dimicatum est.  
Agathocle mortuo) Quis hic Agathocles fue-  
rit, quibusque vijs ad regnum ascenderit, est Diodori  
Siculi libro 19. abunde cognoscet. de eodem cap. 6.  
plura.

## In Caput secundum.

Nam Fabio Gurgite) Q. Fabius Maximus Gur-  
ges & C. Genucius Clepsina Consules ex Capitolinis  
tabulis fuerunt anno urbis CDLXXVII. De huius  
anni pestilentia Augustinus de Ciuitate Dei libro  
3. capite 17. Reuersum ex Sicilia Pyrrhum) M.  
Curio Dentato, L. Cornelio Lentulo Coss. Pyrrhus



324 IN LIBRVM QVARTVM  
 à Tarentinis & Samnitibus in Italiam reuocatus  
 redijt. Curius Consul contra eam missus exercitum  
 eius cecidit, ipsumq; Italia expulit, Plutarchus in  
 Pyrrho, Liius libro 14. Iustinus 23. Eutropius 2.  
 Apud Lucaniam in Arufinis campis) Supre-  
 mam pugnam cum Pyrrho commissam fuisse in Aru-  
 finis campis Lucania, scribit etiam Florus. Frontinus  
 quoque libr. 4. exponens rationem aciei instructæ à  
 Pyrrho, cum victum in campis Arufinis ad Beneuentum  
 ait. Cæsa referuntur XXXIII. millia. Eutro-  
 pius, Ea die cæsa hostium XXIII. millia. Pyrrhus  
 quinto demum anno) Plutarchus, οὕτω μὲν ἤ-  
 πασε τῶν ἰταλικῶν καὶ σικελικῶν ἐλπίδων ὁ πύρρος  
 ἕξαετὴ χρόνον ἀναλώσας περὶ τοὺς ἕκῃ πολεμους.  
 id est, Ita Pyrrhus spe Italiae & Sicilia deiectus est,  
 cum sex annos in bellis ibi gestis consumpsisset. Saxo  
 iectus occubuit) Pyrrhum ictu tegulae prostratum  
 scribit Auctor de viris illustrib. Plurtarc. etiam κε-  
 γαμίδα nominat, quam Argiua mulier de tecto in il-  
 lius caput deiecit. Tunc quoque Sextilia) Sextili-  
 am incesti damnatam fuisse post societatem cū Pro-  
 lemao Aegypti rege initam, cognoscitur ex epitoma  
 Liiiana 14. Hac autem societas, auctore Eutropio, fa-  
 cta fuit C. Fabricio Lusino, C. Claudio Canina Con-  
 sul, qui fuit annus vrbis CDLXXX. secundum Fastos Ca-  
 pitolinos, quos sequimur.

In Caput tertium.

Anno ab V. C. DCLXXV.) Alijs hic annus  
 est post V. C. CDLXXXI. quo L. Papirius Cursor, &  
 Sp. Caruilius Maximus iterum Consules aduersus  
 Samni-

Samnites, Bruttiosq; & Lucanum cum Tarentino  
 populum declarati fuerunt, vt ait Liius libro 24.  
 hiq; bellum Tarentinum & Samniticum consece-  
 runt, ac de Tarentinis, Samnitibus, Lucanis &  
 Bruttijs triumpharunt, vt ex tabulis Capitolinis  
 cognoscitur. Cartaginiensium auxilia) Hinc recte  
 Carolus Sigonius acerrimi ingenij, summaq; doctri-  
 nae vir in Liiiana epitoma libr. 14. emendauit, Car-  
 thaginiensium classis auxilio Tarentinis venit quo  
 facto ab ijs foedus violatum est. cum antea, Mamer-  
 tinis, pro Tarentinis, mendosè legeretur. Sequen-  
 ti anno) qui fuit ab V. C. CDLXXXII. & L.  
 Genucium Clepsinam ac C. Quintium Consules  
 habuit. Aduentante dudum Pyrrho) Nempe  
 ante annos nouem. Tum enim legio Campana in  
 praesidium Rheginorum cū prefecto D. Iubellio mis-  
 sa, occisis Rheginis, Rhegium occupauit, Liius lib.  
 12. & Polybius libr. 1. pluribus verbis. De eadem re  
 Valerius libr. 2. cap. 2. Nouum scelus ausa, Rheg.  
 omnes) Auxit, pro, ausa, vulgo mendosè legi-  
 tur. Polybius de huius legionis militibus, καὶ τοὺς  
 μὲν ἐκβαλόντες, τοὺς δὲ ἀποσφάζαντες τῶν πολι-  
 τῶν, κατέσχον τὴν πόλιν. id est, Ciuibus partim eie-  
 ctis, partim interfectis, urbem occuparunt. Capti-  
 q; omnibus ipse quidem) Polybius, κρατήσαντες  
 τῶν μὲν πλείους ἐν αὐτῇ τῇ καταλήξει διεφθάρ-  
 σαν, ἐκθόμως ἀμυνομένους διὰ τὸ προσορᾶσαι τὸ  
 μέλλον, ζωγρεία δὲ ἐκυρίευσαν πλείωνων ἢ τριακο-  
 σίων. τὸν ἀναπεμφθέντος εἰς τὴν ῥώμην, διερατηγοῖ  
 παραγαγόντες εἰς τὴν ἀγορὰν, καὶ μασιγώσαντες ἅ-  
 παντας κατὰ τὸ παρ' αὐτοῖς ἕθος ἐπέλεξαν.  
 X 3 id est,



326 IN LIBRVM QVARTVM  
id est, Victoria potiti maximam eorum partem, cum  
prouiso periculo acriter resisterent, in expugnatione  
oppidi oppresserunt, & trecentos amplius viuos captos  
Romanis remisserunt. quos Praetores in forum produ-  
ctos, virgibusq; caesos ad vnum omnes more patrio secu-  
ri percusserunt.

### In Caput quartum.

Anno ab vrbe cōdita CDLXXVII.) Hic an-  
nus proximus ante Sempronium Sophum Consulē  
alijs est vrbe cōdita CDLXXXIII. Sequenti ab hinc  
anno) P. Sempronius Sophus consul cum App. Clau-  
dio Crasso fuit anno CDLXXXV. & vterque de Picen-  
tibus triumphauit. Cum horrendo frag. terra tre-  
muit) Huius terramotus sicut & belli Picentis me-  
minit Florus lib. 1. ca. 19. Quomodo Sempronius mili-  
tes terramotu perterritos cōfirmauerit, scribit Fron-  
tinus lib. 1.

### In Caput quintum.

Inter multa prodigia) Horum prodigiorum  
mentionem Diaconus in suis additionibus ad Eutro-  
pium fecit. Tunc etiam Vulsinientes) De hac  
re Florus libro 1. cap. 21. Postremi Italicorum in si-  
de māfere Vulsini opulentissimi, Etruscorum implorantes  
opem aduersus seruos quondam suos, qui li-  
bertatem à dominis datam in ipsos exererant, trans-  
lataque in se Repub. dominabantur. Sed hi quoq; du-  
ce Fabio Gurgite poenas dederunt. In Capitolinis tri-  
umphis legimus, M. Valerium Flaccum Cos. de Vul-  
sinensibus triumphasse anno CDLXXXIX. initio belli  
Puni-

Punici primi. Itaque conspirantes) De Vulsinien-  
sium seruorum in potentia lege Valerium libr. 9. cap. 1.  
Pestilentia ingens) Huius pestilentia meminit  
Augustinus de Ciuitate Dei libr. 3. cap. 17. Sed  
ne quem tentata) Hæc lectio est in Gualtheri libro.  
quam nos reiectis ijs quæ vulgo leguntur, cupide re-  
cepimus. Capparonia.) In libris scriptis est, Cappar-  
ronia.

### In Caput sextum.

Ante urbem Romam daos & LXX. an-  
nos.) Sic Iustinus libr. 12. de Carthagine, Con-  
dita est vrbs hæc LXXII. annis ante quam Roma  
in Liuiana Epitoma libr. 51. legimus Carthaginem  
captam septingentesimo anno quam erat cōdita. Vn-  
de cum Scipio Carthaginem expugnauerit anno ab  
vrbe condita DCVII. cōdita ante Romā annis XCIII.  
inuenitur. Sed in Eusebii Chronico Carthago condita  
ante Troiam captam annis fere XL. reperitur. Appi-  
anus Libycam siue Carthaginensem historiam sic  
orditur, καρχηδόνα τὴν ἐν λιβύῃ φοίνικες ἔκτισαί  
ἔτεσι πενήκοντα πρὸ ἀλώσεως Ἰλίου. Cartha-  
ginem, quæ est in Africa, phœnices condiderunt an-  
nis L. ante Ilium captum. Ab Elisa) Quæ Dido  
cognominata fuit. οἰκιστὴ δὲ αὐτῆς, inquit Appi-  
anus, ἐγένοντο ἑσπέρως τε καὶ καρχηδόν. ὧς ἑσ-  
πέρως καὶ αὐτοὶ καρχηδόνιοι νομιζοῦσι διδῶ γυνὴ  
τοῦ Ἰα. Conditores eius fuerūt Xorus & Carchedon-  
seu, vt Romani, atq; adeo ipsi Carthaginenses putāt,  
Dido mulier Tyria. plura Virgilius li. 1. Aenei. Sicut  
Pōpeius Trogus) Quæ Orosius hoc capite de Car-  
thagini-



328 IN LIBRVM QVARTVM  
thaginiensibus scribit, ea sunt apud Iustinum ex Trogo libr. 18. & deinceps. Aetatemque impub.) Consueverant Carthaginenses Saturno praestantissimos filios suos immolare, auctore Diodoro libr. 20. Ducem suum Mazeum) In vulgatis Iustini libri hic dux Machueus nominatur: noster manuscriptus cum Orofii libris consentit. Ita ut erat) ὡς εἶχε, ὡς ἐτυχε. Male igitur vulgo contra fidem librorum antiquorum scripserunt, Ita ut erat dignus. Imilco rex Carthag.) Hic in impressis Iustini libris Amilco, in scriptis Imilco, à graecis ἰμιλκῶν dicitur. Fuit is rex Carthaginensium Olympiade XC VII. & rem in Sicilia contra Dionysium seniore in felicitate gessit, quod capta Achradina vna parte Syracusarum Cereris & Proserpinae templa spoliavit, pestemque grauisima inde exercitus laborauit, auctor Diodorus libr. 14. Inter haec procedit & ipse.) Diodorus de Imilcone, εἰς τοσούτο δὲ ἤλθεν ἀτυχίας ὥστε μετὰ τῆς εὐτελεστάτης ἐπιπέρας περιείη τοὺς κατὰ πόλιν ναοὺς, κατηγορῶν τῆς ἰδίας ἀσεβείας, καὶ περὶ τῶν εἰς θεοὺς ἀμαρτημάτων ὁμολογοῦμεν ἡμῶν διδοῦς τιμωρίαν τῶν δομησίων. τὸ δὲ τέλος, εἰ αὐτὴ καταγνοῦς θάνατον, ἀπεκατέρρησε. id est, Adeo misera eius fortuna esse cepit, ut cum vilissima veste vrbis templa obiens, suam ipse impietatem damnaret, atque testatas violati numinis poenae persolueret. ad extremum se capitis damnauit, inediaque vitam abruptit. Cum Tyrum vrbem) De Tyri expugnatione dictum libro superiore cap. 16. Carthaginem vero Tyri considerunt, semper parentum loco culti, ait Curtius libr. 4. Vnde Diodorus

dorus libr. 17. καρχηδονίου τυρίων ἀπογόνου vocat. Virg. 1. Aeneid. Vrbs antiqua fuit, Tyrj tenuere coloni, Carthago Nanque Agathocles) Diodorus initio libr. 20. à Troia capta vsque ad profectiorem Agathocles in Africam numerat annos DCCCLXXXIII. Annonem quaedam cum XXX. millibus) Hac quidem ita Iustinus libr. 22. At Diodorus scribit non solum Annonem, sed & Bomilcarem contra Agathoclem missum cum exercitu: in quo pedites non pauciores XL millibus, equites mille, quo pedites non pauciores XL millibus, equites mille, curruum duo millia fuerint. quibus Agathocles opposuit primum filium suum Archagathum cum duobus millibus peditum & quingentis: deinde Syracusanorum tria millia L. tum graecorum millia tria, totidemque Samnitum, Etruscorum & Gallorum. Cecidisse idem in praelio ait, Graecos ducentos, Carthaginenses non amplius mille, tametsi quidam sex millia scripserint. Antander Agathocles frater) Andro, in vulgatis corrupte legitur. Tu lege Diodorum, qui hac omnia copiose exponit. Rex Cyrenarum Ophellas) Diodorus libro 20. ὁ δὲ ὀφέλλας ἦν μὲν τῶν φίλων τῶν σωεστρατευμένων ἀλεξάνδρω, κυριεύων δὲ τῶν περὶ κυρήνην πόλεων καὶ διωάμενος ἀδρᾶς, περιεβάλετο τὰς ἐλπῖσι μεζονα διωασείας, id est, Ophellas erat ille quidem ex ijs amicis alexandri, qui cum ipso militauerant, sed cum Cyrenaias vrbes magnasque copias in sua potestate haberet, maius imperium spe conceperat. Bomilcar dux poenorum) Amilcar vulgo hic male nominatur. est enim Βομίλκαρς, qui cum Carthagine regnum occuparet, interfectus fuit, ut scribit Dio-



330 IN LIBRVM QVARTVM  
 bit Diodorus. Deinde cum post mortem Agath.)  
 Plenior historia petenda ex Iustini lib. 23. Nam quae  
 Diodorus de his rebus literis consignauit, ad nos non  
 peruenerunt. Nihil non subsiciuum, nihil non in  
 vulnus suum) Hæc est omnium librorū vetustorum  
 lectio. Est aut subsiciuum, siue subsociuum quod graeci  
 ἀσπίς γυνδιδικunt, à re principali, vr ita dicam, ali-  
 enū & quasi superfluum. Trāslatione sumpta ab ijs,  
 quæ in agrorum assignationibus subsociua nominan-  
 tur. de quibus Frontinus.

In Caput septimum.

Anno ab vrbe condita CDLXXXII) Hic  
 annus, quo bellum Punicum primum geri cœptum,  
 cum varium numerum apud scriptores habeat, in  
 Fastis Capitolinis est CDLXXXIX. Q. Fabio) Solus  
 Orofius, quod sciam, cum App. Claudio Fabium Cos.  
 comparat pro quo alia omnia monumenta Flaccum  
 habent, qui in Fastis Capitolinis ita describitur, M.  
 FVLVIVS. Q. E. M. N. FLACCVS. De re gestis  
 ab App. Claudio cum Pœnis & rege Hierone, Po-  
 lybius lib. 1. Liuius lib. 16. Florus lib. 2. cap. 2.  
 Consules Agrigentum) Consules anni tertij hu-  
 ius belli L. Postumium Megellum, Q. Mamilium  
 Vitulum intelligit. Hi enim ad Agrigentum rem-  
 gesserunt oppidumq; ceperunt, Polybius lib. 1. C.  
 Cornelio Asina, C. Duillio) Hi anno quinto hu-  
 ius belli, & post vrbe condita DDXCIII. Consules fu-  
 erunt. quod de celeritate in classe comparata Orofius  
 scribit, est apud Florū li. 2. CXXX. nauium clas-  
 sis) Apud Florū est, CLX. Punica fraude captus) 112

de Cornelio capto scripsit Liuius libro 17. sed Polybius  
 fraudis nullius motione facit. Quod vbi Duillius)  
 Hic est C. Duillius M. F. qui Pœnos primus classe de-  
 uicit, Cicero in Catone, Valerius li. 3. ca. 3. Plinius li.  
 34. ca. 5. Triginta & vna naues) Idem numerus est  
 in Eutropio, nisi quod XIII. naues mersas scribit. Po-  
 lybius tradit, Pœnos in hoc pralio naues L. amisisse.  
 Ibiq; interfectus est) Anno dux Carthaginien-  
 sium pro Olbia oppido fortissime pugnans occidit, Va-  
 lerius li. 5. ca. 1.

In Caput octauum.

Anno ab hoc proximo) Hic annus in Fastis Ca-  
 pitol. est ab. v. c. CDXCV. quo A. Atilius Calatinus, C.  
 Sulpicius Paterculus Cos. fuerunt. Calpurnij Flam-  
 mæ) Sic nominant hunc tribunum Liuius lib. 22.  
 Florus li. 2. Auctore de viris illustrib. Plin. lib. 2. ca.  
 6. M. Calpurnium Flammam appellat. Cato illum  
 Q. Cædicium, Quadrigarius Laberium vocauit, Le-  
 ge Gellium lib. 3. cap. 7. & Frontinum lib. 1. Lapi-  
 dus coopertus interijt) In epitoma Liuiana li. 17.  
 de Annibalis interitu ita scriptum est, Annibal dux  
 Pœnorum victa classe, cui praefuerat, à militibus suis  
 in crucem sublatus est. De eodem Polybius, ἡρώους  
 δὲ οὐ πολλοῖς χετόπιν ἐν τῇ σαρδόνι συχλη-  
 σθεῖς ὑπὸ ῥωμαίων ἐν τινι μὲν, καὶ πολλὰς ἀπο-  
 βαλὼν τῶν νεῶν, παραυτίκα συλληφθεῖς ὑπὸ τῶν  
 διασωθέντων καρχηδονίων ἀνεσαυρόθη. id est, Tem-  
 pore non ita longo post in Sardinia circūuentus à Ro-  
 manis in quodam portu, cū magnum numerū nauium  
 amisisset cōtinuo à Carthaginensibus qui euaserāt  
 compre-



332 IN LIBRVM QVARTVM  
 comprehensus, atque in cruce sublatuſ eſt. Atiliuſ  
 Conſul) C. Atiliuſ Reguluſ ſignificatur, qui anno  
 octavo huiuſ belli cum Cn. Cornelio Blaſione Conſul  
 fuit, & de Pœniſ triumphum naualem egit, vt eſt in  
 tabulis Capitulinis. Conſuleſ in Africam) Conſu-  
 leſ hi fuerunt, M. Atiliuſ Reguluſ, & L. Manliuſ Vul-  
 ſo, Polybiuſ, Eutropiuſ, & Floruſ. quos lege. Serpens  
 miræ magnitudinſ) Hanc hſtoriam de ſerpente  
 à T. Liniuſ curioſè pariter ac facundè relatam initio  
 libr. 18. ſcribit Valeriuſ libro primo extremo. Recit at  
 eandem à Tuberone Gelliuſ li. 6. cap. 3. Reguluſ ad-  
 uerſuſ treſ imp.) Eutropiuſ treſ duceſ ſine nomine  
 edit. Polybiuſ, ἀσπίδα, βόταρον & μίλχον nomi-  
 nat. Cæſa XVII. millia) Eutropiuſ. X. & VIII. mil-  
 lia hoſtium cecidit. Oppida LXXXII.) Eutropiuſ  
 LXXXIII. ciuitateſ in ſidem accepit.

*In Caput nonum.*

Duraſ conditioneſ) Idem ſcribit Polybiuſ libr.  
 1. Eutrop. 2. Xanthippum Laced. regem) Re-  
 gem hunc Lacedæmoniorum fuiſſe, nemo, quod ſci-  
 am. ſcribit, duceſ miſſum Carthaginienſibuſ om-  
 neſ. Cicero 3. de Officijs, Xanthippum Lacedæmo-  
 nium vocat, Polybiuſ, ξάνθιππόν τινα λακεδα-  
 μόνιοιſ ἀνδρα, τῆſ λακεδαιμῶν ἀγωγῆſ μετερχο-  
 μένοſ, & τεβῆſ ἐν τοῖſ πολεμικοῖſ ἔχοντα ſύμ-  
 μετροῖſ. Xanthippum virum Lacedæmonium, qui  
 Spartano more educatuſ mediocrem in re militari  
 uſum habebat. Nam XXX. millia) Appianuſ in  
 Libyca, ἀπὸ τετραμυρίων ἀνδρῶν, δυὸſ δὲ ἀσπί-  
 δεſ ἦγεν, ὀλίγοι μὲν αὐτῶν ἐπὶ ἀσπίδα πῶλεν διέ-  
 δρασαν

δρασαν οἱ ἄλλοι τοῖſ πάντεſ, οἱ μὲν ἀπὸ λοντο, οἱ δὲ  
 ἐξ ὤρεθραſα. Et triginta millibuſ, quorum Atiliuſ  
 dux præerat, pauci aſpidem agrè conſugerunt: reli-  
 qui omneſ partim caſi, partim capti ſunt. Duo mil-  
 lia euaiſſe Polybiuſ & Eutropiuſ tradunt. Decimo  
 demum anno) Decimuſ annuſ huiuſ belli fuit poſt  
 Conſulatuſ Reguli & Manlij, Fuluiuſ & Aemilio  
 Coſſ. quo anno Regulum captum rectè putat Sigoni-  
 uſ. Nam & Appianuſ de captiuuſ agens, & μετ' αὐτῶν,  
 inquit, ὁ στρατηγὸſ ἀπίλιοſ, ὑπάρτοſ γεγονῶſ, ἀιχ-  
 μαλωτόſ ἦν. Cicero tamen lib. 2. de Offic. ita ſcribit,  
 M. Atiliuſ Reguluſ, cū conſul iterum in Africa ex  
 inſidijs captuſ eſſet, &c. Xanthippuſ tam auda-  
 ciſ) De cauſiſ, quare Xanthippuſ ſubito ex Africa  
 diſceſſerit, Polybiuſ legenduſ, & Appianuſ. Cum  
 claſſe CCC. nauium) Idem numeruſ eſt in Eu-  
 tropio. Polybiuſ τετρακόſια & πεντήκοντα ſκάφη  
 habet. Præterea XXXV. millia.) In impreſſiſ  
 Eutropij libriſ eſt, Quindecim millia hoſtium aut oc-  
 cidit aut cepit. Sed cum in noſtro manuſcripto ſit,  
 Quinque millia, puto numeruſ, quo triginta ſigni-  
 ficata fuerunt, intercidiffe. Nam de CCC. nau-  
 ibuſ) Eutrop. aliter, Tanta tempeſtaſ fuit, vt ex CC-  
 CCLXIII. nauibuſ LXXX. ſeruari vix potuerint. Sic  
 & Polyb. τῶν γὰρ ἔχοντα & τετραδων πρὸſ τῶſ  
 τετρακοſίαſ ναυſιν ὀδοῖοντα μόνον ſωβῆθαι πε-  
 ριλεφθῆναι ſκάφη. Tertio anno) Oroſiuſ hic du-  
 oſ annuſ extremeſ connumerat. Nam inter hoſ Con-  
 ſuleſ, ac ſuperioreſ Paulluſ & Nobiliorem vnus tan-  
 tum annuſ interſuit. De rebus ab hiſ Coſ. geſtiſ Po-  
 lybiuſ & Eutropiuſ. Præterea Cotta Conſul) C.



334 IN LIBRVM QVARTVM  
 Aurelius Cotta Consul cum P. Seruilio Gemino fuit  
 anno vrbis DI. quo eum de rœnis & Siculis triũphas-  
 se Capitolinis tabulis est prodiũ. C. Furio Pacilo  
 Pacilus, nõ Placidus Furij cognomen est in Fastis Ca-  
 pitolinis. quorũ auctoritas nobis grauisima est. De  
 re à Metello gesta Polyb. & Eutrop. CIII. capti & c.  
 per Italiã ducti) In Eutropio est, Metellum per Ita-  
 liã duxisse elephantos CXXX. Plinius li. 8. ca. 6. scribit  
 Metellum in Italiã transuexisse CXLII. At in epitoma  
 li. 19. legimus in Metelli triumpho ductos CXX.

In Caput X.

At quam rem Atilium victis à Metello Car-  
 thaginiensibus Regulus Romam ad Senatum missus  
 est iuratus, & captiuos reddendas negauit, Cartha-  
 ginemq; ad supplicium redijt, qua de re disputat Cic.  
 lib. 3. de offic. multiq; alijs locis mentionem facit. Vi-  
 de Liuium libr. 18. Eutropium 2. Valerium 1. cap. 1.  
 Gellium lib. 6. cap. 4. Horat. lib. 3. car. Oda 5. Silium  
 li. 6. Resectis Palpebris) Verba sunt ciceronis de  
 supplicio Reguli in orat. in Pisonem. Quod vero M.  
 Tullius ait Regulum in machina esse necatũ, id Ap-  
 pianus sic expressit, & αὐτὸν οἱ καρχιδόνιοι καθεῖ-  
 ζαντες ἐν γαλεάγρα, κέντρα πᾶντοθεν ἐχέον, διέφ-  
 θειραν. Alter deinde Regulus) C. Atilius Regulus  
 & L. Manlius Vulso consules iterum fuerunt anno  
 DIII. Horum consulum nomina in meo manuscrip-  
 to Iustino libr. 41. integra sunt, nisi quod pro Vulso-  
 ne more antiquo scriptum est, Bulsone: vnde in vul-  
 gatis factum est, Pisonem. Ea qua hi consules cum Poni-  
 nis gesserunt, multis verbis narrat Polybius. Post  
 hos

hos Claudius Cos.) Hic est P. Claudius App. F. qui  
 cum cauea liberati pulli non pascerentur, mergi eos  
 in aquam iussit, vt biberent, quoniam esse nolent, ci-  
 cero libr. 2. de Natur. Cum classe CXX. nauium)  
 His tres addit Polybius, qui omnem rem copiose nar-  
 rat. Anno etiam consequenti) Hac à Diacono Eu-  
 tropij historia inserta pro Eutropianis vulgo legun-  
 tur. Lutatius cum classe CCC. nauium) C. Luta-  
 tius Catulus Cos. cum A. Postumio Albino fuit anno  
 ab V. C. DXI. ex ratione Fastorum Capitol. Nam O-  
 rosius est annus DVI. Catulum cum classe CCC. nau-  
 um transuectum ex vetustis libris scripsimus, cum  
 vulgo sit classis CC. nauium. Eutropius quoque au-  
 thor est, Catulum cum CCC. nauibus in Siciliam pro-  
 sectum fuisse. Neque vero adduci possum vt credam,  
 factum fuisse. Neque vero adduci possum vt credam,  
 populum R. prater CC. illas quinquereemes, quas à pri-  
 uatis adificatas scribit Polybius, nullas alias naues  
 publicas habuisse. Apud Aegates insulam) Polybi-  
 us, ἐπλευσε πρὸς τὴν ἀγροσσαι νῆσοις τὴν πρὸ τῆς  
 λιλοβαΐα κειμένην. Silius libro 1. Auet Aegates abo-  
 lere parentum Dedecus Pugnatum est VI. Idus Mar-  
 tias, inquit, Eutropius. LXIII. Punicæ naues ca-  
 ptæ sunt.) In numeris Orofii libri cum Eutropi-  
 anis fere consentiunt. Polybio cum his magna differ-  
 entia est.

In Caput XI.

Vt Sicilia Sardiniaque decederent) Polybius.  
 ἐκχωρεῖν τῆς σικελίας ἀπώσεως καρχιδονίως, & τῆς  
 νήσων, ὅσαι μεταξὺ τῆς ἰταλίας κείνται & σικε-  
 λίας, Poni omni Sicilia, & insulis, qua inter Ita-  
 liam



336 IN LIBRVM QVARTVM  
liam & Siciliam sunt decedunt. Liuius li. 21. Pœni  
nauali ad Agates clade accepta, Sicilia & Sardinia  
cessere. Proque impensis bellicis) ἀργυρίαι καὶ  
νεγκῆν καὶ ἑσπέρων ἰσθμίων ἐν ἑτέροις εἰκοσι δια-  
χιλία καὶ διακόσια τάλαντα εὐβοϊκά Pœni Romanis  
in annos XX. duo millia & ducenta talenta Eubœica  
pendunt. Sed decem legatos tēpus stipendij mutasse,  
ac mille talenta addidisse. idem subiicit. Post annum  
tertium & viges.) Polybius & Liuius, qui tempus  
huius belli excitati respiciunt, scribunt id gestum an-  
nis XXIII. sed Orofius numerat ab ap. Claudio & Q.  
Fulvio Coss. quibus bellum vnicum primum geri ce-  
ptum est. Anno ab V. C. DVII.) Hic annus, quo Q.  
Lutatius & A. Manlius Coss. fuerunt, in Fastis Capito-  
linis est DXXI Vbi vides Orofium, vt superius, ita hic  
quoq; annos quinq; minus numerare. Q. Lutatius  
A. Manlio Coss.) Catuli nomē, quod Lutatius in O-  
rofii libris datur, nos deleuimus: cū ille non ex Catu-  
lorum, sed Cerconū familia fuerit, atque in Capito-  
linis Fastis sic describatur, Q. LVTATIVS C. F. C. N.  
CERCO Aedē Vestę corripuit) De eade Vestę incē-  
censa Liuius li. 19. nocte eā arfisse tradit Valerius lib.  
1. ca. 4. L. Metellus pontifex Max. hoc incendio, cum  
valladiū raperet ex eade vestę lumina amisit, auctor  
Plinius lib. 7. ca. 43. & Plutarchus in Parallelis. T.  
Sempronio Graccho, P. Valerio Falcone Coss.  
Cōsules hi ex Capitol. Fastis an. DXV. fuerunt. Quod  
aut Orofius bellum Faliscorū ad hunc annū refert,  
in eo dissentit ab Eutropio, qui id triennio ante Cer-  
cone & Torquato Coss. gestum scribit, eosq; de Fali-  
scis triumphasse notatum est in tabulis Capitolinis.

## In Caput XII.

Sardinia insula rebellauit) De hac re Polybius  
in sine li. 1. Eutropius 3. Hoc anno porta Iani) Hu-  
ius rei mentionem fecimus in ca. 8. li. 3. Plutar. in Nu-  
ma, μάχη ἀτιλίας καὶ πύλα μαλλίας ὑπατεύοντων δ'  
νέος τῆς ἰανῆς ἐκλείδῃ χρόνονοῦ πολλῆν, εἶτα εὐθὺς  
ἀνεχώρησε πολέμου σὺρραγέντος. M. Atilio, & T. Ma-  
lio Coss. templum Iani clausum non diu fuit, sed con-  
tinuo bello exorto, rursus apertum est. Post annos  
CCCXL.) Legitur etiam, ccccl. sed alter nume-  
rus verior, cum tot fere anni à principio regni Hosti-  
lij ad Manlium & Atilium numerentur.

## In Caput XIII.

Anno ab V. C. DXVII.) Amilcar pater Anni-  
balis auctore Cassidoro, in Hispania occisus est, M.  
Aemilio Barbula, M. Iunio Pera Coss. qui annus in  
Fastis Capitolinis est ab V. C. DXXXII. De Amilcaris  
interitu plura Polybius initio libr. 2. Sequenti an-  
no Romanorum) Legatos Polybius libr. 2. nomi-  
nat γάϊον καὶ λέβκιον κορογκαπίους: qui ad Teutam  
reginam Illyriorum ob iniurias Italicis mercatori-  
bus illatas misi fuerunt, atque alter eorum iussu re-  
gina interfectus fuit, vt idem scribit. In epitoma  
quoque libr. 20. legitur, Bellum Illyrijs propter v-  
num ex legatis, qui ad eos misi erant, occisum, in-  
dictum est. Appianus item Coruncanij ab Illyrijs in-  
terfecti meminit in Illyrico. Florus vero libro 2. cap.  
1. Legatos Romanos imperante Teuta occisos scri-  
bit. Plinius lib. 34. ca. 6. nominat legatos P. Iunium



337 IN LIBRVM QVARTVM  
 & I Coruncanium, quibus à Teuta Illyriorum regina interfectis statua in rostris posita fuerūt Galulum virum & Gallam) Romani inquit Plutarchus in Quaestionibus δύο μὲν ἄνδρας, δύο δὲ γυναῖκας ἐν τῇ βοῶν ἀγορᾷ λεγομένη, τοὺς μὲν Ἕλληνας τοὺς δὲ γαλάτας ζῶντας χερσὶν ἔλασαν. Id vero eos ex libris Sibyllinis fecisse initio belli Gallici Cisalpinii scribit Idem in Marcello. L. Aemilio Papo) Aemilio Catuli cognomen vulgo corrupte hic additur, sicut Pauli, apud Plinium lib. 3. cap. 20. In Fastis Capitolinis hi Consules an. D XXII X sic nominantur, C. AEMILIVS. Q. F. CN. N. PAVS. C. ATILIVS. M. F. M. N. REGVLVS. Hoc bellum Gallicum describunt Polybius libro 2. Plutarchus in Marcello. Liuius libro 20. Florus libro 2. cap. 4. Eutropius libro 2. Maxime Gæfatorum.) Ita hoc nomen ex optimo Corn. Gualtheri libro descripti Polybius, διόπερ εὐθέως τὰ μέγιστα τῶν ἐθνῶν, τὸ, τείνοσθε, καὶ βοῶν συμφρονήσαντα, διεπέμποντο πρὸς τοὺς κατὰ τὰς ἀλπεὺς καὶ τὸν ῥοδανὸν ποταμὸν χερσὶν ἔλασαν, προσάγορευμένους δὲ διὰ τῶν μισθῶν στρατεύειν, γασάτες. ἢ γασπλέεις αὕτη τῶτο σημαίνει κυρίως, id est, Quo circa maxima gentes Insubriam & Boiorum, facta inter se societate, legatos miserunt ad Gallos, qui Alpes Rhodanumq; accolunt, & à mercede, qua ad militiam conducuntur, Gasatae appellantur: id enim proprie hoc nomē significat. Apud Plutarchum in Marcello hoc nome corruptum est: legitur enim, καὶ μεταπέμποντο γαλατῶν τοὺς μισθοῦ στρατευομένους διὰ γασπλάτων χερσὶν ἔλασαν, quod mendum ego illis accepimus

ANNOTATIONES. 339  
 ptum sero, qui παρά τὸ γέρας, hoc nomen deduci putarunt. Virgilius 8. Aeneid. Duo quisque Alpina coruscant Gæsa manu. Sicut Fabius historicus) Hic est Q. Fabius Pictor, qui his temporibus vixit, & non tantum huic bello, sed & paulo post secundo Punico. vt Liuius scribit, interfuit. De hoc Eutropius, Traditum est à Fabio historico, qui ei bello interfuit, DCCC. millia hominum parata ad id bellum fuisse. Plinius libro 3. cap. 20. scribit, Italiam hoc tempore armasse equitum LXXX millia, peditum DCC. millia Ex quibus Rom. & Camp Polyb. ἑκατόμων δὲ χερσὶν ἔλασαν, πεζῶν μὲν εἰς ἑκοσι καὶ πέντε χερσὶν ἔλασαν, πεζῶν δὲ ἐπὶ ταῖς δύο χερσὶν ἔλασαν ἐπι τρεῖς χιλιάδες. Romanorum & Campanorum multitudo erat peditum ad CCL. millia, equitum millia XXII. DCCC. millia Roman.) Vulgo contra fidem librorum manuscriptorum legunt, & octoginta millia Rom. non attendentes Orostum in hac historia exponenda sequi eos, qui primū prelium, in quo Galli superiores fuerunt, scripserunt commissum iunctis vtriusq; Consulibus: ideoq; cum significare vellet, vniuersum exercitum in fugam coniectum fuisse ait, DCCC. millia Romanorum fugisse: tot enim fuisse paulo ante ex Fabio retulit. Polybius vero aliter de his rebus scribit qui cū nostro neg; in hys qua sequuntur consentit Primi tras Padum) Huius rei mentio est in Epitoma Liuiana lib. 20 Namq; in piceno) Horum prodigiorū mentionem Eutropio Diaconus inseruit: sed loco alieno. De hysdem Plutarch. in Marcello. φλαμινίς δὲ καὶ φερίου τῶν ὑπὸ τῶν μεγάλων ἐκστρατευομένων δυνάμε-



340 IN LIBRVM QVARTVM  
σιν ἐπὶ τοὺς ἰσόβρας, ὄφθη μὲν αἵματι πέων ὁ δὲ  
τὸ πικλιώδης χάραξ ποταμὸς, ἐλέχθη δὲ ῥεῖς σι-  
λῆνας φανῆναι περὶ πόλιν ἀρίμων. id est. Cū Fla-  
minius & Furius Coss. magnas copias aduersus Insub-  
bres eduxissent. flumen, quod per Picenum labitur,  
sanguine fluere visum est. nuntiatumq; circa Arimi-  
num tres lunas apparuisse. Ingens ille Colossus.)  
De hoc Colosso Strabo libro 14. Plinius libr. 34. cap. 7.  
Flaminius Cos. contem. auspicijs.) Hinc Liuius  
libro 21. ait, Flaminius Consulem inauspicato fa-  
ctum, reuocantibus ex ipsa acie dijs hominibusq; non  
paruisse. Tu lege Plutarchum. Post hoc Claudius  
Cos.) Hic est M. Claudius Marcellus, qui post quin-  
quies Consul fuit. De victoria eius contra Insubres,  
Plutarchus, Polybius, Eutropius & alij. Virdoma-  
rum regem) Hunc regem vulgo male, Viridoma-  
rum nominant. Propertius libr. 4. Virdomari genus  
hic Rheno iactabat ab ipso. Apud Plutar. in Marcello  
legitur. τὸ γερμανικὸν βασιλεὺς βριόματος, προ-  
βριδόματος. In Capitol. triumphis dux hostiū Vir-  
dumarus nominatur. Deinde Istri) Eutropius, Mi-  
nucio Rufo, P. Cornelio Cos. Istris bellū illatum est,  
quia latrocinati naues Romanorū fuerant, quae fru-  
menta exhibebant, ac multo Romanorum sanguine  
fuso perdomiti sunt. Fabius Censorius.) N. Fabi-  
um Buteonem ex censorijs, qui viuerent, vetustissi-  
mum Dictatorē factum anno DXXXVII. scribit Li-  
uius libro 23. Recte ergo Sigonius hunc Fabium C.  
Aurelio Cotta in Censura anni DXII. collegam da-  
didit, cum illius nomen in tabulis Capitolinis inter-

In C.

ANNOTATIONES.

341

### In Caput XIII.

Anno ab V.C.DXXXVIII) Hoc anno Coss. fu-  
erunt M. Liuius, & L. Aemilius, quibus Saguntum ab  
Annibale expugnatum fuisse Polybius scribit libr. 3.  
Tu lege quae Sigonius diligentissime in Liuij libr. 21.  
annotauit. A conspectu suo abstinuit) abstinuit,  
non abstulit, est in manuscriptis. Liuius li. 8. Quan-  
quam Romano bello eum fortuna abstinuit. XX. mil-  
lium equitum) XXX. millium, vulgo male legitur.  
Nam in magna varietate qui plurimum, centū mil-  
lia peditum, viginti equitum fuisse scribunt, auctore  
Liuij, quem de his rebus consule. Commisso praelio  
apud Ticinum) De hoc praelio Polybius, Liuius, Ap-  
pianus de reb. ab Annibale gestis, Silius libr. 4. &  
alij. Pugnatum deinde eodem Cos.) Hinc Dia-  
conus Eutropium interpolauit, cum ille ceteriq; scri-  
ptores paulo aliter de his rebus scripsissent. In eo ta-  
men bello) Sauciatus Annibal fuit in oppugna-  
tione Emporij prope Placentiam, Liuius libr. 21. Ap-  
pianus de rebus Annibalis. In summo Apennino)  
De hac re Liuius li. 21. extremo. Magonem poeno-  
ducem) Magonem habent etiam libri manuscripti,  
cum tamen e Polybio & Liuij certum sit, non Mago-  
nem, sed Annonem à Cn. Cornelio P. Scipionis fratre  
captum fuisse.

### In Caput XV.

Diris tunc prodigijs.) Hac prodigia sunt a-  
pud Liuium initio lib. 22. & Plutar. in Fabio. Anni-  
bal sciens Flaminius.) C. Flaminius Consul cum

I 3

Cn. Ser-



342 IN LIBRVM QVARTVM  
Cn. Seruilio fuit anno vr̄bis DXXXVI. huius belli  
Castra habuit ad Aretium, Polybius & Liuius. Et  
quæ rigat æquora) Hemistichium Virgilianum est  
lib. 7. Aeneid. Hæc pugna ad Trasimenum lacu-  
cum) apud Plutar. in Fabio mendosè est, *περὶ τὴν  
καλεμένην θρασυῖαν λίμνην*. Polybius τὴν *τρασι-  
μηνίαν λίμνην* vocat. Tu lege Silium lib. 5. & Va-  
lerium libro 1. XXV. millia Ro.) In pugna ad  
Trasimenum Romanorum millia xxv. caesa, & cæ-  
teros diffugisse scribit Eutropius: Polybius & Liuius  
xv. millia caesa, & sex in Maharbalis potestatem ve-  
nisse referunt. Appianus tradit, xx. millia cum Fla-  
minio cecidisse, x. millia à Maharbale capta. De An-  
nibalī copijs caesis scriptores quoque dissentiunt. Ut  
granis terræ motum) De hoc Liuius li. 2. 2. & Plut-  
in Fabio. Fabij Maximi) De hoc Ennius, unus ho-  
mo nobis cunctando restituit rem. Cicero de Offic. &  
in Catone.

### In Caput XVI.

Anno ab vr̄be condita DXL.) Ita nume-  
rat Eutropius, quem in Cannensi clade exponen-  
da Orosius sequitur. Alijs hic annus est DXXXVII.  
Quadraginta quatuor millia.) Liuius, Quadra-  
ginta millia peditum, duo millia septingenti equi-  
tes caesi dicuntur. Appianus & Plutarchus scri-  
bunt in hac pugna caesa fuisse quinquaginta mil-  
lia Tres modios anulorum) Trimodia annu-  
lorum ab Annibale Carthaginem missa tradit Pli-  
nius libro 33 cap. 50. Tu vide Liuium libro 23  
Annibal apud Lucianum iactat se vno die tot Romanos in-

nos interfecisse, *ὡσεὶ τοὺς δακτυλοὺς αὐτῶν* *μεδίμ-  
νοις ἀπομετρήσονται*. Ut senatores de relinquenda  
Italia.) Hoc consilium de relinquenda Italia non  
Romæ Senatores, sed reliquia Cannensis cladis, quæ  
Canusum perfugerant, inierunt, auctore Liuiio libro  
22. Dictatorem Decimum Iunium) Hunc Di-  
ctatorem Liuius & Plutar. in Fabio M. Iunium vo-  
cant. eumq; viri docti esse putant qui Consul anno  
DXXII. in Fastis Capitolinis sic describitur, M. IV-  
NIVS. D. F. D. N. PERA. Vel oblatos, vel publico  
pretio emp.) Iudicat Orosius non idem de seruitijs  
armatis auctores tradidisse. Liuius ait Dictatorem  
octo millia ex seruitijs publice empti armasse Appia-  
nus de rebus annibalī, auctor est. Senatum octo mil-  
lia seruorum, dominis vltro donantibus, manumissis-  
se. Annibalī exercitum prælio fudit) Hoc præliū  
à Marcello ad Nolam commissum fuit, Liuius libro  
23. Plutarchus in Marcello. Nam triginta quin-  
que millia) Hic numerum expressit Eutropius. Li-  
uius tantum magnam vim hominum occisam scri-  
bit. De Celtiberis Liuius in fine libri 24. Ab hospite  
suo Lucano) Flauium Lucan. hinc nominat Ap-  
pianus & Liuius libro 25. vbi historiam de Centenio  
& Fulvio etiam inuenies. Contra Philippum) De  
re gesta cum Philippo Macedonia rege Liuius libro  
23. & 24. Eutropius libro 3. De re in Sardinia con-  
tra Pœnos Sardosq; à T. Manlio gesta Liuius libro  
23. & Silius 12.

### In Caput XVII.

Anno ab vr̄be condita DXLIII.) M. Mar-  
cellus



cellus Consul III anno vrbis DXXXIX. in Sicilia mis-  
sus Syracusas obsedit, tertioq; anno post expugna-  
uit, Polybius libro 8. Liuius 24. Plutarchus in Marcel-  
lo, Cicer. in Verrem. Decimo anno post) Eutropi-  
us quoque decimum huius belli annum numerat, qui  
alijs est octauus. Per Sidicinum Sueffanumque)  
Sueffanum nō Sinueffanum, est in manuscriptis Oro-  
si Eutropijq; libris. Liuius libr. 26. per Sueffulam A-  
lisanumq; & Casinatē agrum via Latina ducit-  
vbi Sigonius, per Sueffulanum, legit. Silius lib. 12. hoc  
agro praterito de ceteris ita canit:

Tum Sidicina legunt pernicious arua maniplis,  
Treciamq; Calen, vestras à nomine nati  
Orithya domos. hinc Alifanus laccho  
Haud inaratus ager, nymphisq; habitata Casini  
Rura euasiantur, &c.

Tribus millibus ab vrbe) Sic Liuius, Inter hac  
Annibal ad Anienem fluuiū tria millia passuum ab  
vrbe castra admouit. Florus libro. 2. cap. 6. Annibalē  
castra posuisse à tertio lapide, ait. Plinius libro. 15.  
cap. 18. Castra punica ad tertium lapidem vallata.  
Eutropius vero, Annibal vsq; ad quartum milliari-  
um vrbis accessit, qui cum consensit Appianus, qui  
in libr. de rebus Annibalis scribit, ipsum XXXII.  
ab vrbe stadia ad Anienem fluuium castra posuisse.  
At Polybius libr. 9. ελαθε διαβάς τὸν ἀννίωνα πο-  
ταμὸν καὶ σιωεγγίσας, ὥστε μὴ πλεῖον τετραράκον-  
τα σταδίων ἀποσχὸν τῆς πόλεως ποιήσασθαι τὴν  
παρεμβολήν. Annibal in scijs Romanis Anienem  
fluuium transgressus tam prope accessit, vt castra sta-  
dijs XL. siue millibus passuum V. non amplius ab vrbe  
fecerit.

fecerit. Vsq; ad portam Collinam) Cicero Phi-  
lip. 1. Annibal, credo, erat ad portas. Sed de his omni-  
bus Liuius copiose. Sed & consules, Fuluiusque  
proconsole) Ita hic locus recte in omnibus manu-  
scriptis legitur, vt mirari satis non possim negligē-  
tiam eorum, qui securi de historia tam multa contra  
libros vetustos corruerunt. Consules erant Cn. Ful-  
uius Cētumalus & P. Sulpicius Galba. At Q. Fuluius  
Flaccus, qui superiore anno Consul fuerat, & iā pro-  
console Capuam cū Appio obsidebat, inde accitus in-  
ter Esquilinam collinamq; portam castra habe-  
bat, L. & alij omnes. Liuij verba sunt, Nec Flaccus cō-  
sulesq; certamē detrectauere. A fratre Afrubale)  
Ita legendum, non, Afrubalis. Afrubal Barbinus  
Annibalis frater v. Scipionem cum exercitu deleuit,  
ac vndetrigesimo die post coniunctis copijs cum Ma-  
gone & altero Afrubale Gisconis F. Cn. Scipionem  
oppressit, Liuius li. 25. Appianus de rebus Hispanicis.  
Silius li. 13. Valerius li. 3. ca. 7. Eutropius li. 3. Cicero  
pro Balbo, Cum duo fulmina nostri imperij subito in  
Hispania Cn. & P. Scipiones extincti occidissent.  
Principes Campanorum) Septē & viginti fermē  
Senatores fuisse Liuius ait li. 26. in quo historia de  
Capua explicatur. Stetisse Capuam ante quā à Ro-  
manis caperetur annis circiter CCLX. M. Cato auctor  
est. Sed hoc tempore capta in formam praefectura fu-  
it redacta, Velieus li. 2. Lege Ciceronē contra Rullū.  
Scipio admodum adolescens) Natus erat Sci-  
pio annos fere quatuor & viginti, Liu. li. 26. App. de  
reb. Hispanicis, Valerius li. 3. ca. 9. Est autē hic P. Cor-  
nelius Scipio, qui postea Africanus fuit appellatus.



In Caput XVIII

Scipio annos natus XXIII!) De hac aetate Scipio nis iam diximus. At in epitoma Polybij lib. 10 sic legimus, ετος γδρ εβδομον εχον προς τοις εικοσι πρωτον μεν υδι παραεις αυτον εδωκε τελεως παρα τοις πολλοις απηλιπισμενας. id est, Annos natus XXVII. eas res aggressus est, quas vulgo omnes prorsus desperabant. ac deinde multis verbis exponit, quomodo Carthago noua ab eo fuerit capta. quod Liuius eum secutus facit sub finem lib. 26. Idem est apud Appianum de reb. Hispanicis. & Siliam libro 15. Læuius Cos. ex Maced.) Qua Orosius hic de rebus à M. Valerio Læuino Consule in Sicilia gestis scribit, ea ab Eutropio sumpsit. Liuius Agrigentum non expugnatum, sed prodicione captum scribit Idem Annonem nos à Læuino captum, sed per auersam portam fuga elapsam in Africam traiecisse ait. Cn. Fuluium procos.) Fuluius ab Annibale ad Herdoneam casus fuit, Liuius initio libro 27. & Appian. de rebus Annibalis. Vndecim tribunos militum cum Fuluiο cecidisse etiam Plutarchus in Marcello tradit, cum in Liuiο sint XII. Verum Sigonius id rectè: nos hic, XVII. millia militum interfecta, non sex, vt vulgo legitur, scripsimus primum, quia ita est in omnibus scriptis libris, deinde quia non est simile veri, Orosium, qui id sibi studio habuit. vt calamitates augeat, hic numerum ab alijs traditum minnere voluisse. Liuius ait alibi millia XIII. tibi haud plus quam VII. caesa inueniri. Appianus & Eutropius VII. millia cecidisse

cecidisse referunt, Plutarchus τ στρατιας το τελεισον. Marcellus Consul) Hac Liuius libro 27 & Plutarchus in Marcello. Fabius Maximus Consul) Quod Fabius Maximus Consul V. Tarentum per prodicionem recepit, vt scribit Liuius libro 27. Plutarchus in Fabio, Appianus de rebus Annibalis quos auctores etiam de Marcelli caede lege. Scipio in Hispania) De hac re extat fragmentum Polybij ex libro 8. vnde Liuius sumpsit Consule quoque Appianum in Hispanicis. Claudio Nerone & M. Liuiο) Consules hi fuerunt anno vrbis D XLVI. Annibalisque fratrem Asdrubalem cum magnis copijs oppresserunt, quod scribit Polybius libro 11. Liuius 27. Appianus de rebus Annibalis, Silius libro 15. Suetonius in Tiberio. Florus, Eutropius & alij. Quos à volitando Velites) Festus, Velites dicuntur expediti milites, quasi volutes, id est, volantes. Et Sena piceni) Vulgo, Casena, corruptè legitur. Apud Senam pugnatum Liuius, Appianus, Eutropius, auctor de viris illustrib. & Silius scribunt. Hinc Cicero in Bruto hoc prælium Senense vocat, in quo Salinator ludos iuuentatis vouit. Nam LVIII. millia) Hic numerus est in nostris manuscriptis. eundem Eutropio Diaconis ex Orosio inseruit. Sed in Liuij libris est, LVI. millia hostium occisa, capta quinque millia & CCCC. Polybius longe minorem numerum edit. nam Carthaginensium & Gallorum circiter X millia, Romanorum ad duo millia caesa scribit. Anno XIII. quàm in Italia ve.) Sic in additionibus quoque Diaconi in Eutropium legitur. Interea Scipio) De his rebus Liuius lib. 28. & Appia-



348 IN LIBRVM QVARTVM  
& Appianus in Hispanicis. Extat quoque fragmen-  
tum Polybij ex li. 11. quod cum Liuianis collatum ma-  
gnam vtilitatem studiosis afferet. Consul cum Li-  
cinio) P. Cornelius Scipio & P. Licinius Crassus Di-  
ues Coss. fuerunt anno ab vrbe condita DXLIII. quo  
anno Scipio Siciliam prouinciam obtinuit, & sequen-  
ti in Africam traiecit, Liuius lib. 29. Appianus in Li-  
byco Eutropius li. 3. quorum scriptis inter se collatis,  
cognosces, quod Liuius quoq; fatetur, nō in omnib. au-  
ctores conuenire. Romam refugit) P. Sempronium  
ab Annibale victum in agro Crotoniensi in castra  
redisse, ac deinde accersito Licinio Crasso feliciter  
dimicasse, Liuius libro nono extremo scribit. Ag-  
gressus hiberna Pœnorum) Hac historia extat  
in Polybij fragmentis libro 14. apud Liuium initio  
libro 30. & Appianum in Lybico. In vtrisque ca-  
stris XL. millia.) Hunc numerum edit Liuius:  
Appianus ita, ἀπέθανον ἡ τῶν ἐχθρῶν ὀλίγη δε-  
όντες τετραμύριοι, & ἀχμύριοι ἐγένοντο δισχι-  
λιοι & τετρακῆσιοι. id est, caesa sunt hostium mil-  
lia fere xxx. capta duo millia & cccc. Itaque Sy-  
phax & Asdrubal) Hac omnia Liuius & Appianus  
copiosè, quos lege.

### In Caput XIX.

Flens reliquit Italiam) Sic Eutropius: Liuius  
eum vix lachrymis temperasse ait. Omnibus Ita-  
lici genere) Hac de re Appianus in fine libri de re-  
bus Annibalis. Sepulchrum dirutum se prospex-  
isse) Liuius, Cum dixisset, sepulchrum dirutum  
proyam spectare, abominatus, prateruehi iussu ge-  
bernatoris.

bernatore, ad Leptim appulit classem. Carthaginē  
venit) Non ad urbem accessit, sed Zamam que iter  
dierum quinque abest à Carthagine, Liuius libro 30.  
Polyb. 15. vbi de colloquio ducū plura. Carthaginien-  
sium interf. XX. millia D.) Sic Appianus, ἀπέθανον  
τῶν πολεμίων δισμύριοι & πεντακισχιλιοί.  
Polybius & Liuius scribunt Carthaginensium caesa  
supra millia viginti. De Annibalis fuga eosdem au-  
ctores lege, sicut & de pace eiusq; conditionibus. Te-  
rentius qui postea Comicus) Quod Orosius hic  
de Terentio Comico, id Liuius lib. 30. & 38. de Q. Te-  
rentio Culleone Senatore Romano, quem Scipio in-  
ter captiuos recepit, scriptū reliquit. Fenestella quo-  
que eos refutauit, qui Terentium captum ex Africa  
Romam perductum scripserant.

### In Caput XX.

Anno ab vrbe condita DXLV.) In Fastis Ca-  
pitolinis hic annus est ab vrbe condita DLII. Bellum  
autem primum Macedonicum, quod hoc anno Ro-  
mani susceperunt, etiam Philippicum à rege qui  
cum gestum est, nominatur. de quo Liuius libro 31.  
& deinceps, Florus libro 2. cap. 7. Eutropius 4.  
Quod Quinctius Flaminius) T. QVINCTI-  
VS T. F. L. N. FLAMINIVS. Consul in Fastis  
Capitolinis inuenitur anno DLV. Is sortitus Ma-  
cedoniā aduersus Philippum in faucibus Epiri prof-  
pere pugnavit: annoque insequenti victo ei pacem  
dedit, Polybius libro 17. Liuius 32. & 33. Plutar-  
chus in Flaminiis. Quinctij cognomen Flaminius  
in Cornelij Gualteri libro recte scribitur, cū in alijs,  
& vulgo



& vulgo passim male scribatur. De Nabide præter Liuum & Plutarchum Pausanias libro 4. Histinus 30. & 31. Eodem tempore Insulres) Hæres contra Gallos à L. Furio Purpureone Prætor gesta est, P. Sulpicio Galba, C. Aurelio Cotta Cō anno vrbs D L I I I. Liuius libro 30. Victi Macedones) Prælium intelligit, quo Philippus rex Macedonum ad Cynoscephalas victus est à T. Quintio. Quod à Lino expositum fuit initio libr. 33. sed cum ibi non sine iactura historia interciderit, in Polybii fragmentis libro 17 singulari beneficio conseruatum est, vbi quod à Polybio scriptum Orosius refert sic legitur, τὸν ἑκατομμύριον ἀπέθανον μὲν οἱ πάντες εἰς ὄκτα κισχιλίους. ἑωρεῖα δ' ἐάλωσαν οὐκ ἔλαττους πεντάκισχιλιον. Idem numerus caesorum est apud Plutarchum. Igitur Sempronius) C. Sempronius Iudianus prætor in citeriore Hispania prælio victus ex graui vulnere haud ita multo post exspirauit, Liuius libro 33. Appianus in Hispanicis Sempronium Tudertinum appellat. Consul Marcellus) M. Claudius Marcellus, & L. Furius Purpureo Consules fuerunt anno D L V I I. in eoque magistratu rem in Etruria gesserunt, Liuius libro 33. Antiochus rex Syriæ) De hoc & Annibalis tractatu ad ipsum Liuum, Appianus de rebus Annibalis, & in Syriacis, Iust. in libro 11. Lex quæ ab oppido) Contentiones de lege Oppia ortas commemorat Liuius initio libro 34. Lata fuit anno ab vrbe condita DXL abrogata. DLVIII X millia Gallorum caesa) Hanc victoriam de Gallis reportauit L. Valerius Flaccus procos, alterum prælium, in quo Romanorum

norum non inuenta victoria fuit, commissum est à Ti. Sempronio Cos. Liuius libro 34. P. Digitius) In Gualteri libro Digitius prænomen nullum habet. Liuius initio libri 35. Sex. Digitium nominat. vbi cætera, qua hic breuiter Orosius, ordine commemorantur. Africanus inter cæteros leg.) De hac legatione Liuius, & Appianus in Syriaca. qui narrat, Africani sermonem cum Annibale habitum de summo Imperatore. Vnde Lucia. argumentum sumpsit Dialogi. qui de hac re ἐν τοῖς νεκροῖς legitur. P. Cornelio Scipion. M. Acilio) Hi consules fuerunt anno vrbs DLXI. Acilius in Capitolinis tabulis prænomen M. habet, quo Manius significatur. Plutarchus quoque hunc in Flamino μάχιον ακίλιον, Appianus in Syriaca, ἀκίλιον μάχιον γλαβρίωνα vocant. qui de re gesta cum Antiocho sunt legendi cum Liuius lib. 36. Iust. Florus, Eutropio & alijs. Is habuisse fertur armat. LX. millia) Hunc numerum, Liuius auctore, Valerius Antias edidit. Appianus vero scribit ex Antiochi caesos aut captos circiter X. millia. In quo prælio XX. millia hostium) Duodetriginta millia hostium caesa Antias Valerius scribit, capta tria millia & CCCC. signa militaria CXXIII. equos MCC. carpentia CC XLVII. Liuius. Sequenti anno) Belum Antiochinum confecit Africani frater L. Scipio. inde Asiaticus appellatus. Liuius libro 37. Appianus in Syriaca, Florus, Iustinus & alij. Filiumque Africani) Appianus errore ductus putauit hunc esse Paulli nemilij filium, qui in Scipionum familia adoptatus. Africanus minor dictus fuit: sed ille non ab Africano superiore, sed eius filio adoptatus fuit, Cicero & alij.



352 IN LIBRVM QVARTVM  
 & alij. L. Aemilius procos.) L. Aemilius Paulus Prator Scipione & Glabrione Cos. Hispaniam vltiore sortitus fuit, eamq; imperio consulari obtinuit procos. Liuius libro 36. Plutarchus in Aemilio. Anno autem sequenti victus à Lusitanis sex millia de exercitu suo amisit, Liuius libro 37. Interfisse ipsum Orocius parum consideratē scribit. De Babio occiso à Liguribus, Liuius extremo libro 37. Fuluius Cos. de Græcia) Anno ab vrbe condita DLXIII. M. Fuluius Nobilior consul fuit cum Cn. Manlio Vulfone. atque ab hoc, non à Fulvio bellum in Gallogracia gestum scribit Liuius 38. Florus libro 2. capite 11. Appianus in Syriaca. De Gallogracia Liuius, & Iustinus libro 25. Marcus Cos. aduersus Lig.) Q. Marcius Philippus Consul cum Sp. Postumio Albino anno DLXVII. profectus aduersus Ligures magnam cladem accepit, Liuius libro 39. Qui legatos populi R. interfecit. Philippus non legatos R. interfecit, sed Maronitas, quibus libertatem restituendam Senatui censuerat. crudeliter trucidauit, Liuius libro 39. De Demetrio interfecto idem libro 40. & Plutarchus in Aemilio Paulo. Apud Liternum) De Africani morte lege Liuium libro 39. Vbi etiam Annibalus & Philopæmenis interitum scribit, quemadmodum Plutarchus in Flaminio & Philopæmene. Iustinus lib. 32. Q. Fuluius Flaccus) Hic Babio & Aemilio Cos. prator sortitus Hispaniam ceteriorē anno insequenti Celtiberos vicit, Liuius li. 40. Appianus in Hispanicis rem gestā scribit à Fulvio Consule, si modo Beraldus recte vertit: nam græcum librum ab Henrico

ANNOTATIONES:

Henrico Steph. editum nondum vidi. Ti. Sempronius Gracc.) Gracchus Fulvio in Hispania successit auctore Appiano. Vide Epitomam 41. Lepido & Mucio Cos.) M. Aemilius Lepidus. & P. Mucius Scauola Consules fuerunt anno ab vrbe condita DLXXVIII. Macedonicū bellum) Secundum bellum Macedonicum exponit Liuius libro 41. & quatuor sequentibus. De eodem Plutarchus in Aemilio Paulo, Florus libro 2. cap. 12. Eutropius lib. 4. De auxilijs vtriusque partis Liuius libro 42. Commissioque prælio miserab. victi) De hoc prælio Liuius lib. 42. & Plutarchus in Apophtheg. ita, πόπλιος λικίνιος ὑπατὸς στρατῶς ἦν ἡτθεις ὄπῳ περισίως τῷ μακεδόνα βασιλέος ἰσσομαχία, δισχίλις ὀτακοσίθς ἀπέβαλε, τὸ μὲν πεισόντας, τὸ δ' ἄλόντας. id est, P. Licinius Cos. Imperator victus à Perseo Macedonum rege duo millia DCCC. amisit, quorum alij ceciderunt, alij capti sunt. Sulcanum oppidum) Sulcanum, est in Gualtheri libro, Liuius li. 43. scribit Vscanam à Perseo captam, ibiq; præsidium Romanum in illius potestate venisse. Nam XX. millia ped.) Casa, inquit Liuius lib. 44. ad XX. millia hominum sunt. Plutarchus, λέγονται ὅπερ δισμυρίους πεντακισχιλίου ἀποβαίειν. Casa referuntur millia XXV. amplius. Apud Albam in custodia) Perseus primum Albam in custodia datam, postea Aemilij Paulli sententia exemptus è carcere, cum decem annos miseram vitā egisset, mortuus fuit, auctore Diodoro Siculo lib. 31. Velleius scribit Perseum quadriennio post in libera custodia Alba decessisse.



In Caput XXI.

Anno ab V.C.DC. Alijs hic annus est DCII. Orosio locum hunc Diaconus Eutropij historia inseruit. P. Scipio) De hac Scipionis Aemiliani milita lege Epitomam Liuianam li 48 Nam & barbaru' pro-uocantem) Hoc in obsidione Intercatia oppidi factum scribit Appianus in Hispanicis & auctor de viris illustribus in Epitoma Liuiana vulgo male. capta urbis. & in vetustis intercepta, legitur. pro Intercatia. Ser. autem Galba) Hic est Ser. dulpicius Galba, de quo Appianus & Suetonius in Galba. Sergius Galba hic antea mense legebatur. Eodem tempore Cens. De hac re lege Epitomam 48. Igitur in Hispania Ser. Galba) Hanc rem a Lucullo gestam scribit Appianus sed cum Orosio facit Cicero in Brutis Suetonius in Galba. & Valerius Max. lib 9 cap. 6.

In Caput XXII.

Tertium punicum bellum) Hoc bellum exponitur in Epitoma Liuiana lib. 49. 50. 51. Scribitur ab Appiano in Libyca. a Plutarcho in Catone. ab Eutropio lib. 4. a Floro lib. 2. cap. 15. Maioris Africani castra) Castra Cornelianiana intelligit, de quibus Caesar lib. 2. Comment. de bello ciuili. & Lucanus lib. 4. X. millia passuum) LXXX. stadia habet Appianus quod huic numero respondet. Viginti millia) In vetustis nostris est. XXII. millia Appianus in Libyca factum Carthaginis accuratè describit. qui in primis legedus de rebus tertio bello Punico gestis. Censorinus in urbem redijt) Appianus, Κνωσσιβος ἐς πόλιν

ἔχρη

ἔχρη ἀρχαροειδωv, Censorinus Romam ad comitia habenda profectus est. Massanise nepos) δυγατριδῆς μαοσανισου, Appianus. Iuuentius praetor) In Epitoma Liuiana est M. Iuuentius, quem Eutropius P. Iuuentium vocat. atque illi hoc tertium bellum Macedonicum scribunt, sicut & Florus li. 2. ca. 14.

In Caput XXIII.

Cothonem ingreditur) Quomodo Cothonem portum Scipio occupauerit, scribit Appianus in Libyca Nam fuisse mulierum XXV. millia) Appianus, ἔχρησεν ἀντὶ τῶν μυριάδων πέντε ἀνδρῶν ἑκατὸν ἑβδομήκοντα. id est, Exierunt confestim L. millia virorum & mulierum. Vxor Asdrubalis) De huius morte, & conuicij in virum suum proditorem lege Appianum. & Florum. Valerius li 3. ca. 2. eam se cum tribus filijs incendio flagrantis patriae obiecisse scribit. Cum alij propter perpetuam securitatem)

Huius sententia auctor & princeps erat M. Cato, contrariae Nasica, Liuius lib. 40. Plutar. in Catone maiore.

Z 2

PAVLI



PAVLI OROSII  
ADVERSVS PAGA-  
NOS HISTORIARVM  
LIBER QVINTVS.

*Romanorum per aliorum clades felicitatem plus  
damni quam commodi secum traxisse, Item sua  
tempora prioribus potiora.*

CAPVT I.

**S**Cio aliquantos post hæc de-  
inceps pmoueri posse, quod  
victoriæ Romanę multarum  
gentium & ciuitatum strage  
crebrescunt: quanquam si di-  
ligenter attendant, plus damni inuenient  
accidisse, quam cõmodi. neque enim par-  
uipendenda sunt tot bella seruilia, socia-  
lia, ciuilia, fugitiuorum, nullorum vtique  
fructuum, & magnarum tamen miseria-  
rum. Sed conuiueo, vt quemadmodũ vo-  
lunt, ita fuisse videatur, vnde arbitror es-  
se dicturos: Ecquid his temporibus beati-  
us, quibus continui triumphi, celebres vi-  
ctoriæ, diuites prædæ, nobiles pompæ,  
magni ante currum reges, & longo ordi-  
ne victæ gentes agebantur? Quibus breui-  
ter rel-

ter respõdebitur, & ipsos de temporibus  
solere causari, & nos pro iisdem tempo-  
ribus instituisse sermonem: quæ tempora  
non vni tantum vrbi attributa, sed orbi v-  
niuerso constat esse cõmunia. Ecce quàm  
fœliciter Roma vincit, tam infœliciter  
quicquid extra Romã est, vincitur. Quan-  
ti igitur pendenda est gutta hæc labo-  
riolæ fœlicitatis, cui ascribitur vnus  
vrbs beatitudo in tanta mole infœlicita-  
tis, per quam agitur totius orbis euersio?  
Aut si ideo felicia putantur, quia vnus ci-  
uitatis opes auctæ sunt, cur non potius  
infœlicissima iudicentur, quibus misera-  
bili vastatione multarum ac bene institu-  
tarum gentium potentissima regna ceci-  
derunt? An forte aliud tunc Carthagini  
videbatur, cum post annos CXX, quibus  
modo bellorum clades, modo pacis con-  
ditiones perhorrescens, nunc rebelli in-  
tentione, nunc supplicijs belli pacẽ, nunc  
pace mutabat bella, nouissimè miseris ci-  
uibus passim se in ignem vltima despera-  
tione iacentibus, vnus rogo tota ciuitas  
fuit? cui etiam nunc situ parux, mœnibus  
destitutæ, pars miseriarũ est, audire quid  
fuerit. Edat Hispania sententiam suam,  
cum per annos ducentos vbiq; agros suos  
Z 3 sangu-



languine suo rigabat, importunumq; hostem vltro osliatim inquietantem, nec repellere poterat, nec sustinere: cum se, suis diuersis vrbibus ac locis fracti, cæde bellorū, obsidionum fame exinaniti, interfectis coniugibus ac liberis suis, ob remedia miseriarum concursu misero ac mutua cæde iugulabant. Quid tunc de suis temporibus sentiebat, ipsa postremo dicat Italia? cur per annos quadringētos Romanis vtique suis contradixit, obstitit, repugnauit, si eorum fœlicitas, sua infœlicitas non erat, Romanosq; fieri rerū dominos, bonis communibus non obstabat? Non requiro de innumeris diuersarum gentium populis, diu antea liberis, tunc bello victis, patria abductis, pretio venditis, seruitute dispersis, quid tunc sibi maluerint, quid de Romanis opinati sint, quid de temporibus iudicarent. Omitto de regibus magnarum opum, magnarum virium, magnæ gloriæ, diu potentissimis, aliquando captis, seruiliter catenatis, subiugum missis, ante currum actis, in carcere tractatis: quorum tam stultum est exquirere sententiam, quàm durum non dolere miseriam. Nos, nos inquam ipsos, vitæque nostræ electionem, cui acquieuius, consulamus.

sulamus. Maiores nostri bella gesserunt, bellis fatigati, pacem petentes, tributa obtulerunt. Tributum, pretium pacis est. Nos tributa dependimus, ne bella patiamur: ac per hoc in portu, ad quem illi tandem pro euadendis malorum tempestatibus confugerunt, nos consistimus & manemus. Igitur nostra tempora viderimus, vtrum fœlicia? certe fœliciora illis ducimus. quia quod illi vltimo delegerunt, nos continue possidemus. Inquietudo enim bellorum, qua illi attriti sunt, nobis ignota est. In otio autem, quod illi post imperium Cæsaris, natiuitatemque Christi tenuiter gustauerunt, nos nascimur & senescimus: quod illis erat debita pensio seruitutis, nobis est libera collatio defensionis: tantumq; interest inter præterita præsentiaque tempora, vt quod Roma in vsum luxuriæ suæ ferro extorquebat à nostris, nunc in vsum cõmunis reipublicæ conferat ipsa nobiscū. Aut si ab aliquo dicitur, tolerabiliores parentibus nostris Romanos hostes fuisse, quàm nobis Gothos esse: audiat & intelligat, quanto aliter, quàm circa seipsum agitur, sibi esse videatur. Olim cum bella toto orbe seruebant, quæq; prouincia suis regibus,



suis legibus, suisque moribus utebatur: nec erat societas affectionum, ubi dissidebat diuersitas potestatum. Postremo solutas & barbatae gentes quis tandem ad societatem adduceret, quas diuersis sacrorum ritibus institutas, etiam religio separabat? Si quis igitur tunc acerbitate malorum victus, patriam cum hoste deseruit, quem tandem ignotum locum ignotus adiit? Quam gentem generaliter hostem hostis orauit? Cui se congressu primo credidit, non societate nominis inuitatus, non communione iuris adductus, non religionis unitate securus? An parum exempli dederunt Busris in Aegypto peregrinorum infeliciter incurrentium impiissimus immolator, crudelissima circa aduenas Dianae Tauricae litatura, seu magis crudelia sacra, Thracia cum Polymnestore suo usque ad propinquos hospites scelerata? Et ne antiquitatibus videar immorari, testis est Roma de Pompeio interfecto, testis Aegyptus de interfectore Ptolemaeo.

*Orosio, utpote Christiano homini, ubique patria, & quoniam securus accessus.*

## CAPVT II.

**M**ihi autem prima qualiscunque motus perturbatione fugienti, quia de con-

de confugiendi statione securo, ubique patria, ubique lex & religio mea est: nunc me Africa tam libenter excepit, quam confidenter accessi: nunc me, inquam, ista Africa excepit pace simplici, sinu proprio, iure communi: de qua aliquando dictum, & vere dictum est, Hospitio prohibemur<sup>VI</sup> arenae, Bella cient, primaque vetant consistere terra: nunc ultro ad suscipiendos socios religionis & pacis suae, beneuoluntate gremium pandit, atque ultro fessos, quos foueat, inuitat. Latitudo orientis, septentrionis copiositas, meridiana diffusio, magnarum insularum largissima tenuissimaque sedes, mei iuris & nominis sunt: quia ad Christianos & Romanos, Romanus & Christianus accedo. Non timeo deos hospitis mei, non timeo religionem eius nece mea, non habeo talem quem pertimescam locum, ubi & possessor liceat perpetrare quod velit, & peregrino non liceat adhibere quod conuenit: ubi sit ius hospitis, quod meum non sit. Vnus deus, qui temporibus, quibus ipse innotescere voluit, hanc regni statuit unitatem, ab omnibus & diligitur & timetur. Eadem leges, quae uni deo subiectae sunt, ubique dominantur: ubi cunque ignotus accesserit, o,



cesserò, repentinam vim tanquam destitutus non pertimesco. Inter Romanos, ut dixi, Romanus, inter Christianos Christianus, inter homines homo, legibus imploro rempub. religione conscientiam, communioni naturam. Ut temporarie omni terra quasi patria: quia quæ vera est, & illa, quã amo patriam in terra penitus non est. Nihil perdidit, ubi nihil amavit: totumq; habeo, quando quem diligo, mecum est: maxime quia & apud omnes idem est, qui me non modo notum omnibus, verum & proximum facit: nec egentem deserit, quia ipse est terra & plenitudo eius, ex qua omnibus omnia iussit esse cõmunia. Hæc sunt nostrorum temporum bona, quæ in totum vel in tranquillitate presentium, vel in spe futurorum, vel in perfugio communi non habuere maiores: ac per hoc incessabilia bella gesserunt, quia mutandarum sedium communionem non libera, persistendo in sedibus suis, aut infœliciter necati sunt, aut turpiter serui erunt. Quod clarius promptiusq; ipsis veterum gestis per ordinem explicitis, aperietur.

*De bello Achaico. & Corinthi euerfione.*

CAPVT III.

ANNO

**A**Nno ab vrbe condita sexcentesimo sexto, hoc est, eodem anno, quo & Carthago deleta est, Cn. Cornelio Lentulo, L. Mummiõ cos. ruinam Carthaginis euerfio Corinthi subsecuta est, duarumque potentissimarum urbium paruo vnus temporis interuallo per diuersas mundi partes miserabile colluxit incẽdium. Nam cum Metellus prætor Achæos Bœotiosque coniunctos duobus bellis, hoc est, primo apud Thermopylas, iterum in Phocæis deuicisset: quorũ priore bello occisa esse viginti millia, secundo septem millia cæsa, Claudius historicus refert. Valerius Antias in Achaia pugnatum, & viginti millia Achæorum cum duce suo Diæo, cecidisse confirmat. Polybius Achiuus, quamuis tunc in Africa cum Scipione fuerit, tamen quia domesticam cladem ignorare nõ potuit, semel in Achaia pugnatum Critolao duce asserit. Diæum vero adducentem ex Arcadia milites ab eodem Metello prætore oppressum cum exercitu docet. Sed de varietate discordantiũ historicorum aliquanta iam diximus, quorum sufficiat detecta hæc & male nota mendaciorum nota: quia parũ credendum esse in cæteris euidenter ostendunt,



dunt, qui in his quoque quæ ipsi vidēre, diuersi sunt. Igitur post extincta totius Achaia præfidia, destitutarum urbium euerfionem Metello prætore meditante, consul Mummius repentinus cum paucis venit in castra: qui dimisso statim Metello Corinthum sine mora expugnauit, urbem toto tunc orbe longe omnium opulētissimam: quippe quæ velut officina omnium artificum atque artificiorum, & emporium commune Asiae atque Europæ per multum retro sæcula fuit. Permissa crudeliter etiam captiuis prædandi licentia, sic omnia cædibus ignibusq; completa sunt, vt de murorum ambitu quasi è camino in vnum apicem coartatum exundaret incendium. Itaque plurima parte populi ferro flammisque consumpta, reliqua sub corona vendita est. Vrbe incensa, muri funditus diruti sunt. Muralis lapis in puluerem redactus, præda ingens erepta est. Sanè cū propter multitudinem & varietatem statuarum simulachrorumq; in illo ciuitatis incēdio permixta in vnum auri argentiq; atque æris omniaq; simul metalla fluxissent, nouum genus metalli factum est. vnde vsque in hodiernum diem, siue ex ipso, siue ex imitatione eius, æs Corinthium,

thium, sicut memoriæ traditum est, & Corinthia vasa dicuntur.

*De bello in Hispania cum Viriatho, deq; Lusitanorum, & Salassorum Gallorum cruento conflictu, & ingenti Romæ pestilentia, alijsq; bellis Romanorum cum Numantinis, item Mithridatis.*

## CAPVT IIII.

**I**dem consulibus, Viriathus in Hispania genere Lusitatus, homo pastoralis & latro, primū infestando vias, deinde vastando prouincias, postremo exercitus prætorū & consulum Romanorū vincendo, fugando, subigendo, maximo terrori Romanis omnibus fuit: siquidē Iberū & Tagū maxima & diuersissimorum locorū flumina late transgrediēti & peruaganti C. Vetulius prætor occurrit: qui continuo caeso vsque ad internecionem penè omni exercitu suo, vix ipse prætor cum paucis fuga lapsus, euasit. Deinde C. Plautium prætorem idem Viriathus multis prælijs fractum fugauit. Post etiā Claudius Vnimanus cum magno instructu belli contra Viriathum missus, quasi pro abolenda superiore macula, turpiorem ipse auxit infamiam. Nam cōgressus cum Viriatho, vniuersas, quas secum deduxerat, copias, maxi-



maximalque vires Romani exercitus amittit. Viriathus trabeas, fascēs, cæteraque insignia Romana in mōtibus suis trophæa præfixit. Eodem tempore trecenti Lusitanicum mille Romanis in quodam saltu contraxere pugnam, in qua septuaginta Lusitanos, Romanos autem trecentos viginti cecidisse Claudius refert. & cum victores Lusitani sparsi ac securi abirent, vnus ex ijs longe à cæteris segregatus, cum à circumfusis equitibus pedestris ipse deprehensus, vnus eorum equo lancea perfosso, ipsius equitis ad vnum gladij ictum caput desecuisset, ita omnes metu perculit, vt prospèctantibus cunctis, ipse contemptim atque otiosus abscederet.

Ap. Claudio, Q. Cæcilio Metello consulibus, Ap. Claudius aduersus Salastos Gallos congressus, & victus, \* decem millia militū perdidit. Reparata pugna, quinque millia hostium occidit. Sed cum iuxta legem, qua constitutum erat, vt quisquis quinque millia hostium peremisset, triumphandi haberet potestatem, iste quoque triumphum expetisset, propter damna vero superiora non impetrauisset, infami impudentia atque ambitione vsus,

ne vsus, priuatis sumptibus triumphauit. L. Cæcilio Metello. Q. Fabio Maximo Seruiliano consulibus, inter cætera prodigia androgynus Romæ visus, iussu aruspicum in mare merus est: sed nihil impiæ expiationis procuratio profecit. Nā tanta subito pestilentia exorta est, vt ministri quoque faciendorum funerum primū non sufficerent, deinde non essent. Itaque etiam magnæ domus vacuæ viuus, plenæ mortuis remanserunt. Largissimæ introrsum hæreditates, & nulli penitus hæredes. Denique iam non solum in vrbe viuendi, sed etiam appropinquandi ad urbem negabatur facultas, tam sæui per totam urbem tabescentium subtectis, atque in stratis suis cadauerum putores exhalabantur. Expiatio illa crudelis, & viam mortibus hominum morte hominis instruens, tandem Romanis inter miserias suas erubescens, quàm misera & vana esset, innotuit. Antè enim in suffragium præueniendæ cladis est habita, & sic pestilentia consecuta est: quæ tamen sine vllis sacrificiorum satisfactionibus, tantummodo secundum mensuram arcani iudicij expleta correptione, sedata est. Quam si artifices illi circunventionum aruspices,



pices, sub ipsa (vt assolent) declinatione morborum forte celebrassent, proculdubio sibi dijs & ritibus suis reductæ sanitatis gloriam vindicassent. Ita miseria & ad sacrilegia male religiosa ciuitas, mendacis, quibus liberari non poterat, ludebatur. Igitur Fabius consul contra Lusitanos & Viriathum dimicans, Bacciam oppidum, quod Viriathus obsidebat, depulsis hostibus liberauit, & in deditioem cum plurimis alijs castellis recepit. Fecit facinus etiam vltimis barbaris Scythiæ, non dicam Romanæ fidei & moderatiõni, execrabile. Quingentis enim principibus eorum, quos societate inuitatos, deditiõnis iure susceperat, manus præcidit. Pompeius sequentis anni consul, fines Numatinorum ingressus, accepta maxima clade discessit, non solum exercitu penè omni profligato, verum etiam plurimis nobilium, qui ei militiæ aderant, interemptis. Viriathus autem cum per quatuordecim annos Romanos duces atque exercitus protriuisset, in sidijs suorum interfectus est: in hoc solo Romanis circa eum fortiter agentibus, quod percussores eius indignos præmio iudicarunt. At ego non modo nunc, verum etiam sæpe intertexere orientis illa  
inex-

inextricabilia bella poteram, quæ raro vnquam nisi sceleribus aut incipiunt, aut terminantur: sed Romanorum, cum quibus nobis actio est, tanta sunt, vt iure fastidiantur aliena.

Mithridates tunc siquidem rex Parthorum, sextus ab Arface, victo Demetrio præfecto, Babyloniam urbem finesque eius vniuersos victor inuasit. Omnes præterea gentes, quæ inter Hydaspem fluiuium & Indum iacent, subegit. Ad Indiam quoque cruentum extendit imperium, Demetrium ipsum sibi secundo bello occurrentem, vicit & cepit: quo capto, Diodotus quidam cum Alexandro filio, regnum eius, & regium nomen vsurpauit: quia postea ipsum Alexadrum filium, quæ participem periculi in peruadendo regno habuerat, ne in obtinendo consortem haberet, occidit.

M. Aemilio Lepido, C. Hostilio Mancino cons. prodigia apparuere diuersa, & quantum in ipsis fuit, ex more curata sunt: sed non semper aucupatoribus euentuum & structoribus fallaciarum aruspibus, opportuni casus suffragantur. Nanque Mancinus consul postquam à Popillio apud Numantiam suscepit exercitum, ad  
Aa eo



ed infœliciter prælia cuncta gessit, atque in id suprema desperatione perductus est, vt turpissimum fœdus cum Numantinis facere cogeretur: quamvis & Pompeius iam aliud eque infame fœdus cum iisdem Numantinis paulo antè pepigisset. Senatus dissolui fœdus, & Mancinum de di Numantinis præcepit. qui nudato corpore, manibus post tergum reuinctis, ante portas Numantinorum expositus, ibique vsque in noctem manens, à suis desertus, ab hostibus autè non susceptus, lachrymabile vtrisque spectaculum præbuit.

*Quàm iniuste Romani Mancinum Numantini dederint. De Bruti in Gallacos strage, Lepidi à Vaccais clade.*

## CAPVT V.

**E**Xclamare hoc loco dolor exigit. Cur falso vobis Romani magna illa nomina iustitiæ, fidei, fortitudinis & misericordiæ vindicatis? A Numantinis hæc verius discite. Fortitudine opus fuit? pugnando vicerunt. Fides exigebatur? credentes alijs secundum se, quos occidere potuerant, pacto fœdere dimiserunt. Iustitia probanda erat? probauit eam vel tacitus senatus, cum iisdem Numantini per legatos

legatos suos aut inuiolatam pacem solam, aut omnes quos pignore pacis accepto viuos dimiserant, reposcebant. Misericordia examinâda videbatur? satis documenta dederunt vel emittendo ad vitam inimicum exercitum, vel ad poenam non recipiendo Mancinum. Mancinusne rogo dedendus fuit, qui victi exercitus impudentem trucidationem prætentò vmbone pacti fœderis dispulit, qui periclitantes patriæ vires in meliora tempora referuauit? Aut si displicuit fœdus quod pactum est, cur miles hoc pignore redemptus, aut cum reuerneretur, receptus est, aut cum repeteretur, redditus non est? Aut si placuit seruati militis qualiscunque prouisio, cur Mancinus, qui hoc pepigit, solus deditus fuit?

Nuper Varro vt præpropera pugna iniretur, collegam Paullum obluſtantem impulit, trepidantè præcipitauit exercitum, infœlices copias apud infames illas Romanis cladibus Cannas non disposuit certamini, sed opposuit morti. plus quàm quadraginta millia ibi militum Romanorum sola impatientia sua, de qua sibi victoriam iam dudum Annibal præsumebat, amisit. Collega etiam Paulo (quo tandem



tandem viro?) perditō, nouissimē in vrbem penē solus impudētissimē redire ausus est, meruitque impudentiæ suæ præmium. Nam gratiæ ei, quōd de rep. non desperasset, quam tamen ipse fecerat desperatam, publice in senatu actæ sunt. Porro autem Mancinus, qui forte bellica circunuentum exercitum ne perderet, laborauit, ab eodem senatu deditiōe damnatus est. Sic Romanis & illud in Varrone displicuit, sed tempori concessum est: & hoc in Mancino placuit, sed secundum tempus præsumptum est: atque ideo ab initio perfecistis, vt nec ciuis consulat conuenienter in gratis, nec hostis fideliter credat infidis. Interea Brutus in vltiore Hispania sexaginta millia Gallæcorum, qui Lusitanis auxilio venerant, asperrimo bello & difficili, quamuis incautos circunuenisset, oppressit. Quorum in eo prælio quinquaginta millia occisa, sex millia capta referuntur, pauci fuga euaserunt. In citeriore Hispania Lepidus proconsule Vaccæos innoxiam gentem & supplicem, etiam senatu prohibente, pertinaciter expugnare tentauit. Sed mox accepta clade grauissima improbæ pertinaciæ pœnas luit. Sex millia quippe Romano-

manorum in hoc iniusto bello iustissimē cæsa sunt: reliqui exuti castris, armis etiā perditis, euaserunt. Nec minus turpis hæc sub Lepido clades, quam sub Mancino fuit. Ita nunc sibi hæc tempora loco foelicitatis ascribant, vt nō dixerim Hispani tot pulsati fatigatiq; bellis, sed vel ipsi saltem Romani tam continuis subacti cladibus, totiesque superati: vt non exprobrē, quot prætores eorum, quot legati, quot consules, quot legiones, quantique exercitus consumpti sint. Illud solū reuoluo, quanta fuerit timoris amentia. Miles Romanus hebetatus, vt iam ne ad experimentum quidem belli cohibere pedem, aut obfirmare animum posset: sed mox inspecto Hispano specialiter hoste, diffugiens, vincti se penē prius crederet, quam videri. Quo argumento patet, apud vtrosque misera illa tempora iudicata, cum & Hispani etsi vincere poterant, inuiti tamen desererent otia sua dulcia, & bella externa tolerarent, & Romani quanto impudentius alienæ quieti sese ingererent, tanto turpius vincerentur.

*De monstroso puero Romano nato. De Aetna eruptione. & bello seruili in Sicilia.*

CAPVT VI.

Aa

3

Ser.



**S**er. Fulvio Flacco, Q. Calpurnio Pisoni consulibus Romæ puer ex ancilla natus est quadrupes, quadrimanus, oculis quatuor, auribus totidem, natura virili duplex. In Sicilia mons Aetna vastos ignes eructavit, ac fudit: qui torrentum modo per prona præcipites, proxima quæque corripientibus exussere flammis, longinquiora autem fauillis calidis cum vapore graui latè volitantibus, torruerunt. quod Siciliae semper vernaculum genus monstri, non portendere malum a se solet, sed inferre. In Bononiensi agro fruges in arboribus natæ sunt. Igitur in Sicilia bellum seruile ortum est, quod adeo graue & atrox multitudine seruorum, instructu copiarum, & magnitudine virum fuit, vt, non dicam prætores Romanos, quos penitus profligauit, sed consules quoque terruerit. Nam septuaginta millia seruorum, tum in arma conspirantium fuisse referuntur, excepta vrbe Messana, quæ seruos liberaliter habitos in pace continuit. Cæterum Sicilia in hoc quoque inferior, quia insula & nunquam erga statum suum iuris idonei, nunc tyrannis subiecta, nunc seruis: vel illis dominatu improbo exigentibus seruitutem, vel istis præsumptione

ptione peruersa commutantibus libertatem, maximè quia clauso vndiq; mari, egerere foras non facile potest intestinum malum. Viperinam quippe conceptione perditionis suæ aluit, sua libidine auctam, sua morte victuram. In hoc autem seruilis tumultus excitatio, quâto rator cæteris, tanto truculentior est: quia intentione commouetur libera multitudo, vt patriam augeat, seruilis vt perdat.

*De Numantia, eiusq; per Scipionem Africanum deletione.*

## CAPVT VII.

**A**nno ab vrbe condita DCXX. cum maior pene infamia de fœdere apud Numantiam pacto, quam apud Caudinas quondam furculas pudorem Romanæ frontis oneraret, Scipio Africanus consensu omnium tribuum cõsul creatus, atque ad oppugnandam Numantiam cum exercitu missus est, Numantia autem citerioris Hispaniæ haud procul à Vaccæis & Cantabris in Capite Gallæciæ sita, vltima Celtiberorum fuit. Hæc per annos quatuordecim cum solis quatuor millibus suorum, quadraginta millia Romanorum non solum sustinuit, sed etiam vicit, pudendisq; fœderibus affecit. Igitur Scipio Africanus



Hispaniam ingressus, non illic se ingressit hostibus, vt quasi incautos circūueniret, sciens nunquam id genus hominum adeo in otium corpore atque animo resolui, vt non ipsa qualitate habitudinis suæ apparatus aliorum præcelleret, sed aliquandiu militem suum in castris velut in scholis exercuit. Et cum partem æstatis totamque hiemem, ne attentata quidem pugna transgisset, sic quoque parū propemodum hac profecit industria. Namq; vbi copia pugnandi facta est, exercitus Romanus oppressus impetu Numantinorum, terga conuertit: sed increpatione & minis obiectantis sese consulis, manuque retinentis, tandem indignatus in hostem redijt: & quem fugiebat, fugere compulit. Difficilis tunc in relatu fides, Numantinos & fugere, & fugientes videre Romani. Vnde quamuis Scipio, quia præter spem acciderat, lætatus & gloriatus esset, tamen vltra bellum aduersus eos audendum non esse, professus est. Itaque Scipio insistendum inopinatis prouentibus censuit, urbem ipsam obsidione conclusit, & fossa circumdedit: cuius latitudo pedibus decem, altitudo viginti fuit. Ipsum deinde vallum sudibus præstructum, crebris turribus

ribus communiuit: vt si qua aberumpente hoste in eum tentaretur irruptio, iam non quasi obfessor cum obfesso, sed versa vice obfessus cum obfessore pugnaret. Numantia autem in tumulto sita, haud procul à flumine Durio, tria millia passuum ambitu muri amplexabatur, quamuis aliqui asserant eam & paruo situ & sine muro fuisse. Vnde credibile est, quia hoc spatij cura alendorum custodiendorumque pecorum, vel etiam exercendi ruris commo cum bello premerentur, incluserint, ipsi arcem paruam natura munitam obtinentes. Alioqui tantam paucitatem hominū, tam amplum vrbis spatium non munire magis, quam prodere videbatur. Igitur conclusi diu Numantini, & fame trucidati, deditiōem sui obtulerunt, si tolerabilia iuberentur, sæpe etiam orantes iustę pugnæ facultatem, vt tanquam viris mori liceret. Vltimo omnes duabus subito portis eruperunt, larga prius portione vsi, non vini, cuius ferax is locus non est, sed succo tritici per artem confecto, quem succū à calefaciendo Celiam vocāt. Suscitatur enim illa ignea vis germinis madefactæ frugis, ac deinde siccatur & post infarinā redacta, molli succo admiscetur, quò fermento



mento sapor austeritatis & calor ebrietas adijcitur. Hac igitur potione post longam famem recalescentes, bello sese obtulerunt. Atrox diu certamen, & usque ad periculum Romanorum fuit: iterumque Romani pugnare se aduersum Numantinos fugiendo probauissent, nisi sub Scipione pugnassent. Numantini interfectis suorum fortissimis, bello cedunt: compositis tamen ordinibus, non separates se, nec sicut fugientes in urbem reuertuntur. corpora interfectorum ad sepulturam oblata, accipere noluerunt. Nouissima spe desperationis in mortem omnes destinati, clausam urbem ipsi introrsum succenderunt, cunctique pariter ferro, veneno, atque igne consumpti sunt. Romani nihil ex his penitus habuere victis, præter securitatem suam. Neque enim euerla Numantia vicisse se magis Numantinos, quam euasisse dixerunt. Vnum Numantinum victoris catena non tenuit, vnde triumphum dederit, Roma non vidit. Aurum vel argentum, quod igni superesse potuisset, apud pauperes non fuit. Arma & vestem ignis abumpfit.

*De Gracchorum seditione, Attalique regis Pergamæ hereditate.*

Caput

**I**gitur ea tempestate cum hæc apud Numantiam gesta sunt, apud Romam Gracchorum seditiones agitabantur. Scipio autem cum deleta Numantia cæteras Hispanie gentes pace componeret, Tiresum quendam Celticum principem consuluit, quare res Numantina aut prius inuicta durasset, aut post fuisset euerla, Tiresus respondit: Concordia inuicta, discordia exitio fuit. quod Romani tanquam sibi ac de se dictum, exempli loco acceperunt, quippe quibus iam de seditione discordantis totius urbis nuntiabatur. Carthagine Numantiaque deleta, oritur apud Romanos utilis de prouisione collatio, & oritur infamis de ambitione contentio. Gracchus tribunus plebis iratus nobilitati, quod inter auctores Numantini foederis notatus esset, agrum à priuatis eatenus possessum, populo diuidi statuit. Octauio tribuno plebis obstitenti ademit imperium, & successorem Minucium dedit. His causis senatum ira, populum superbia inuasit. At tunc forte Attalus, Eumenis filius, moriens, testamento populum Romanum imperio Asiae succedere heredem iusserat. Gracchus gratiam populi pretio appetens,



tens, legem tulit, vti pecunia quæ fuisset Attali, populo distribueretur. Obsistente Nasica, etiam Pompeius spondit, se Gracchum, cum primum magistratu abisset, accusaturum.

*De interitu Gracchi, & bello seruilis in Sicilia, apud Athenienses, & Delum.*

CAPVT IX.

Gracchus cum eniteretur, vt ipse tribunus plebis subsequenti anno permaneret, cumque comitiorum die seditiones populi accenderet, auctore Nasica inflammata nobilitas, fragmentis sublelliorum plebem fugauit. Gracchus per gradus, qui sunt super Calpurnium fornicibus detracto amiculo fugiens, ictus fragmento sublellij corruit. Rursusque assurgens alio ictu clauæ cerebro impactæ, exanimatus est. Ducenti præterea in ea seditione interfecti, eorumque corpora in Tiberim proiecta sunt: ipsius quoque Gracchi inhumatum cadauer extabuit. Orta præterea in Sicilia belli seruilis contagio multas late infecit prouincias. Nam & Minturnis CCCCL. serui in crucem acti, & Sinuessæ ad quatuor millia seruorum à Q. Metello & Cn. Serulio Cæpione oppressa sunt. In Metallis quoque Atheniensium idem

um idem tumultus seruilis ab Heraclito prætore discussus est. Apud Delum etiam serui nouo motu intumescens, oppidanis præuenientibus pressi sunt, absque illo primo Siciliensis mali fomite, à quo iste velut scintillæ emicantes, diuersa hæc incendia seminauit. In Sicilia enim post Fuluium consulem Piso consul Mamertium oppidum expugnauit, vbi octo millia fugitiuorum interfecit: quos autem capere potuit, patibulo suffixit. cui cum Rupilius consul successisset, idem quoque Taurominium & Ennam firmissima fugitiuorum refugia bello recepit, vbi amplius quàm viginti millia tunc seruorum trucidata referuntur. Misera profecto talis belli & inextricabilis causa. Pereundum utique dominis erat, nisi insolentibus seruis, ferro obuiam iretur. Sed tamen in ipsis quoque infœlicissimis damnis pugna, & infœlicioribus lucris victoria, quanti periëre victi, tantum perdidëre victores.

*De bello Aristonici. De Ptolemæi regis Alexandrinorum flagitijs, & Antiocho à Phrate victo. Deq; Aetna & Lipara incendijs.*

CAPVT X.

Anno

**A**Nno ab V. C. DCXXII. P. Licinius Crassus consul & pontifex maximus, aduersus Aristonicum Attali fratrem, qui traditam per testamentum Romanis Asiam peruaserat, cū instructissimo missus exercitu: præterea à magnis regibus, hoc est, Nicomede Cithyniæ, Mithridate Ponti & Armeniæ, Ariarathe Cappadociæ, Pylemene Paphlagoniæ, eorumq; maximis copijs adiutus, conserto tamen bello victus est: & cum exercitu post plurimam cædem in fugam acto, ipse iam circumuētus ab hostibus, & penè captus esset, virgam, qua erat vsus ad equum, in oculis Thracis impexit. Barbarus autem cum ira & dolore exarsisset, latus Crassi gladio transuerberauit. Ita ille excogitato genere mortis, effugit, & dedecus & seruitutem. Perperna cōsul, qui Crasso successerat, audita morte Crassi & clade exercitus Romani, raptim in Asiam peruolauit. Aristonicum recenti victoria feriatū, improuiso bello adortus, nudatumq; omnibus copijs, in fugā vertit. Cumq; Stratonicen urbem ad quam ille confugerat, obsidione cinxisset, trucidatum fame ad deditiōem coegit. Perperna consul apud Pergamum correptus morbo, diem obiit.

Aristo-

Aristonicus Romæ iussu senatus in carcere strangulatus est. Eodē anno Ptolemæi Alexandrinorum regis vita misera, miseriorem vitæ exitium dedit. Is enim fororem suam stupro cognitam, ac deinde in matrimonium receptā, nouissimè turpius quam duxit, abiecit. Priuignam vero suā, hoc est, filiam fororis & coniugis, coniugem asciiuit: filiumq; suum, quem ex forore susceperat, nec non & filium fratris, occidit. Quamobrem tantis incestis paricidijque execrabilis, ab Alexandrinis regno pulsus est. Iisdem temporibus Antiochus non contentus Babylonia atque Ecbatana, totoque Mediæ imperio, aduersus Phraatem Parthorum regem congressus & victus est. Qui cum in exercitu suo centum millia armatorū habere videretur, ducenta millia amplius calonum atque lixarum immixta scortis & histrionibus trahebat. Itaq; facile cū vniuerso exercitu suo Parthorum viribus oppressus interijt. C. Sempronio Tuditano, & M. Aquillio Cōs. P. Scipionē Africanū pridie pro concione de periculo salutis suę contestatum, quod sibi pro patria laboranti ab improbis & ingratis denūtiari cognouisset, alio die mane exanimè in cubiculo suo



fuo repertum, non temerè inter maxima Romanorum mala recensuerim: præsertim cum tantum in ea vrbe Africani vigor & modestia valeret, vt facile viuo eo, neque sociale neque ciuile bellum posse existere crederetur. Hunc quidam vxoris sue Sempronie Gracchorum autem sororis dolo necatum ferunt, ne scelerata (vt credo) familia, atque in perniciem patrie suæ nata, inter impias seditiones virorum, nõ etiam facinoribus mulierum esset immānior. M. Aemilio L. Oreste consulibus, Aetna vasto tremore concussa exundauit igneis globis. Rursusque alio die Lipara insula, & vicinum circa eam mare in tantum efferbuit, vt adustas quoque rupes dissoluerit, tabulata nauium liquefactis ceris extorruerit, exanimatos pisces spernatantelque excoxerit: homines quoque, nisi qui longius potuere diffugere, reciprocato anhelitu calidi aëris adustis intorrorum vitalibus suffocarit.

*De ingenti & perniciofa vi locustarum in Africa quarum interitu infectioneque horrenda ac inaudita pestis orta.*

## CAPVT XI.

**M** Plautio Hypsæo, & M. Fulvio Flacco consulibus, vix dū Africam

cam à bellorum excidijs quiescentē, horribilis & inusitata perditio consecuta est, Nanque cum per totam Africam immense locustarum multitudines\* coaluissent, \* conualluissent, & non modo iam spem cunctam frugum abrasissent, herbasque omnes cum parte radicum, & folia arborum cum teneritudine ramorum consumpserunt, verum etiam amaros cortices atque arida ligna perrosissent, repentino arreptæ vento, atque in globos coactæ, portatæque diu per aërem, Africano pelago immersæ sunt. Harum cum immensos acruos longe vndis vrgentibus fluctus per extenta latè litora propulissent, tetrum nimis atque vltra opinionem pestiferum odorem, tabida & putrefacta congeries exhalauit. vnde omnium pariter animantium tanta pestilentia consecuta est, vt auium, pecudum ac bestiarum corruptione aëris dissolutarum, putrefacta passim cadauera, vitium corruptionis auerent. At vero quanta fuerit hominum lues, ego ipse dum refero, toto corpore perhorresco: siquidem in Numidia, in qua tunc Micipsa rex erat, octingenta millia hominum: circa oram vero maritimam, quæ maximè Carthaginensi atque Vticensi litori adiacet, plus quàm du-



centa millia perijisse traditum est. Apud ipsam vero Uticam ciuitatem triginta millia militum, quæ ad præsidium totius Africæ, ordinata fuerât, extincta atq; ab-rasa sunt. Quæ clades repentina ac tã vio-lenta institit, vt tunc apud Uticam sub vna die per vnã portam ex illis iunioribus plusquam MD. mortuos elatos fuisse narretur. Veruntamen pace & gratia om-nipotētis dei dixerim, de cuius miser-cordia & in cuius fiducia hæc loquor, quamuis & temporibus nostris exoriantur aliquãdo, & hoc diuersis partibus locustæ, & plerunque etiã, sed tolerabiliter lædant, nunquã tamen temporibus Chris-tianis tanta vis inextricabilis mali acci-dit, vt perniciës locustarũ, quæ nullo modo ferri viuã potuisset, mortua plus noceret: & qua diu viuente peritura erant om-nia, ea perditã, pereuntibus magis omni-bus optandum fuerit, ne periret.

*De Carthagine restituta. De C. Gracchi seditione & interitu.*

CAPVT XII.

**A**Nno ab vrbe condita DCXXVII. Q. Cæcilio Metello, & T. Quintio Flaminio Cots. Carthago in Africa restitui iussa, vigesimo & secundo demum anno,

anno, quam fuerat euerfa, deductis ciuium Romanorum familijs, quæ eam incole- rent, restituta & repleta est, magno antè prodigio præcedente. Nam cum men-ores ad limitandum Carthaginiensem a- grum milsi, stipites terminorum indices fixos, & nocte à lupis reuullos mordicus, corrososque reperissent, aliquandiu hæsi- tatum est, vtrum Romanæ paci expedi- ret, Carthaginem reformari. Eodem an- no C. Gracchus, Gracchi illius qui iam occisus in seditione fuerat, frater, tri- bunus plebis per tumultum creatus, ma- gna reipublicæ perniciës fuit. Nam cum læpe populum Romanum largitionibus promissisq; nimijs in acerbissimas sedi- tiones excitauisset, maxime legis agrariæ causa, pro qua etiam frater eius Ti. Grac- chus fuerat occisus, tandem à tribunatu, Minucio successore, decessit. Minucius tribunus plebis cũ maxima ex parte deces- toris sui Gracchi statuta conuulisset, le- gesq; abrogasset, Caius Gracchus cũ Ful- uio Flacco ingēti stipatus agmine, Capi- tolium vbi concio agitabatur, ascendit. Ibi maximo tumultu excitato, quidam præco à Gracchanis interfectus, velut si- gnũ belli fuit, Flaccus duobus filijs arma- tis cin-



388 PAVLI OROSII  
 tis cinctus, comitante etiam Graccho to-  
 gato, breuemque gladium sub sinistra oc-  
 cultante, quamvis & præconem frustra  
 præmississet, qui seruos ad libertatem vo-  
 caret, Ianum tanquam arcem occupauit:  
 contra quem D. Brutus vir consularis à  
 cliuo publico cum ingenti certamine ir-  
 ruit. Ibi Flaccus diu obstinatissimè dimi-  
 cauit. Gracchus postquam in templum  
 Mineræ successerat, gladio incumbere  
 volens, interuentu Lætorij retentus est.  
 Itaque cum diu anceps bellum agigaretur,  
 tandem sagittarij ab Opimio missi, con-  
 fertam multitudinem disturbauerunt. Duo  
 Flacci pater filiusque cum per ædem Lu-  
 næ in domum priuatam desiluissent, for-  
 resque obiecissent, rescisso cratitio parie-  
 te, confossi sunt. Gracchus diu pro se ami-  
 cis pugnantibus ac pereuntibus, ægre ad  
 pontem sublicium peruenit: ibique ne vi-  
 uus caperetur, ceruicem seruo suo præbu-  
 it. Caput Gracchi excisum, consuli allatum  
 est, corpus ad Corneliam matrem Mite-  
 num oppidum deuectum est. Hæc autem  
 Cornelia Africani maioris filia Miteni,  
 vt dixi, prioris filij morte secesserat. Bo-  
 na Gracchi publicata sunt. Flaccus adole-  
 scens in robore necatus est. Ex factione  
 Gracchi,

LIBER QVINTVS. 389  
 Gracchi, ducenti quinquaginta in Auen-  
 tino cæsi referuntur. Opimius consul si-  
 cut in bello fuit fortis, ita in quæstione  
 crudelis. Nam amplius quam tria millia  
 hominū supplicijs necauit: ex quibus plu-  
 rimi, ne dicta quidem causa, innocetes in-  
 terfecti sunt.  
*Baleares insulas à Metello subactas, Allobroges à  
 Domitio victos fuisse, Aetnamq; rursus exar-  
 sisse.*

CAPVT XIII.

Ilidem temporibus Metellus Baleares  
 insulas bello peruagatus edomuit, &  
 piraticam infestationem, quæ ab iisdem  
 tunc exoriebatur, plurima incolarum  
 cæde compressit. Cneus quoque Domiti-  
 us proconsul Allobroges Gallos iuxta  
 oppidum Vindalium grauissimo bello  
 vicit, maxime cum elephantorū noua for-  
 ma equi hostium, hostesque conterriti,  
 diffugissent. viginti M. ibi Allobrogum  
 cæsa referuntur, tria millia capta sunt. Eo-  
 dem tempore Aetna mons vltra solitum  
 exarsit, & torrentibus igneis superfusis la-  
 teque circumfluentibus, Catanam urbem  
 finesque eius oppressit, ita vt tecta ædium  
 calidis cineribus præusta & prægrauata  
 corruerent. cuius leuandæ cladis causa,  
 Bb 3 lenatus



senatus decem annorum vectigalia Cata-  
nensibus remisit.

*Fabius consul Bituitum regem Aruernorum, ma-  
gnis copijs instructum, cum paucis fudit. Q. Mar-  
cius alios Gallos fudit.*

## CAPVT XIII.

**A**Nno ab vrbe condita DCXXVIII.  
Fabius consul Bituito regi Aruer-  
norum Gallia ciuitatis bellum maximo  
instructu comparanti, adeo cum paruo  
exercitu occurrit, vt Bituitus paucitatem  
Romanorum vix ad escam canibus, quos  
in agmine habebat, sufficere posse iacta-  
ret. Qui cum sibi ad transferendas copias,  
vnum pontem Rhodani fluminis paruum  
esse intelligeret, alium compactis lin-  
tribus catenisque connexum, superstra-  
tis confixisque tabulis instruxit. Con-  
ferta pugna, & diu grauer agitata, victi  
Galli: conuersique in fugam, dum quis-  
que sibi timet, coaceruatis inconsulte  
agminibus, & praepropero transitu pon-  
tis vincula ruperunt, ac mox cum ipsis lin-  
tribus merfi sunt. Centum octoginta  
millia armatorum in exercitu Bituiti fu-  
isse traduntur, ex quibus centum quin-  
quaginta millia vel caesa vel merfa sunt.  
**Q.** Marcius consul Gallorum gentem  
sub

sub radice alpium sitam, bello aggressus  
est: qui cum se Romanis copijs cir-  
cumspectos viderent, belloque impares  
fore intelligerent, occisis coniugibus ac  
liberis, in flammam sese proiecerunt. Qui  
vero praecoccupantibus Romanis peragen-  
da tunc mortis suae copiam non habue-  
rant, captique fuerant, alij ferro, alij sus-  
pendio, alij abnegato cibo sese consum-  
pserunt: nullusque omnino vel paruulus  
superfuit, qui seruitutis conditionem vi-  
tae amore toleraret.

*De bello Iugurthino, in quo Romani varie cum Iu-  
gurtha rege Numidarum pugnarunt.*

## CAPVT XV.

**A**Nno ab vrbe condita DCXXXIX.  
P. Scipione Nasica, & L. Calpurnio  
Bestia consulibus, Iugurthae Numidarum  
regi bellum consensu populi Romani se-  
natus indixit. Sed ego de Iugurtha ordi-  
nis tantum loco, & causa commemorati-  
onis breuiter perstrinxi. quia vt de  
natura eius varia atque intolerabili, ita  
& de rebus tam dolose, quam strenue  
gestis, propter opimam scriptorum lucu-  
lentiam satis sufficiens apud omnes noti-  
tia est. Igitur Iugurtha Micipsae Numida-  
rum regis adoptiuus, haeresque internatu-  
rales



rales eius filios factus, primum coheredes suos, id est, Hiempsalem occidit, Adherbalem bello victum, Africa expulit. Calpurnium deinde consulem aduersum se missum, pecunia corripit, atq; ad turpissimas condiciones pacis adduxit. Præterea cum Romam ipse venisset, omnibus pecunia aut corruptis, aut attentatis, seditiones dissensionesque permiscuit: quam cum egrederetur, infami satis notauit elogio, dicens: O urbem venalem & mature perituram, si emptorem inuenerit. Insequentis anno A. Postumium, Postumij consulis fratrem, quem is quadraginta millibus armatorum exercitui præfecerat, apud Calamam urbem thesauris regijs cõditis inhiantem bello oppressit: cuique victo in gnominio sissimum sœdus exegit, vniuersam penè Africam à Romanis deficientem, regno suo iunxit. Postea tamè Metelli consulis integritate & disciplina coercitus, duobus etiam prælijs victus, vidit presentem se & vastari Numidiam suam, & non posse defendi: à quo ad deditiõnem coactus, CCC. obsides dedit, frumentum atque alios commeatus persoluturum sese spondit, tria millia amplius perfugarum reddidit. Exin cum incertus in pace impro-

improbos non prohiberet excursus, C. Marij consulis, non minore pene quam ipse præditus erat astutia, Romanisque viribus fractus est: maxime postquam Marius urbem Capsam ab Hercule Phœnice (vt ferunt) conditam, regijs tunc thesauris confertissimam, dolo circumuenit & cepit. Diffidens deinde & proprijs rebus & viribus Iugurtha, societatem cum Boccho Maurorum rege fecit. cuius equitatu in immensum auctus, Marianum exercitum creberrimis incurfionibus fatigauit. Postremo apud Cirtam urbem antiquam Massaniæ regiam, aduersus Romanos expugnationem eius parantes sexaginta millibus equitum instructus occurrit. Nunquam vlla Romano militi tumultuosior pugna & terribilior fuit, adeo vt discursu & fremitu circuncursantium & impetentium equitum suscitatus puluis, cœlû subtexuerit, diem ademerit, noctemque obduxerit: tantus autem telorum nimbus ingruerit, vt nulla pars corporis ab ictu tanta esset: quippe quibus & visus ad prospiciendum impedimento caliginis, & expeditio ad cauendum compressiõnem multitudinis deerat. Nec laborabat eques Maurus ac Numida, vt bene collocatum



hostē oportuno teli impetu rimāretur, sed potius in incertum pila mittebant, certi quod vulnera incerta non essent. Ita coacti in vnum Romani pedites densabatur. Intercapedinem tanti periculi nox interveniens dedit. Eadem postera die & belli & periculi facies. Erumpere in hostem, quam vis stricto miles gladio non valebat, eminus enim iaculis repellabatur. Fugere non poterat, vndique enim velocior ad persequendum eques incluserat. Iam tertia dies, & nullum vndeunque suffragium, dira vndique mortis facies obijciebatur. tandem Marius consul forti desperatione spei viā fecit: vniuerso simul agmine prorupit è vallo, campoque sese simul & praelio dedit. Et cum iterum circumfusi hostes non solum agminis extrema laniarent, verum etiam media excussis procul telis caderent: turbatosque Romanos, insuper etiam æstus solis, intolerantia sitis, mortis circumstantia, vsque ad extremum desperationis defatigarent, subito notū illud Romanorum aduersus Afros tempestatū imbriumque suffragium celo missum, insperatæ salutis fuit: siquidem repentina pluuia sitientibus Romanis & æstantibus refrigerium potumque præbuit.

Porro

Porro autem Numidis hastilia telorum, que manu intorquere sine amentis solent, lubrica ac per hoc inutilia reddidit. Scuta etiam, que elephanti corio extento atque durato habilia & tuta gestabant, cuius ea natura est, vt acceptum imbrem, tanquam spongia ebibat, ac per hoc intractabile repente pondere fiat, quia circumferri non poterant, defendere nequiverunt. Ita ex insperato conturbatis destitutisque Mauris & Numidis, & Bocchus & Iugurtha fugerunt. Post hoc XC. millia armatorū nouissimo bello ab iisdem regibus obiecta, hæc quoque vsque ad internecionem Romanis vincentibus cæsa referuntur. Ex eo Bocchus spem belli abijciens, pacem petiuit: atque in precium pacis Iugurtham dolo captum, catenisque obrutum, per Syllam legatum misit ad Marium: qui in triumpho ante currum cum duobus filiis suis actus, mox in carcere strangulatus est. Iisdem diebus obscenum prodigium ac triste visum est. L. Heluius eques Romanus cum vxore & filia, Roma in Apuliam rediens, tempestate correptus, cum filiam consternatam videret, vt citius propioribus telis succederent, relictis vehiculis, arreptisque equis, filiam virginem equo insiden-



insidentem, in medium agmē accepit. Puella cōtinuo ictu fulminis exanimata est. Sed omnibus sine scissura aliqua vestimentis adeptis, ac pectoris pedumque vinculis dissolutis, monilibus etiam annulisque discussis, ipso quoque corpore illa, nisi quod oblocenum in modum nuda, & lingua paululum exerta iacuit. equus quoque ipse quo utebatur, straturis frenis & cingulis dissolutis passim ac dispersis, exanimis procul iacuit. Paruo post hoc intercessu temporis L. Veturius eques Romanus Aemiliam virginem Vestalem fortuito stupro polluit. Duas præterea virgines Vestales eadem Aemilia ad participationem incesti sollicitas, contubernalibus sui corruptoris exposuit ac tradidit. Indicio per seruum facto, supplicium de omnibus sumptum est. Hisdem præterea Iugurthini belli temporibus, L. Cassius consul in Gallia Tigurinos usque ad oceanum persecutus, rursusque ab eisdem insidijs circumuentus, occisus est. Lucius quoque Piso vir consularis, legatus Cassij consulis, interfectus. Q. Publius alter legatus, ne residua exercitus portio quæ in castra cōfugerat, deleteretur, obsides & dimidiam partem rerum omnium Tiguri-

nis turpissimo fœdere dedit. qui Romam reuersus, à Cœlio tribuno plebis die dicta, eo quod Tigurinis obsides dederat, in exilium profugit. Cæpio proconsule capta vrbe Gallorum, cui nomē est Tolosæ, centum M. pondo auri, & argenti CXM. è templo Apollinis sustulit: quod cum ad Malsiliam amicam populo Romano urbem cū præfidijs misisset, interfectis clam (sicut quidam cōtestantur) quibus ea custodienda & peruehenda commiserat, cuncta per scelus furatus fuisse narratur: unde etiam magna quæstio post Romæ acta est.

*De bello Romanorum aduersus Cimbro, Teutonas, aliasque gentes gesto: vbi & variè vtrinque pugnatū, sed Marij industria Romani superarunt.*

## CAPVT XVI

**A**Nno ab vrbe condita DCXLII. C. Manilius Consul & Q. Cæpio proconsul aduersus Cimbro & Teutonas & Tigurinos & Ambronas Gallorū & Germanorum gentes, quæ tunc, vt imperium Romanum extinguerent conspirauerant, missi, prouincias sibi Rhodano flumine medio diuiserunt. Vbi dum inter se grauissima inuidia & cōtentione disceptant, cum magna ignominia & periculo Romani

mani nōminis victi sunt: siquidē in ea pugna M. Aurelius consularis captus atque interfectus est. Duo filij consulis cæsi, octoginta millia Romanorum sociorumque ea tempestate trucidata, quadraginta millia calonū atque lixarum interfecta Antias scribit. Ita ex omni penitus exercitu decētantummodo homines, qui miserum numerum ad augendas miseras reportarent, superuisse referūtur. Hostes binis castris atque ingenti præda potiti, noua quadam atque insolita execratione cuncta quæ ceperant, pessumdederunt. Vestis discissa & proiecta est, aurum argentumque in flumen abiectum, lorica virorum concissa, phalera equorum \* disperditæ, equi ipsi gurgitibus immersi, homines laqueis collo inditis ex arboribus suspensi sunt, ita vt nihil prædæ victor, nihil misericordiæ victus agnosceret. Maximus tunc Romæ non solum luctus, verum etiam metus fuit, ne confestim Cimbri Alpes transgredierentur, Italiamque delegerent. Eisdem temporibus Q. Fabius maximus filium suum adolescentem rus relegatum, cum duobus seruis parricidij ministris interfecit, ipsosque continuo seruos in pretium sceleris manumisit. Die

\* disperditæ.

dicta, Cn. Pompeio accusante, damnatus est. Igitur Marius quartum consul, cum iuxta Ilarę Rhodanique flumina, vbi in se confluunt, castra posuisset, Teutones, Cimbri, & Tigurini & Ambrones, postquam continuo triduo circa Romanorum castra pugnarunt, si quo pacto eos excuterent vallo, atque in æquos campos effunderent, tribus agminibus Italiam petere destinarunt. Marius post digressum hostium castra mouit, & collem occupauit: qui cæpo & fluuio, vbi hostes sese diffuderant, imminebat. Cumque exercitui eius aqua ad potandū deesset, querelisque omnium coargueretur, aquam quidem in conspectu esse respondit, sed eam ferro vindicandam. Primus itaque calonibus cum clamore in pugnam ruentibus, subsecutus exercitus, mox iusto certamine compositis ordinibus, bellum gestum, & vicere Romani. Quarto die rursus productæ vtrinque in campum acies vsque ad meridiem pene pari pugnare discrimine. Post vbi incalescente sole fluxa Gallorum corpora in modum niuium distabuerunt, vsque in noctē cædes potius quàm pugna protrecta est. Ducenta millia armatorum in eo bello interfecta



fecta sunt, octoginta millia capta, vix tria millia fugisse referuntur. Dux quoque eorum Teutobodus occisus est. Mulieres eorum constantiore animo quam si vicissent, consuluerunt consulem, ut si inuoluta castitate virginibus sacris ac dis feruendum esset, vitam sibi reseruarent. Itaque cum petita non impetrassent, paruis suis ad saxa collisis, cunctæ sese ferro ac suspendio peremerunt. Hæc de Tigurinis & Ambronibus gesta sunt. Teutones autem & Cimbri integris copijs Alpium niues emensi, Italiæ plana peruaserunt: ibique cum rigidum genus diu blandioribus auris, poculis, cibus ac lauacris emolliretur, Marius quintum consul & Catulus aduersum eos missi, die ad pugnam & campo dato, Annibalis secuti ingenium, in nebula disposuere pugnam, in sole pugnarunt. Prima siquidem perturbatio Gallorum fuit, quod Romanam aciem prius offendere dispositam, quam adesse senserunt. Cumque ilicò vulnerati equites retro in suos cogerentur, totamque multitudinem indisposite adhuc aduentantem conturbarent, & sol cum vento ortus ex aduerso emicuisset, visus eorum puluis oppleuit, & splendor hebetauit. Ita factum est, ut

tanta

tanta ac tam terribilis multitudo, minima Romanorum clade, sua autem vltima internecione cæderetur. Centum quadraginta millia eorū tunc in bello cæsa, LX. millia capta dicuntur. Mulieres grauiorem pene excitauere pugnam, quæ plaustris in modum castrorum circuminstruētis, ipsæ autem desuper propugnantes, diu repulere Romanos. Sed cum ab his nouo cædis genere terrerentur (abscisis enim cum crine verticibus, inhonesto satis vulnere turpes relinquebatur) ferro quod in hostes sumplerant, in se suosque vertunt. Nanque aliæ concursu mutuo iugulatae, aliæ apprehensis inuicem faucibus strangulatae, aliæ funibus per equorum crura confertis, ipsisque continuo equis extimulatis, postquam suas ipsæ funibus, quibus equorum crura nexuerat, indidere ceruices, protractæ atque exanimatae sunt, aliæ laqueo de subrectis plaustrorum temonibus pependerunt. Inuenta est etiam quædam, quæ duos filios, traiectis per colla eorū laqueis, ad suos pedes vinxerit: & cum seipsam suspendio morituram dimisisset, secum traxerit occidēdos. Inter hæc multa & miserabilia mortis genera, reguli quoque duo strictis in se gladijs



\* Lugius.

dijs concurrisse referunt. \* Lucius & Boiorix reges in acie ceciderunt. Claudicus & Ceforix capti sunt. Ita in his duobus praelijs trecenta quadraginta millia Gallorū occisa, & centū quadraginta millia capta sunt, absque innumera mulierum multitudine, quæ se suosq; paruulos foemineo furore, vi autem virili necauerunt. Igitur talem Marij triumphum Romanamq; victoriam incredibile facinus, & nunquam antea Romanis cognitum, Romæ subito perpetratum, versa in horrorē ac mœrorem tota vrbe, suscauit. Poblucius siquidem Malleolus, seruis annitentibus, matrem suam interfecit. Damnatus parricidij, insultusq; in culleum, & in mare proiectus est. Impleueruntque Romani facinus & poenam, vnde Solon Atheniensis decernere non ausus fuerat, dum fieri posse non credidit: & Romani qui se ortos à Romulo scirent, etiam hoc fieri posse intelligentes supplicium singulare sanxerunt.

*De ingenti Roma seditione, auctoribus L. Appuleio Saturnino, C. Mario, ceterisq; orta.*

## CAPVT XVII.

**A**nno ab vrbe cōdita DCXLV. post Cimbricum & Teutonicum bellum & quintum Marij consulatum, quo sta-

tus imperi Romani iure conseruatus iudicatur, sexto consulatu eiusdem C. Marij ita labefactatus est, vt pene vsque ad extremum intestina clade cōciderit. Euoluere ac percurrere mihi discordiarum ambages & inextricabiles seditionū causas incommodum simul ac longum videtur: sane breuiter strinxisse sufficiat, quod primus L. Appuleius Saturninus excitati tumultus auctor extiterit, Q. Metello Numidico, viro sane primario acerrimus inimicus, qui eū censorem creatum protractum domo, atq; in Capitolium cōfugientem armata multitudine obledit, vnde equitum Romanorū indignatione deiectus est, plurima ante Capitolium cæde facta. A. Nonium deinde competitorum suum Saturninus & Glaucia, fraude C. Marij consulis occiderunt. Subsequente anno Marius sextū cos. & Glaucia prætor, & Saturninus tribunus plebis conspirauerunt, Metellum Numidicum in exilium quacunque vi agere. Die dicta, à suppositis eiusdem factionis iudicibus, per scelus innocens Metellus damnatus, in exilium cū totius vrbs dolore discessit. Idem Saturninus Memmium virum acrem & integrum, fieri consulem timēs,



orta subito seditione fugientē per P. Met-  
tium satellitem informi stipite comminu-  
tum interfecit. Fremente pro tantis rei-  
publicæ malis senatu populoque Roma-  
no, Marius consul accommodato ad tem-  
pus ingenio consensui honorum sese im-  
miscuit, commotamque plebem leni ora-  
tione sedauit. Saturninus infamibus ausu-  
bus concionem domi suæ habuit, ibique  
ab alijs rex, ab alijs imperator est appella-  
tus. Marius manipulatim plebe descripta,  
alterum consulem cum præsidijs in colle  
disposuit, ipse portas communiuit. In fo-  
ro prælium commissum est. Saturninus  
Marianis foro pulsus, in Capitolium con-  
fugit. Marius fistulas quibus eò aqua de-  
ducebatur, incidit. Bellum deinde in ad-  
itu Capitolij horridum satis actū est, mul-  
ti que circa Sauscium & Saturninum cæsi.  
Saturninus palàm clamitans, Marium au-  
ctorem esse omnium molitionum suarum  
contestatus est. Cum autem ipse Saturni-  
nus & Sauscius & Labienus cogente Ma-  
rio, in curiam confugissent, per equites  
Romanos effractis foribus, occisi sunt. C.  
Glauca extractus è domo Claudij, truci-  
cidatus est. Furius tribunus plebis bona  
omnium publicanda decreuit. Cn. Dolabella

bella Saturnini frater, per forum olitori-  
um fugiens, cum L. Gegano interfectus  
est. Itaque auctoribus tantę seditionis oc-  
cisis, quies populo fuit. Tunc Cato atque  
Pompeius rogationem de reditu Metelli  
Numidici totius vrbis gaudio promulga-  
runt: quæ ne perferretur, Marij consulis  
& Furij tribuni plebis factionibus inter-  
cessum est. Rutilius quoque vir integerr-  
mus, adeo fidei atque innocentie constan-  
tia vsus est, vt die sibi ab accusatoribus di-  
cta, vsque ad cognitionem neque capillum  
barbamue promiserit, neque sordida ve-  
ste humiliue habitu suffragatores concili-  
arit, inimicos permullerit, iudices tēpera-  
rit, orationē quoque à prætore concessam  
nihilò summissiorem quàm animū habue-  
rit. Cum euidenti oppugnaretur calum-  
nia, & opinione bonorū omniū iure ab-  
soluendus putaretur, periurio iudicū con-  
demnatus est: qui Smyrnam commigrans,  
literarum studijs intentus consenuit.

*De bello sociali, quo Italici populi à Romanis desi-  
cientes rebellarunt. item de prodigijs varijs.*

## CAPVT XVIII.

**A**Nno ab V. C. sexcentesimo LIX.  
Sex. Iulio Cæsare, & L. Marcio  
Philippo consulibus, intestinis causis so-  
ciale



ciuale bellum tota commouit Italia. Siquidem Liuius Drusus tribunus plebis, Latinos omnes (pelibertatis illectos, cum placita explere non posset, in arma excitauit. Eo accessit ut inæstam urbem prodigia dira terrerent. Nam sub ortu solis globus ignis à regione septétrionis cum maximo cœli fragore emicuit. Apud Arretinos cum panes per conuiuia frangerentur, cruor è medijs panibus, quasi è vulneribus corporum fluxit. Præterea per septē continuos dies grandio lapidum, immixtis etiam testarum fragmentis, terram latissimè verberauit. In Samnitibus vastissimo hiatu terræ, flamma prorupit, & usq; in cœlum extēdi visa est. Complures præterea in itinere videre Romani globum coloris aurei, cœlo ad terram deuolui: maioremque factum, rursus à terra in sublimē ad orientem solem ferri, ac magnitudine sua ipsum solem obtexisse. Drusus tantis malis anxius, domi suæ, incerto quidem auctore, intersectus est. Igitur Picentes, Vestini, Marfi, Peligni, Marrucini, Samnites, Lucani, cum adhuc occultam defectionem meditarentur, C. Seruilium prætorem legatum ad se missum, apud Asculum occiderunt: statimque

que clausa ciuitate, omnes ciues Romanos in dicta cæde iugulauerunt. Continuo atrocissimam perniciem infamissima præcesserunt prodigia. Nanque omnium generum animalia, quæ manus hominum blande perpeti, atque inter homines uiuere solita erant, relictis stabulis pascuisque, cum balatu, hinnitu, mugituque miserabili, ad syluas montesque fugerunt. Canes quoque, quorum natura est extra homines esse non posse, lachrymosis vultibus vagi luporum ritu oberrarunt. Igitur Cn. Pompeius prætor cum Picentibus iussu senatus bellum gessit, & victus est. Postquam sibi Samnites Papium Mutilum imperatorem præfecerant, Marfi autem Agemnonem archipiratam præoptauerant, Julius Cæsar Samnitium pugna victus, cæso fugit exercitu. Rutilius consul Marium propinquum suum legatum sibi legit: quem assidue submonentē, moram bello vtilem fore, & paulisper in castris exerceri militē oportere tironem, dolo id eū agere ratus, contempsit: seseq; in insidias Marforū, & vniuersum agmen exercitus sui incautus iniecit. vbi & ipse consul occisus, & multi nobiles interfecti, & octo millia Romanorum militum cæsa sunt.



sunt. Arma & corpora interfectorum in conspectum Marij legati Tolenus fluiuis pertulit, atque in testimoniū cladis euexit Marius raptis continuo copijs, victores insperatos oppressit, octo millia & ipse Marsorum interfecit. Capio autem à Vestinis & Marfis deductus in insidias cū exercitu trucidatus est, L. vero Iulius Cæsar postquam apud Aeserniam victus aufugerat, contra actis vndique copijs, aduersus Samnites & Lucanos dimicans, multa hostium millia interfecit. Cumque ab exercitu imperator appellatus esset, Romanamque nūcios de victoria misisset senatus sagum, hoc est, vestem mœroris, quam exorto sociali bello sumpserat, hac spe aridente deposuit, atque antiquum togæ decorem recuperavit. Marius deinde sex millia Marsorum cecidit, septem millia armis exiit. Sylla cum viginti quatuor cohortibus Aeserniam missus, vbi arctissima obsidione Romani ciues & milites premebantur, maximo bello & plurima cæde hostium urbem sociosq; seruauit. Cn. Pompeius Picentes graui prælio fudit, qua victoria Senatus laticlauia & cætera dignitatis insignia recepit, cum togas tantummodo victoria Cæsaris primum respici-

rante

rante sumpsisset. Porcius Cato prætor Etruscos, Plotius legatus Umbros, plurimo sanguine impento, difficillimo labore vicerunt. Cn. Pompeio, & L. Porcio Catone consulibus, Pompeius diu obsedit Asculum ciuitatem: nec tamen expugnauisset, nisi populum in campum prorumpentem grauisima oppressione vicisset. Decem & octo millia Marsorum in ea pugna cum Franco imperatore suo cæsa sunt; capta tria millia. Quatuor autem millia Italicorum virorū ex ea cæde profugorum, iugum montis coacto in vnum agmine forte conscenderant: vbi oppressi exanimatique niuibus, miserabili morte riguerunt. Namque ita vt attoniti timore hostium steterant, alij stirpibus vel saxis reclines, alij armis suis innitentes, patientibus cuncti oculis, detribusque nudatis, viuentium in modum vilebantur: nec vllum erat procul intuentibus mortis indicium, nisi diuturna immobilitas, quam nullo modo humanæ vitæ vegetatio diu perpeti potest. Eadem die Picentes congressi & victi sunt, quorum dux Iudacilius conuocatis principibus suis, post magnificas epulas largaque pocula, cunctos ad exemplum sui prouocans, hausto vene-



no absumptus est, cunctis factum eius laudantibus, sed nemine subsequente. Anno ab vrbe condita sexcentesimo LXI. cum ad obsidendos Pompeius Romanus isset exercitus, & Postumius Albinus vir consularis, tunc L. Syllæ legatus, intolerabili superbia omnium in se militum odia suscitauisset, lapidibus occisus est. Sylla consul ciuilem cruorem non nisi hostili sanguine expiari posse testatus est: cuius rei conscientia permotus exercitus, ita pugnam adortus est, ut sibi unusquisque pereundum videret, nisi vicisset. XVIII. millia Samnitum illo praelio caesa sunt. Iuuentium quoque Italicum ducem, & magnum ipsius populum persecutus occidit. Porcius Cato consul Marianas copias habens, cum aliquanta strenue gessisset, gloriatus est C. Marium non maiora fecisse: & ob hoc cum ad lacum Facinum contra Marfos bellum gereret, à filio C. Marij in tumultu belli, quasi ab incerto auctore prostratus est. C. Gabinius legatus in expugnatione hostilium castrorum interfecit. Marrucini Vestinique, Sulpicio legato Pompeij persequente, vastati sunt. Pompeidius & Obsidius Italici imperatores ab eodem Sulpicio apud flumen Thea-

num

num horribili praelio oppressi & occisi sunt. Pompeius Asculum ingressus, praefectos centuriones, cunctosque principes eorum virgis cecidit, securisque percussit, seruos praedamque omnem sub hasta vendidit, reliquos liberos quidem, sed nudos & egentes abire praecipit: & cum de hac praedae opitulationem aliquam in usum stipendij publici senatus fore speraret, nihil tamen Pompeius ex ea egenti aulario contulit. Namque eodem tempore cum penitus exhaustum esset aarium, & ad stipendium frumenti deesset expensa, loca publica quae in circuitu Capitolij pontificibus, auguribus, decemuiris & flaminibus in possessionem tradita erant, cogente inopia, vendita sunt. & sufficiens pecuniae modus, qui ad tempus inopiae subsidio essent, acceptus est. Et quidem tunc in sinus ipsius ciuitatis euerfarum omnium urbium, nudatarumque terrarum abrae undique opes congregabantur, cum ipsa Roma turpi adigente inopia, praecipuas sui partes aucebatur. Quamobrem consideret tunc tempora sua, cum quasi inexplebilis venter cuncta consumens & semper esuriens, cunctis urbibus, quas miseras faciebat, ipsa miserior, nihil relinquens, nihil habebat, & sti-



& stimulo domesticæ famis ad continuationem bellicæ inquietudinis trudebatur. Iisdem temporibus rex Sothimus cum magnis Thracum auxilijs Græciam ingressus, cunctos Macedoniæ fines depopulatus est: tandemq; à C. Sentio præ-tore superatus, redire in regnum coactus est.

*De bello civili Mariano & Mithridatico, in quo Sylla & Marius maximos tumultus calamitatisque reipublicæ inuexerunt.*

## CAPVT XIX.

**A**Nno ab vrbe condita sexcentesimo sexagesimo secundo, nondum finito sociali bello, Romæ primum bellum ciuile commotum est: eodemq; anno Mithridaticum bellum, etsi minus infame, nõ tamen minus graue ceptum est. Et quidem de Mithridatici belli spatio variè traditum est, vtrum ab hinc primum ceperit, an tunc præcipue exarserit, maxime cum alij XXX, alij XL. annis gestum ferat. Sed quamuis iisdem temporibus gesta perplexis coaceruata malis exarserint, à me tamen speciatim, etsi breuiter, singula proferentur. Marius Sylla consule, & contra Mithridatem in Asiam cum exercitu profecturo, in Campania tamen propter socialis

alis belli reliquias consistente, affectauit septimum consulatum, & bellum suscipere Mithridaticum. quo Sylla cognito, impatiens reuera iuuenis intemperataque ira percitus, cum quatuor legionibus primum ante urbem confedit, vbi Gratidum Marij legatum, quasi primam victimã belli ciuilis occidit, mox urbem cum exercitu irrupit, faces ad inflammandam urbem poposcit. Omnibus metu abditis, per sacram viam citato agmine in forum venit. Marius cum permouere nobilitatem, inflammare plebem, equestrem denique ordinem perarmare aduersus Syllam frustra attentasset, postremo seruis spe libertatis & prædæ ad arma sollicitatis, ne quicquam repugnare ausus, tandem in Capitolium concessit. Sed cum eo Syllanæ cohortes irruissent, magna \* suorum cæde <sup>seruorum</sup> diffugit. Ibi tunc Sulpicius Marij collega, seruo suo prodente, prostratus est. Seruû vero ipsum, quod hostem indicauerat, manumitti, quod vero dominû prodiderat, saxo Tarpeio deijci consules decreuerunt. Marius fugiens, cum persequentium instantia circumseptus esset, in Minturnensium paludibus sese abdidit. è quibus infeliciter luto oblitus, ignominioseque protractus,



tractus, turpi autē spectaculo Minturnas  
deductus, contrususq; in carcerem, per-  
cussorem ad se missum solo vultu exterru-  
it. Deinde lapsus ē vinculis, in Africā trās-  
fugit, sollicitatoq; ex Vtica filio, vbi is cu-  
stodia obseruabatur, continuo Romā re-  
gressus, Cinnae consuli societate scelerum  
coniunctus est. Igitur ad profligandam  
vniuersam Rempublicam, exercitum sibi  
in quatuor partes diuiserūt. Tres siquidē  
legiones Mario datae, parti copiarū Cn.  
Carbo praepositus est, partem Sertorius  
accepit: ille scilicet Sertorius iam hic ci-  
uilibus belli incentor & particeps, qui etiam  
hoc finito, aliud post in Hispania bel-  
lum excitauit, quod per multos annos  
maximis Romanorum cladibus traxit.  
Caetera vero exercitus portio Cinnam  
secuta est. Porro autem Cn. Pompeius qui  
a senatu cum exercitu accersitus, vt reipub-  
licae opitularetur, & diu sese nouarū re-  
rum aucupatione suspenderat, contēptus  
a Mario vel Cinna, ad Octauium alterū  
consulem sese contulit, & mox cum Ser-  
torio confligit. Infelicem pugnam inter-  
uentus noctis diremit. Sexcenti ex vtraq;  
parte milites trucidati sunt. Postera die  
cum permixtim corpora ad sepulturam  
dilcer-

discernerentur, miles Pompeianus fratris  
sui, quem ipse interfecerat, corpus agno-  
uit. In concursu enim vtrique cognitionē  
vultus galea, considerationem furor adē-  
merat: quamuis parum sit culpae circū-  
gnorantiam, vt videatur nescisse de fratre,  
quē non ambigitur scisse de ciue. Itaque  
victor victo infelicio, vbi & fratris cor-  
pus agnouit, & parricidiū suum, execra-  
tus bella ciuilia, ilico pectus suum gladio  
transerberans, simulq; lachrymas & san-  
guinē fundens, super fraternum sese cada-  
uer abiecit. Et quid hoc profuit ad confu-  
sionem crudelis incepti, quod in primo  
statim bellorum ciuiliū exordio infamis  
fama percrebuit, cōcurrisse ignaros qui-  
dem fratres, sed cōscios ciues: petijisse fra-  
trem scelere victorē spolia fratris occisi:  
ac mox tantae immanitatis reum, eodem  
gladio atque eadem manu per suam necē  
parricidium, quod admiserat, vindicasse?  
Nunquid in tantarum animositate parti-  
um tam triste mouit exēplum? Nunquid  
apud quenquam periculū sceleris repulit  
terror erroris? Nunquid haec quae com-  
munis est etiam cum beluis pietas & re-  
uerētia naturae, quod vnus perimendo ac  
pereundo cōmisit, quia in se agi posset in-  
tremuit,



tremuit, seseque ab huiusmodi incepto, conscientia victus remouit? Quin potius annis fere quadraginta consequentibus, in tantum continuata sunt bella ciuilia, vt magnitudo laudis, appetenda ex magnitudine sceleris putaretur. Omnes enim post tale documentum in tali militia parricidiorum pericula refugissent, nisi parricidia ipsa voluissent. Igitur Marius coloniam Ostiensem vi ingressus, omnia ibi genera libidinis, auaritiæ, crudelitatis exercuit. Pompeius fulmine afflatus, interiit: exercitus vero eius pestilentia correptus, pene totus absumptus est. Nam vndecim millia virorum de castris Pompeij mortua, sex millia autem de parte Octauij consulis desiderata sunt. Marius Antium & Ariciam ciuitates hostiliter irrupit, cunctosque in his præter proditores interfecit, bona suis diripienda permisit. Post Cinna consul cum legionibus, & Marius cum fugitiuis urbem ingressi, nobilissimos quosque è senatu, & plurimos consulares viros interfecerunt. Sed quota hæc portio ostentatæ miseræ est, vno verbo definisse cædem bonorum, cuius fuit tanta numerositas, tanta diurnitas, tanta crudelitas, tantaque diuersitas? Verumta-

men

men æquius est me aliquid vtilitatis subtraxisse causæ, quàm tantum horroris ingessisse notitiæ, siue peritis hæc, siue imperitis obijciantur. De patria siquidem, de ciuibus, & de maioribus nostris hæc loquimur: qui his exagitati malis, tam abominanda gesserunt, de quibus etiam auditis posteri perhorrescant, qui profecto nolunt ista nimis exaggerari, aut sufficientis notitiæ moderatione, si sciunt: aut misericordis reuerentiæ contemplatione, si nesciunt. Igitur Marius cum interfectorum ciuium capita illata conuiuis, oblata Capitolio, \* collocata rostris, ad spectaculum ornatumque congereret, ac se-

\* collata.

ptimum consulatum cum Cinna tertium consule peruasisset, in exordio consularis imperij sera tandem morte præreptus est. Cinna bonorum neces, malorum cæde suppluit. Nam cum introducta per Marium fugitiuorum manus insatiabilis prædandi esset, nullamque partem auctoribus prædæ consulibus ministraret, in forum quasi stipendij causa sollicitata, militibusque circumdata, inermis extincta est. Cæsa sunt illa die in foro vrbs octo millia fugitiuorum: idemque Cinna quartum consul, ab exercitu suo interfectus est.

D d

Quo-

*Quomodo Sylla à senatoribus reuocatus fuerit ad subueniendum perdita patria, quosq; ipse cum suis subegerit.*

## CAPVT XX.

**I**Nterea residui senatorum, qui potentiam Cinnæ, Marij crudelitatem, infamiam Fimbriæ, Sertorijque audaciam fugauiserant, transuecti in Græciam, coegere precibus Syllam, ut periclitanti, immo iam pene perditæ patriæ opem ferret. Igitur Sylla mox ut Campanû littus attigit, Norbanû consulem prælio oppressit, septem M. tunc Romanorû Romani interfecerunt, sex M. eorundem ab iisdem capta sunt, centum XXI. de Syllana parte ceciderunt. Fabius vero Adrianus, cui imperiû pro prætore erat, regnum Africa feruorum manu affectans, à dominis eorû apud Vticam, congestis sarmentis, cum omni familia viuus incensus est. Damaspus prætor, incensore Mario consule, Q. Scæuolam, C. Carbonem, L. Domitium, P. Antistium, in curiam quasi ad consultandû vocatos crudelissimè occidit. Corpora interfectorum per carnifices vincta tracta, atque in Tyberim missa sunt. Eodè tempore Syllæ duces plura prælia aduersus Marianas partes infelicissima felicitate gela-

te gesserunt. Nam & Q. Metellus Carrinatis copias cecidit, & castra peruasit, & Cn. Pompeius Carbonis equitatum grauius trucidauit. Syllæ etiam & Marij adulescentis maximum tunc præliû apud Sacriportum fuit, in quo de exercitu Marij cæsa sunt viginti quinque millia, sicut Claudius scribit. Pompeius Carbonè etiam castris exiit, fugientemque insecutus, nunc cædendo, nunc ad deditionem cogendo, plurima exercitus parte priuauit. Metellus Norbani agmen oppressit: vbi nouè millia Marianæ partis occisa sunt. Lucullus cum à Quinctio obsideretur, erupit, & repentina pugna obsessorè deleuit exercitum. Nam plus quàm decem millia ibi tunc cæsa referuntur. Sylla deinde cum Lamponio Samnitum duce, & Carrinatis reliquis copijs, ante ipsam urbem portamque Collinam ad horam diei nonam signa contulit, grauisimoque prælio tandem vicit. octoginta millia hominum ibi fusa dicuntur, XII. millia sese dederunt: reliquam multitudinem in fugam versam, insatiabilis victorum ciuium ira consumpsit.

*De proscriptione Syllana, alijsq; crudelibus facinoribus.*

Sylla mox vt vrbe victor intrauit, tria millia hominum, qui se per legatos dederant, contra fas contraque fidem datam, inermes securosque interfecit. Plurimi tunc quoque, vt non dicam innocentes, sed etiam ipsius Syllanæ partis occisi sunt, quos fuisse plus quam nouem millia ferunt. Ita liberæ per urbem cædes percussoribus passim vagantibus, vt quenquam vel ira vel præda sollicitabat, agitabantur. Igitur cunctis iam quod singuli timebant aperte frementibus, Q. Catulus palam Syllanæ dixit, cum quibus tandem victuri sumus, si in bello armatos, in pace inermes occidimus? Tunc Sylla auctore L. Furio primipilari, primus infamem illam tabulam proscriptionis induxit. Prima proscriptio octoginta hominum fuit, in quibus quatuor consulares erant, Carbo, Marius, Norbanus, & Scipio, interque eos Sertorius tunc maxime pertimescendus. Item alia cum duobus nominibus proposita est, quam cum Lollius, quippe securus, nihilque sibi conscius legeret, vbi suum repente nomen offendit, dum se trepidus ad aperto capite foro subtrahit, interfectus est. Sed ne in ipsis quidem tabulis fides ac

finis malorum videbatur. Namque alios quos proscripserant, iugulabant: alios autem postquam iugulauerant, proscribant. Nec ipsius mortis erat via simplex, aut vna conditio, vt in nece ciuium saltem ius hostium seruaretur, qui nihil à victis præter vitam exigunt. M. Marium siquidem de caprilicafa extractum, vinciri Sylla iussit: ductumque trans Tiberim ad Lutatorum sepulchrum effosis oculis, membrisque minutatim defectis, vel etiam fractis, trucidari. Post hunc P. Latorius senator, & Venuleius triumuir, occisi. M. Marij caput Præneste est missum: quo viso, C. Marius vltima desperatione correptus, vbi à Lucretio obsidebatur, ne in manus incideret inimicorum, cum Telfino mutua morte concurrat. Dumque violentius ipse in concurrentem manus adiegit, circa suum vulnus manum percutientis hebetavit. Ita eo interfecto, ipse leuiter vulneratus, ceruicem seruo suo præbuit. Carrinatem prætorem Sylla iugulauit. Inde Præneste profectus, omnes Marianæ militiæ principes, hoc est, legatos, quæstores, præfectos, & tribunos iussit occidi. Pompeius Carbonem à Cossura insula in Aegyptum fugere conantem,



in Siciliam ad se retractum, & complures cum eo socios eius occidit. Sylla dictator creatus est, vt dominationis & crudelitatis libido, honesti præcipuique nominis reuerentia & armaretur & velaretur. Pompeius in Africam transgressus, eruptione circa Vticam facta, XVIII. millia hominum interfecit. Quo bello Domitius dux Marianus, dum inter primores repugnat, occisus est. Idemque Pompeius Hieram Numidia regem persecutus, fugientem, à Bogude Bocchi Maurorum regis filio, spoliari omnibus copijs fecit: quem continuo Bullam reuersum, tradito sibi oppido, interfecit.

*Dictorum velut epilogum recitat auctor. De nouo tumultu per Lepidam excitato.*

## CAPVT XXII.

**C**Reatis itaque P. Seruilio & Ap. Claudio consulibus, visus est tandem Sylla priuatus. Hoc fine conclusa sunt duo bella funestissima, sociale Italicum & ciuile Syllanum. Hæc per annos decem tracta, plus quam centum quinquaginta milia Romanorum consumpserunt: tantumque lectissimorum virorum vernaculorumque militum Roma hoc ciuili bello perdidit, quantum in ea superiore tempore, cum

cum se iam aduersus Alexandrum Magnū circumspecteret, in discretis ætatibus census inuenit. Præterea viros consulares viginti quatuor, prætorios sex, ædilitios sexaginta, senatores fere ducentos, absque innumeris totius Italiae populis, qui passim sine considera deleti sunt. quos negget quisquam, si valet, quin eodem damno suo vicerit Roma, quo amisit Italia. Proh pudor. Nunquidnam & hic comparatione ambigua egent tempora? Immo vel maxime, inquit. Nam quid tam aptè, quam bellis ciuilibus bella ciuilia comparantur? An forte dicetur, etiã in his temporibus bella ciuilia non fuisse? Quibus à nobis respondebitur, iustius quidem socialia vocari oportere: sed nobis proficere, si ciuilia nominentur. Cum enim causis vocabulisque ac studijs paria docetur omnia, tum sibi in his tanto plus vindicat reuerentia Christianæ religionis, quanto minus præsumpserit potestas irata victoris. Nam cum plerunque improbi tyrani temere inuadentes rempub. vsurpatoque regio statu, Romani imperij corpus abrupserint, atque ex eo bella vel per se iniusta importarint, vel in se iusta commouerint, Britannis Gallisque populis erecti & in-



fructi, hæc bella quantum externis proxima, tantum longinqua ciuilibus, quid nisi socialia iure vocitentur, cum ipsi Romane Sertorij quidem, aut Perperna, aut Crixi, aut Spartaci bella, ciuilia vsquam nominarint? In tali ergo defectu, vel perduellione sociorum, minore nunc utriusque inuidia laboraret, si fortassis existeret vel grauis pugna, vel cruenta victoria. Veruntamen cum in hisce temporibus omnia plus necessitatis afferant & minus pudoris, hoc est, causa, pugna, victoria, vel pro extinguenda insolentia tyrannorum, vel pro cohibendo sociorum defectu, vel pro inurendo ultionis exemplo, cui tandem dubium est, quanto nunc mitius, quantoque clemētius excitata (ut dicunt) bella ciuilia geruntur, immò reprimantur potius quam geruntur? Quis enim vnum ciuile bellum per decem annos his temporibus agitatum audierit? Quis vno bello centum quinquaginta M. hominum, vel hostium ab hostibus, ut nō dicam ciuium à ciuibus, cæsa meminerit? Quis illam, quam explicare longum est, optimorum atque illustrium virorū multitudinem trucidari in pace cognouerit? Postremo quis illas, infames interficiendorum

dorum tabuias timuerit, legerit, senserit? ac non potius omnibus notum sit, vna cunctos pace compositos, atque eadem salute securos, victos victoresque pariter communi exultasse lætitia: ac etiam in tantis totius imperij Romani prouincijs, vrbibus ac populis, vix paucos aliquando extitisse, quos iusta ultio inuito etiam victore damnarit? Et ut verbis verba non onerem, non temerè dixerim, tantam vel in bello saltem extinctam modo fuisse gregariorum militum manum, quanta tunc cæsa est in pace nobiliū. Igitur Sylla mortuo, Lepidus Marianæ partis assertor, aduersus Catulum Syllanum ducem surgēs, rediuiuos bellorum ciuiliū cineres suscitauit. Bis tunc acie certatum est. Plurimi Romanorum iam ipsa paucitate miserorum, & adhuc illo furore insanientium cæsi sunt. Albanorum ciuitas obsidione oppugnata atque excruciatam fame, vltima miserabilium reliquiarum deditione seruata est. Vbi tunc Scipio Lepidi filius, captus atque occisus est. Brutus in cisalpinam Galliam fugiens, persequente Pompeio, apud Rhegiū interfectus est. Ita hoc bellum ciuile non magis clementia Catuli, quam tædio Syllanæ crudelitatis, vt

Dd 5 ignis



ignis in stipula, eadem celeritate qua exarsit, euanuit.

*De quatuor nouis bellis à Romanis susceptis, Hispanico, Pamphylico, Macedonico & Dalmatico.*

## CAPVT XXIII.

**A**Nno ab vrbe condita sexcentesimo septuagesimo tertio, sonantibus vndique bellorum fragoribus, quorum vnum in Hispania erat, aliud in Pamphylia, in Macedonia tertium, quartum in Dalmatia, exanguis adhuc atque exhausta intestina pernicie tanquam febribus Romana respublica, propulsare armis occidentis septentrionisq; fortissimas gentes cogebatur. Sertorius siquidem vir dolo atque audacia potens, cum partium Marianarum fuisset, Syllam fugiens, ex Africa dilapsus in Hispanias, bellicosissimas gentes in arma excitauit. Aduersus hunc, vt breuiter definiam, duo duces missi, Metellus & Domitius: quorum Domitius ab Hirculeio Sertorij duce, cū exercitu oppressus est. Manilius proconsul Gallia in Hispaniam cum tribus legionibus & mille quingētis equitibus transfessus, iniquam cum Hirculeio pugnam conseruit: à quo castris copiisque nudatus, in oppidum Ilerdam penè solus refugit.

fugit. Metellus multis prælijs fatigatus, per deuia oberrans, hostem mora fatigabat, donec Pompeij castris consociaretur. Pompeius contracto apud Pallantium exercitu, Lauronem ciuitatem, quā tunc Sertorius oppugnabat, frustra conatus defendere, victus aufugit. Sertorius superato fugatoque Pompeio, Lauronem captam truentissimè depopulatus est: reliquum agmen Lauronensium, quod caedibus superfuerat, miserabili in Lusitaniam captiuitate transduxit. Pompeium autem, hoc est, illum Romanorum ducem, à se victum fuisse gloriatus est: quem magna præditum fiducia, ad hoc bellum non pro consule, sed pro consulibus Roma misisset. Fuisse tunc Pompeio triginta millia peditum & mil-<sup>nouem</sup> le equites, Galba scribit: Sertorium autem sexaginta millia peditum, \* octo millia equitum habuisse commemorat. Postea vero Hirculeius cum Metello congressus, apud Italicam Beticæ urbem, viginti millia militū perdidit: victusque in Lusitaniam cum paucis refugit. Pompeius Segidā nobilem Celtiberiæ urbem cepit. Sertorius deinde cum Pompeio congressus, decem millia militum eius interfecit.



428 PAVLI OROSII  
terfecit. Ex alio cornu vincēte Pompeio,  
tantundem pene ipse perdidit. Multa in-  
ter eos præterea prælia gesta sunt. Mem-  
mius quæstor Pompeij, idemque vir so-  
roris eius, occisus est. Hirculei fratres in-  
terfecti. Perperna, qui se Sertorio iunxe-  
rat, comminutus est. Postremo ipse Ser-  
torius decimo demum anno belli inchoa-  
ti, iisdem, quibus & Viriathus, suorū do-  
lis interfectus, finem bello fecit, Romanis-  
que victoriam sine gloria dedit: quamvis  
Perpernam postea pars exercitus eius se-  
cuta sit, qui à pompeio victus, cū vniuer-  
so exercitu suo interfectus est. Ciuitati-  
bus vero cunctis vltro ac sine mora per-  
ditionem receptis, duæ tantum restite-  
runt, hoc est, Vxama & Calaguris: qua-  
rum Vxamam Pompeius euertit, Calagu-  
rim Afranius iugi obsidione confectam,  
atque ad infames elcas miseranda inopia  
coactam, vltima cæde incendioque dele-  
uit. Percussores Sertorij præmium ne pe-  
tendum quidem à Romanis esse duxerūt,  
quippe qui meminissent antea Viriathi  
percussoribus denegatum. Et quamvis  
nullo tunc præmio patrauerint Romanā  
securitatem, tamen fortis fide ac viribus  
semper Hispania, cum optimos inuictissim-  
osque

LIBER QVINTVS. 429  
mosque reges reipub. dederit, nullum vn-  
quam tyrannorum ab initio vsque in ho-  
diernum diem vel de se editum misit, vel  
in se extrinsecus incurrentem viuum po-  
tentemue dimisit. Interea Macedonicum  
bellum Claudius sortitus, varias gentes  
quæ Rhodopæis montibus circumsulæ  
sunt, ac tunc Macedoniam crudelissimè  
populabantur: (nam inter cætera dictu au-  
dituque horrida, quæ in captiuos agebāt,  
raptis, cum poculo opus esset, humano-  
rum capitum ossibus, cruentis capillatis-  
que adhuc, ac per interiores cavernas ma-  
le effosso cerebro oblitis, auidè ac sine  
horrore, tanquam veris poculis vtebātur,  
quarum cruentissimi atque immanissimi  
Scordis(ierant) has itaque, vt dixi, Clau-  
dius pellere Macedoniae finibus bello at-  
tentauit, magnisque se malorum molibus  
obiecit: vnde cum animo æger, & curis  
circunseptus, morbo insuper correptus  
esset, interijt. Huius successor Scribonius  
attentatarū superiore bello gentium vim  
declinans, in Dardaniam arma cōuertit,  
eamque superauit.

Publius vero Seruilius ex consule, Ci-  
liciam & Pamphyliam crudelissimè ador-  
tus, dum subdere studet, pene deleuit. Ly-  
ciam



ciam & vrbes eius obfelas oppreffasque cepit. Præterea Olympum montem peruagatus, Phafelim euertit, Corycum diruit, Tauri quoque montis latera in Ciliciam vergentia perferutus, Ifauros bello fractos, in ditionem redegit: primus Romanorum per Taurum duxit exercitum, ac limitem itineris fecit. Triennio emenso, quo bellum gestum est, Ifaurici nomen assumpfuit. Cosconius proconsule fortitus Illyricum, protrita subactaque Dalmatia, Salonas urbem florentissimam post biennium tandem expugnauit & cepit.

*De bello fugitiuorum seu gladiatorum, & cladi-  
bus eius.*

## CAPVT XXIII.

**A**Nno ab vrbe condita sexcentesimo LXXIX. Lucullo & Calsio consulibus, gladiatores LXXIII. Capuæ à ludo Cn. Lentuli diffugerunt: qui cōtinuo, ducibus Crixo & Oenomaio Gallis, & Spartaco Thrace, Vesuium montem occuparunt. vnde erumpentes Clodij prætoris, qui eos obsidione cinxerat, castra expugnarunt: ipsoque in fugam acto, cuncta in prædam verterunt. Inde per Consentiam & Metapontum circumducti, in-

gentia

gentiabreui agmina, collegerunt. Nam Crixo X. milliū multitudo, Spartaco autem triplex tūc numerus fuisse fertur. Oenomaus enim iam in superiore bello fuerat occisus. Itaque cum cædibus, incendiis, rapinis, stuprisque omnia miscerent, in exequijs captiuæ matronæ, quæ se dolore violati pudoris necauerat, munus gladiatorum ex qua adringentis captiuis scilicet, qui spectandi fuerant, spectaturi, utpote lanistæ, gladiatorum potius quàm militum principes, ediderunt. Deinde consules Gellius & Lentulus aduersus eos cum exercitu missi. quorum Gellius Crixum acerrimè pugnantem prælio oppreffit. Lentulus à Spartaco superatus aufugit. Pòst etiam collatis frustra ambo consules copijs, accepta graui clade, fugerūt. Dehinc C. Calsium proconsulem idem Spartacus oppressum bello interfecit. Itaque exterrita ciuitate non minore prope modum metu, quàm sub Annibale circa portas fremente trepidauerat, senatus Crassum cum legionibus cōsulum nouoque supplemento militum misit. Is mox ut fugitiuorum pugnam iniit, sex millia eorum interfecit, nongentos vero cepit. Inde prius quàm ipsum Spartacum ad caput

caput Silari fluminis castra metantem bello aggredere, Gallos auxilio eius Germanosque superauit, è quibus triginta millia hominum cum ipsis ducibus occidit. Nouissimè ipsum Spartacum disposita acie congressum, maximasque cum eo fugitiuorum copias perculit. Nam sexaginta millia eorum cæsa, sex millia capta referuntur: tria millia ciuium Romanorum recepta sunt. Cæteri qui ex hoc bello lapsi oberrabant, per complures duces frequenti indagine attriti sunt. At ego iterum ac sapius repeto, nunquidnam hic comparatione aliqua egent temporaria? Quis rogo audire non horreat, non dicat bella talia, sed vel nomina tantarum bellorum, externa, seruilia, socialia, ciuilia, fugitiuorum? quæ ne sic quidem saltem sese, ut commotio maris fluctus, quamuis molibus magnis sequuntur, sed vndique diuersis causis, vocabulis, formis, malisque excitata, coaceruataque concurrunt. Vt è proximo repetam, & infame illud seruile præteream, Iugurthinum bellum nondum adhuc ab Africo detonauerat, iam Cimbricū à circio fulminabat. De Cimbricis illis tribus adhuc foedi vastique torrétes effusi sanguinis agebantur, iam socialis belli

nebu-

nebulas in magna continuo malorum nubila coituras, misera exhalabat Italia. Adhuc vero post infinitam crebramque Italici belli tempestatem discurre tutò per Italiam minime poterat: ita omnes absque illis periculosissimis inimicarum urbium voraginibus, dissoluta ac lubrica pace titubabant: iam sibi Marianum atque Cinnanum Roma parturiebat excidium, & aliud è diuerso oriens atque aquilo, hoc est, Mithridaticum minabatur, quod quidem Mithridaticum à superioribus ceptū porro in vltiora porrigitur. De Mariana fauce rogi Syllanæ cladis accensus est, de isto rogo funestissimo Syllani & ciuilis belli per plurimas terrarum partes ardentis sudes sparsi sunt, multaque incendia ex vno fomite diffuderunt. Nam Lepidus & Scipio in Italia, Brutus in Gallia, Domitius Cinnæ gener in Africa, Carbo in Cossura & Sicilia, Perperna in Liguria, & post cum Sertorio in Hispania, omniumque atrocissimus Sertorius in eadē Hispania, hæc tunc ciuilia, vel quo alio dicenda sunt nomine, bella excitantes, de vno multa, de paruo magna fecerunt, absque illis tribus vastissimis bellis, quæ tunc externa vocabantur, hoc est, Paphylico, Macedonico,

Ec

atque



434 PAVLI OROSII LIB. V.  
atque Dalmatico, dissimulato etiam ma-  
gno illo Mithridatico longe omnium di-  
uturnissimo, infestissimo, ac formidolo-  
sissimo. deinde adhuc Hispaniensi Serto-  
riano nondū finito, immò adhuc ipso vi-  
uente Sertorio, hoc fugitiuorū, & vt ve-  
rius dicā gladiatorium bellum inhorruit,  
iam non spectandū paucis, sed vbiq̄ me-  
tuendum. Quod quia fugitiuorum bellū  
dicitur, nemini vile habeatur ex nomine.  
Sæpe in eo singuli, & aliquando simul cū  
agminibus frustra iunctis ambo consules  
victi sunt, plurimiq̄; nobiles trucidati. Ipsi  
autem fugitiui plus quā centum millia  
fuere, qui cæsi sunt. Ex quo admonemus,  
vt ipsa consoletur se Italia de vexatione  
externorum præsentium per recordatio-  
nem præteritorum, ex se atque in se ipsam  
incomparabiliter crudelius dilacerantiū.  
Quamobrem huic quinto volumini iam  
finem fecerim, vt bella ciuilia externis v-  
biq̄ permixta, vel quæ dicta sunt, vel et-  
iam quæ sequuntur, quia sic sibi ferie tem-  
porum & malis lequacibus cohæse-  
runt, libri saltem termino  
separentur.

FRANC.

435  
FRANC. FA-  
BRICII MARCO-  
DVRANI IN PAVLI  
Orosij librum quintum

Annotationes.

In Caput primum.

**I**N carcere trucidatis) In quibusdam vetustis le-  
gitur, in carcerem trufis. Busiris in Aegypto)  
De crudeli hospitalitate Busiridis lege ca. 11. li. 1. Cru-  
delissima circa aduenas. Tauris Ponticis, ait Ar-  
nobilis lib. 8. & Aegypto Busiridi ritus fuit hospites  
immolare. Sed de Taurorum inmanitate Mella libr.  
2. cap. 1. De ara, ad quam Tauri Diane aduenas im-  
molabant, Ouidius in tertio de Ponto, Iuuenalis Sa-  
tyra 15. Valerius Flaccus Argonauticō secūdo. Thra-  
cia cum Polymnestore) De Polymnestore Thra-  
cum rege, qui Polydorum suæ fidei commissum inter-  
fecit, Euripides in Hecuba.

In Caput tertium.

Metellus prætor) Hic est Q. Metellus, cui ex  
virtute Macedonici nomen inditum, vt ait Velleius  
lib. 1. vbi bellam achaicum scribit. de quo Linius libro  
52. Florus libro. 2. cap. 16. Eutropius libro 4. Pausani-  
as lib. 7. Iustinus 34. Duce suo Dixo.) Nomen du-  
cis vulgo corruptum in vetustis recte legitur: nam &  
E 2 PAUSA-



Pausanias δίαγον hunc nominat. Corinthum sine mora expugnauit) De Corinthi euerfione etiam Cicero lib. 1. de Officijs, & Verrina tertia. Plinius lib. 34. cap. 2. scribit Corinthum captam Olympiadis CLVI. anno tertio, vrbs Roma anno DCVIII. Aes Corinthium) De are Corinthio lege Plinium li. 34. Sed de origine eris Corinthij, quae tradita sunt à veteribus, si cupis cognoscere, lege Muretum Variarum Institutionum lib. 3. cap. 5.

In Caput quartum.

Viriathus in Hispania.) Viriathus, est in antiquo lapide, qui in Lusitania effossus, continet restamentum Galli Fauonij In excerptis è Diodori lib. 32. οὐσίαν τοσούτος est. vbi multa de eo scribit, illudq; in primis de aequitate in praeda diuidentia, ἢ δὲ καὶ διὰ τὴν ἐπιταγήν τῶν διανομῶν τῶν λαφύρων, καὶ κατ' ἀξίαν τῶν ἀνδραγαθησαντῶν ἔχηκε τοῖς πόροις. Vnde Titulus de Officijs. 2. ait, Viriathum Lusitanum propter aequabilem praeda partitionem magnas opes habuisse. De re gesta cum Viriatho Appianus in Hispaniis, Liuius lib. 52. & 54. Florus libro 2. cap. 17. Velleius 2. Eutropius 4. C. Vetilius praetor.) C. Vetilius est quoque in Appiani Iberica à Beraldo conuersa, M. Vetilius in Liuiana epitoma libri 52. Sed Vetilius in Diaconi additionibus ad Eutropium Diodorus, στρατηγὸν οὐτιμίλιον habet. Fuga lapsus euasit.) At contra Liuius scribit, Vitellium captum, Diodorus & Appianus, captum atque interfectum. Deinde C. Plautium) Hunc Vitellio successisse auctor est Appianus, qui etiam etiam

de clade ab eo accepta. Claudius Vnimanus.) Claudij meminit quoque Florus, & Auctor de viris Illustribus, qui post Claudium C. Nigidium à Viriatho oppressum scribit. App. Claudio, Q. Caecilio Metello Cofs.) App. Claudius Pulcher, & Q. Metellus Macedonicus Cōsules fuerūt anno DCX. Appium in bello contra Salassos. quinque millia milium amisisse, est in nostris vetustis: vt par numerus sit amissorum atque casorum. vnde iure triumphus appio negatus fuit. Valerius libro 2. cap. 3. Priuatis sumptibus trium.) Alioqui triumphantibus sumptus ex aerario erogabatur, vt indicat Liuius libro 33. quod adolescentibus rerum Romanarum studiosis obseruandum est. Androgynus Romæ visus.) Hic Androgynus Luna, non Romæ natus fuit. Luna quoque his Consulibus tantam pestilentiam fuisse, vt, iacentibus in publico passim cadaueribus, qui funerarent defuerint, scribit Iulius Obsequens. Igitur Fabius Cos.) De Fabij Seruuliani rebus gestis contra Viriathum Appianus. Quingentis enim principibus.) De hac Fabij seueritate Valerius Max. lib. 2. cap. 2. & Frontinus li. 4. Pompeius seq. anni Cos.) Q. Pompeius Cof. cum Cn. Seruilio Capione anno DCXII. à Numantinis victus pacem turpem fecit, Liuius libro 54. Velleius lib. 2. Eutropius 4. isq; Romam reuersus deprecando poenam effugit, Cicero de Offic. 3. Mithridates tunc siquidem) De hoc lege Iustinum lib. 41. Plura fuerunt apud Liuium libro 52. vt ex Epitoma cognoscitur. Diodotus quidam) Diodotus est in omnibus vet. pro quo in impressis, Theodotus, legitur. Sigonius quoque in



vet. lib. epitoma. 52. à Diodoto quodam legi testatur. Appianus quoque in Syriaca eundem δίοδοτον nominat. M. Aemilio Lepido, C. Hostilio.) Consules hi fuerunt anno ab vrbe condita DCXVI. Prodigia, quantum euenerunt, exponit Obsequens. Postquam à Popillio.) Popillio, recte est in vet. vnde alij Pompilio, alij Pompeio fecerunt. M. Popillio Lanati superioris anni Consuli Mancinum ad Numantiam successisse, tradit etiam Appianus. Turpissimum foedus.) De hoc foedere à Mancino cum Numantinis factis, omnes. Tu lege Ciceronem lib. 3. de Officijs.

### In Caput quintum.

Nuper Varro.) Bello Punico secundo. sed de Cannensi clade libro superiore, cap. 16. dictum est. Nam gratiæ ei.) Varroni redeunti in urbem gratias à Senatu actas scribit Liuius libro 22. Valerius lib. 3. cap. 4. Brutus in vltiore.) D. Iunius Brutus Consul anno vrbis DCXV. sortitus Hispaniam vltiorem deuictis Gallacis cognomen inde meruit, Appianus in Iberica, Strabo libro 3. Liuius lib. 55. & 56. Florus lib. 2. cap. 17. Velleius 2. Etiam Senatu prohibente.) Cinna & Cecilius legati in Hispaniam ad Lepidum misi attulerunt SC. quo cauebatur, ne Lepidus Vaccæos bello peteret, Appianus. Hæc sub Lepido.) In vulgatis legitur, sub Metello. In epitoma 56. ita legitur, Dissimili euentu M. Aemilius Lepidus procos aduersus Vaccæos rem gessit, cladeq; similem Numantina passus est.

### In Caput sextum.

Ser. Ful-

Ser. Fulvio Flacco, Q. Calpurnio.) Hi Consules fuerunt anno vrbis DCXVIII. Caterum Obsequens puerum illum natum non his Consulibus sed superioribus, P. Furio & Sex. Atilio Serrano scribit. Ad hos vero Cos. Aetnae incendium aliq; prodigia refert. In Sicilia bellum) Hoc bellum seruile excitauit Eunus Syrus ex vrbe Apamea seruis Antigenis Ennensis. Cuius belli causam, cladem, omnemq; rationem à Diodoro Siculo libr. 34. descriptam latinè edidit Henr. Stephanus. De eodem Florus libr. 3. cap. 19. & Liuius lib. 56. Meminit Appianus lib. 1. Non dicam prætores) Quatuor prætorum, Manlij, Lentuli, Pisonis, Hypsæi castra à seruis capta scribit Florus. Diodorus vnum L. Hypsæum nominat, qui Roma in Siciliam cum VIII millibus Siculorum militum profectus commisso prælio victus est à seruis. De Consulibus infra dicetur.

### In Caput septimum.

Anno ab V. C. DCXX.) Hoc anno alij non Scipionem Consulem factum & ad Numantiam oppugnandam profectum, sed Numantiam ab eo expugnatam scribunt. Consensu omnium tribuum.) Nescio equidem quibus rationibus moti alij Correctores scripserunt. Consensu omnium ex tribuno Consul creatur, cum in manuscriptis secus legatur. Hæc per annos XIII.) Florus libr. 2. cap. 18. Numantia quatuor millibus Celtiberorum XL. millium exercitum per annos XIII. sola sustinuit. Appianus in Hispanicis scribit Numantinorum ante bellum non fuisse amplius VIII. millia. Eos de rebus à Scipione ad

Ee 4

Numan-



440 IN LIBRVM QVINTVM  
 Numantiam gestis lege. Tria millia passuum am-  
 bitu) Sic Appianus scribit, Numantia ambitum su-  
 disse XXIII. stadiorum. Celiā vocant) Huius poti-  
 onis meminit etiam Florus. Vnum victoris catena  
 non tenuit.) Idem scribit Florus. sed Appianus tra-  
 dit Scipionem, quinquaginta triumpho referuatis,  
 reliquos sub corona vendidisse. Atque hac ratione Sci-  
 pio Africanus Aemilianus Numantiam intra annuum  
 ac tres menses quā ed venerat circumdatam operi-  
 bus excisamq, equavit solo. Velleius. lib. 2.

In Caput octauum.

Gracchorum seditiones) Ti. Sempronius Grac-  
 chus P. Mucio L. Calpurnio Cos. quo anno Scipio Nu-  
 mantiam excidit Tribunus pleb. propter seditiones  
 concitatas occisus est, Plutarchus in Gracchis, Appia-  
 nus libro 1. de bellis Ciuilib. Liuius, Velleius, Florus &  
 alij. Tiresum quendam) In Corn. Gualtberi libro  
 hic Thyreus nominatur, cum in alijs variè legatur.  
 Inter auctores Numantini foederis) Hanc cau-  
 sam Gracchana seditionis lege apud Plutarchum,  
 Appian. Liuium & Velleium. Hinc Cicero de Arusp.  
 resp. Nam Ti. Graccho inuidia Numantini foederis  
 cui feriedo quaestor C. Mancini Cos. cum esset, inter-  
 fuerat. & in eo federe improbando Senatū seueritas  
 dolori & timori fuit: istaq, res illum fortem & cla-  
 rum virum à grauitate patrum desiscere coegit. A-  
 grum populo diuidi) Ferebat Gracchus legem a-  
 grariam, μηδέν τῷ περὶ ταχοσίων τῶν λέθρων τῶν  
 οὐχέων, Ne quis ex agro publico plus quā D. iuger a  
 possideret. Quod autē amplius possidebatur, id plebi  
 diuiden-

ANNOTATIONES.

diuidendum erat, Plutarchus & Appianus. Octauio  
 tribuno) M. Octauium Appianus, Plutarchus & Li-  
 uius lib. 58. nominant. In impressis Flori libri est, Cn.  
 Octauus, in meo manuscripto, Caius. Minuciū suc-  
 cessorem) Plutarchus, μούκιον habet pro μινούκιον.  
 Apud Appian. κόιντος μούμιος est. Attalus Eume-  
 nis F.) De Attalo eiusq, hereditate lege Plutar. in  
 Gracchis, Strabonem li. 13. Liuium 58. Velleium, Sex.  
 Rufum, & alios, Magistratu abijisset) Ita recte est in  
 Gualteri libro, cum in alijs mendosè legatur, Magi-  
 stratum adijisset.

In Caput nonum.

Auctore Nafica) Sic Liuius. Cicero duce Nafica  
 Gracchum occisum ait in Bruto. De Nafica lege Vel-  
 leium Paterculum. Per gradus, qui sunt super  
 Calp) sic legitur in veter. lib. omnib. pro quo in vul-  
 gatis est, quibus itur super Calpurnium fornicē, ap-  
 pianus, ἀνέβη παρὰ τὰς θύρας, παρὰ τὸ τῶν  
 βασιλέων ἀνδριάντας. Interfectus est Tiberius non  
 longe ab ingressu Capitolij, vbi sunt regū statua. De-  
 tracto amiculo fugiēs) Plutarchus, αὐτὸ δὲ τὸ τι-  
 βερίου φεύγοντος ἀνελάβετό τις τῶν ἰματίων δὲ  
 τὸν ἵβερνον ἀφείς κὲ φεύγων ἐν τοῖς χιτῶσιν ἐσφά-  
 λη. id est, Ti. fugientem quidam vestibus apprehēdit.  
 Tum ille relicta toga dum in tunica fugit, corrui-  
 ctus fragmento subfellij) Velleius, Fugiens de-  
 currensq, clio Capitolino fragmine subfellij ictus,  
 vitam quā gloriosissimè degere potuerat, immatu-  
 ri morte finiuit. Plutarchus Satureiū vnū e collegi-  
 u nominat, à quo primū ictus fuerit τὸ δὲ δίφρου. Du-



442 IN LIBRVM QVINTVM  
 centi præterea) Plutarchus, τὸ δὲ ἄλλων ἀπέθανον  
 ὑπὲρ τριακοσίου. ex reliqua multitudine amplius  
 trecenti interfecti sunt. Seruilius contagio multas)  
 Diodorus. interprete Henr. Stephano, Cum victoria  
 seruorum dissipatus esset rumor, iam serui L. Roma  
 conspiratione inter se facta ad defectionem incensi e-  
 rant, in Attica autem plus quam mille: itidem vero  
 apud Delum multisq; alijs in locis. Huc pertinet illud  
 Obsequens, in Italia multa millia seruorum, quæ  
 coniuauerant, agre comprehensa, & supplicio con-  
 sumpta. Post Fulvium consulem) Bellum serui-  
 le in Sicilia ortum cum opprimi à prætoribus minime  
 valuisset, C. Fulvius consuli mandatum est, Linius li-  
 bro 56. Fuit autem Fulvius Consul cum Africano mi-  
 nore anno DCXIX. Piso Consul) L. Calpurnius Piso  
 Consul anno proximo post Fulvium rem cum fugiti-  
 uis in Sicilia prospere gessit, quod præter Orosium do-  
 cet Valerius lib. 2. cap. 2. & lib. 4. ca. 3. Cui cum Ra-  
 tilius Cos.) Rutilius hic Consul passim ab omnibus  
 vocatur etiam à Diodoro. Sed in Fastis Capitolinis  
 anno DCXXI. cum P. Popillio Lanate Consul est P. RV-  
 PILIVS. P. F. P. N. Cicero quoque Verr. ait. Tenuerunt  
 P. Popillio, P. Rupilio Coss. illum locum serui, fugiti-  
 ui, barbari, hostes, vbi agit de Enna, quam hic vul-  
 go imperite in Aetnam mutauerant. De Taurominio  
 & Enna à Rupilio expugnatis, & seruili bello conse-  
 cto Diodorus copiose, qui scribit Eunum auctorem hu-  
 ius belli in carcere apud Morgantiam, in magnam  
 vim pedicularum resoluti corpore miserè perisse. Plu-  
 tarchus in Sylla, λέγεται τὸν ἀρχαῖα τῶν δουλικῶν  
 πολέμου περὶ σικαλίαι δραπέτῶν ἐνοῦν ὀνομασθῆναι

τὴν ἄλωσιν εἰς πρόμην ἀγόμενον ὕπο φηραϊστῶος  
 ἀποθανεῖς. id est. Traditum est Eunum fugitiuum  
 illum qui seruile bellum in Sicilia concitauit, cum iam  
 captus Romam perductus esset, pedicularum morbo  
 extabuisse.

In Caput X.

Aristonicum Attali fratrem) Aristonicus erat  
 Eumenis filius, non iusto matrimonio, sed ex pellice  
 Ephestia citbarista cuiusdam filia genitus, auctore Iu-  
 stino libro 36. vbi de bello Aristonici, quo de Linius li-  
 bro 59. Florus libro 2. cap. vltim. Velleius & Eutropi-  
 us. Legendus quoque Cicero Philipp. II. Virgam, qua  
 erat vsus ad equum) Hoc scribit etiam Valerius li-  
 bro 3. ca. 2. Perperna Cos.) Hic proximo anno post  
 Crassum Consul fuit, eoq; Consule Crassus iam pro-  
 consul occisus fuit, auctor Obsequens. De re à Perper-  
 na gesta, omnes quos modo nominavi. Ptolemaeum  
 septimum Alexandr. regis) Ptolemaeum septimum  
 Alexandrinorum regem intelligit, qui secundus Euer-  
 getes, & Physco dictus fuit, ac flagitiosissime vixit,  
 vt scribit Strabo libr. 17. Quæ autem Orosius hic de  
 Ptolemao & Antiocho scribit, ea sumpsit de Liuji lib.  
 59. cuius rei testis est Epitoma. Centum millia ar-  
 ma) Magna mollities regis atque ignauia significa-  
 tur, qui duplo plus turbæ inutilis, quam armatorum  
 ad bellum duxerit: neque vlla causa est cur veterum  
 librorum numerus mutetur. Sempronio Tudita-  
 no, M. Aquillio) Cicero de Nat. 2. Tum sole gemi-  
 nato, quod vt è patre audiui, Tuditano & Aquillio  
 Coss. euenerat. quo quidè anno P. Africanus sol alter  
 extin-



444 IN LIBRUM QUINTVM  
 extinctus est. de eiusdem morte in Lelio, & pro Milo-  
 ne. Historia est apud Lium li. 59. Velleium 2. Appia-  
 num. 1. Plutarchum in Gracchis. Hunc quidam vx-  
 oris suæ) Suspicio de Sempronia vxore est in epitoma  
 Liuiana, de Sempronia & cornelia socru in Ap-  
 piani lib. 1. Hinc Cicero in Somnio Scipionis dicit, Si  
 impias propinquorum manus effugeris. Existimatus  
 est quoque C. Carbo tribunus pleb. Africano vini at-  
 tulisse, vt scribit ad Patum ep. 21. M. Aemilio, L. O-  
 recte) De prodigijs, quorum hic Orosius meminit, la-  
 ge Obsequentem.

In Caput XI.

Quæ hoc capite de immani vi locustarum in Afri-  
 ca & peste inde exorta scribit Orosius, ea fuerunt à  
 Lio exposita lib. 60. in cuius epitoma sic legitur, Pe-  
 stilentia in Africa à maxima multitudine locustarum  
 vñ, & deinde necatarum strage fuisse traditur. Mem-  
 nit eiusdem rei Obsequens. Micipsa rex) De quo  
 infra cap. 15.

In Caput XII.

Anno ab vrbe condita DCXXVII.) Alijs  
 est annus DCXXX. Consulom nomina vulgo miserè  
 deprauata sunt, quæ in optimis libris rectè habet, nisi  
 quod Metello Lucij non Quinti pronomè male dant.  
 Carthago in Africa restitui iussa) Carthagi-  
 nem iussu Senatus reparatã scribit Eutropius. Ase-  
 natu id decretum fuisse indicat Appianus. Rubrium  
 tribunum pl. rogationem ad populum de colonia Car-  
 thaginem deducẽda pertulisse, auctor est Plutarchus  
 in Gracchis. Nam cum mensores. De hoc prodigio  
 Appia-

Appian. & Plutarchus. Eodẽ anno C. Gracchus)  
 C. Sempronius Gracchus tribunatum plebis per bi-  
 ennium continuauit, vt notauimus in argumento o-  
 rationis de prouincijs Cos. eoq; tempore multas leges  
 tulit, de quibus Appianus, Plutarchus, Lius, Afco-  
 nius & Velleius. Minucio successore) Hunc viden-  
 tur collega in Gracchi locũ subiecisse, cum ille pluri-  
 mis suffragijs tribunus pl. tertium creatus esset, quo  
 de Plutar. Minucij huius meminit Florus lib. 3. ca. 15.  
 Auctor de viris illust. Minucium Rufum nominat.  
 Quidam præco) Atilius præco Opimij consulis est  
 in libro de viris illustribus, qui à Plutarcho ὀπιμίου  
 ὑπὸ τῆς κείνου ἀντιδίου nominatur. In Appiani  
 libris idem ἀτίλιος & ἀντίλιος dicitur. Ianium tan-  
 quam arcem) Hac ita leguntur in veteribus libris  
 omnibus. Auentinum occupatum omnes scribunt, e-  
 umq; intelligendum ostendi quod sequitur de cliuo  
 publico, per quem in Auentinum ascendebatur. D.  
 Brutus) De quo supra cap. 5. In templum Miner-  
 uæ.) Orosius hic Minerva templum posuit pro Dia-  
 na. in quod Gracchum confugisse auctores sunt Ap-  
 pianus, & is qui de viris illustribus scripsit. Item Plu-  
 tarchus his verbis, ὃ ἡ γαίος ὤφθη μὲν ὑπ' οὐδέ-  
 νος μαχώματος, ἀλλὰ δυσανασχέτῳ τοῖς γινο-  
 μένοις, ἀνεχωρήσας εἰς τὸ τῆς ἀρτέμιδος ἱερὸν.  
 ἐκεῖ ἡ βουλόματος ἑαυτὸν ἀνελεῖν, ὑπὸ τῷ πισοτά-  
 τῳ ἑταίρων ἐκωλόθη, πομπωνίον & λικινίει. πα-  
 ρόντες γὰρ οὗτοι τό τεξίφος ἀφείλοντο, & φεύγειν  
 ἐπῆραν αὐτόν. id est, Pugnantiem Gracchum ne-  
 mo vidit: sed is grauitè ferens eum rerum statum  
 in Diana secessit. vbi dum sibi manus inferre parat,  
 à fide-



à fidelissimis amicis Pomponio & Licinnio est prohibitus. hi enim coram cum adessent, gladium ademerunt, & ut fugae se mandaret impulerunt. Interuentu Latorij) Latorij restituumus ex optimo libro Gualtheri. pro quo in ceteris mendosè, Lictoris, legitur. Origo erroris inde venit, quod vulgo, Lectorium, pro Latorio scribunt. at in optimo illo libro non modo hic, verum etiam infra cap. 21. est Latorius, vbi ita hoc nomen scribi debere ostendimus. In Plutarchi loco, quem modo adduximus, λικιννίος haud dubie corruptè legitur, pro λατωρίος. Nam qui ibi Pomponius & Licinnius, ij ab auctore de viris illustribus & Valerio Maximo, libro 4. ca. 7. Pomponius & Latorius dicuntur. De Pomponij equitis R. fide in Gracchum lege Paterculum Tandem Sagittarij) τοξοται κρητες, Plutarchus In domum priuatam) ισθρ γαστριον άνδρος γαρίμυ, in officinam hominis notati, Appianus. Gracchus diu pro se.) Appianus, γραχχος διά της ξυλίνης γεφύρας εις τὸ πέραν τῆ ποταμῦ καταφυγών εις ἄλσος τι μεθ' ἐνδὸς θεράποντος, ὑπέσχετῶ θεράποντι τὴν σφαγὴν καταλαμβάνομένου. id est, Gracchus per pontem sublicium trans Tiberim confugiens in lucum quendam cum vno seruo, cum ibi iam comprehenderetur, ceruicem seruo praeiuit. Auctore de viris illustribus lucum Eurina vocat: Plutarchus, ἱερὸν ἄλσος τῶ ἑρινύων. Seruum Velleius & is qui de viris illust. scripsit Euporin nominant, Plutarchus Philocratem. lege Valerium lib. 6. cap. 3. Flaccus adolescens) Q. Flaccum nominat App. quem impuberem legatum à patre missum in carcere necatum ait Cicero in Catilinã. Velleius,

Iuue-

Iuuenis specie excellens, necdū duodeuicesimū transgressus annum, immunisq; delictorum paternorum, Fuluij Flacci filius, quem pater legatum de conditionibus miserat, ab Opimio interemptus est. In robore) Robur in carcere dicitur is locus, quo precipitatur maleficorum genus, Festus. Linius lib. 38. Ut in carcere inter fures nocturnos & latrones vir clarissimus includatur, & in robore & tenebris expiret. Ducenti quinquaginta) Hoc similis vero, quam quod Plutarchus scribit τεσχιλίς fuisse interfectos.

## In Caput XIII.

Metellus Baleares) De Balearico bello Linius libro 60. Florus libro 3. cap. 8. Domitius proconsul) Cn. Domitius Ahenobardus Consul cum C. Fannio fuit anno DCXXXI. de bello quod cum Allobrogibus gessit Linius lib. 61. Eutropius lib. 4. Suetonius in Nerone.

## In Caput XIII.

Anno ab vrbe condita DCXXVIII.) Alijs hic annus est ab vrbe condita DCXXXIII. De bello Allobrogico Appianus in Celtica, Strabo libro 4. Linius 61. Florus libro 3. cap. 2. Conserta pugna) Pugnatum est apud flumen Isaram ante diem VI. Idus August. Plinius libro 7. capite 50. Centum L. millia) Hic numerus est in nostris manuscriptis omnibus. Linius ait ex Biturri exercitu casa millia hominum CXX. Appianus quoque δώδεκα μυριάδας edit. Q. Marcus Consul) Q. Marcus Rex Consul cum M. Porcio

443 IN LIBRVM QVINTVM  
Porcio Catone fuit anno CCXXXV. De re à Marcio ge-  
sta: Liuius libro 62.

### In Caput XV.

Anno ab V.C.DCXXXIX. Alijs est annus hic  
DCXLII Bellam Iugurthinam ex Sallustio notum est.  
Legenda epitoma Liuiana 64. vna cum sequentibus.  
In Orofio inuenies quaedam à Sallustio nõ ita expres-  
sa. Capsam ab Hercule Phœnice) Hercules Libya  
dicitur à Sallustio. Strabo. lib. vlt.  $\chi\alpha\lambda\alpha\omega\tau\omega\gamma\alpha\lambda\omega\phi\omega\upsilon$   
 $\lambda\acute{\alpha}\chi\iota\omega\upsilon\tau\acute{\iota}\delta\iota\gamma\omega\upsilon\beta\alpha$  vocat. Tumultuosior pugna)  
Hac pugna Marius Iugurtham & Bocchum apud  
Cirtam cecidit, vt ait Florus lib. 3. cap. 1. XC. millia  
armatorum) In magna varietate numerum, qui est  
Gualteri libro, recepi. Nam & in meo scripto Eutro-  
pio. post quam scriptum est, Iugurtham & Bocchum  
à Mario pariter superatos esse, deinde additur, XC.  
millia armatorum ad internicionem cecidit. Per Sy-  
llam legatum) Syllam quaestorem Marij omnes alij  
appellant. Isdem diebus obscœnum prod) Hoc  
prodigium trienio ante bellum Iugurthinum euenit.  
M. Acilio Balbo, C. Porcio Catone Cos. anno DCXXX-  
IX. vt scribit Obsequens. L. Heluius eques R.) Vulgo  
mendosè contra omnium veterum librorum aucto-  
ritatem legitur, L. Aelius. Eadè iniuria Heluius factus  
erat ab Aelio apud Liuium libro 32. quam Sigoni-  
us vir acerrimus in huiusmodi monstris conficien-  
dum vindicauit. In Obsequenti prodigijs, Pompeius  
Heluius vitioso priore nomine legitur. Heluium re-  
cte hunc nominari etiam ex Quæstionibus Romanis  
Plutarchi cognoscitur: vbi virgo hac fulmine icta  
ἐβία

### ANNOTATIONES.

449

ἐβία nominatur. Diaconus hoc prodigium cum  
Ciceronis ortu coniungit, credo quod virgo illa  
Heluia matris M. Tullij gentilis esset. qua dere  
plura dixeram in Ciceronis vita: quam ego pu-  
blicassem, nisi eo tempore Seb. Corradi Egnatius fu-  
isset editus. L. Veturius) Βετῆριος Βάρεβαςος nomi-  
natur in libris Plutarchi. sed ego malle legere Βε-  
τῶριος Βετῶπος. Nam Porphyrio interpres Horatij in  
illud Satyr. 6. lib. 1. Sermonum. Vt si qui aegrotet quo  
morbo Barrus haberi. Et cupiat formosus, scribit  
Barrum incestum cum Aemilia vestali fecisse. T. Be-  
tutius Barrus Asculanus illis temporibus agnoscitur  
à Cicerone in Bruto. Duas præterea virgines) Li-  
ciniam & Marciam, Plutarchus & Liuius libro 63.  
Asconius in Milonianam. L. Calsius Consul) Cas-  
sius Consul cum C. Mario anno DCXLVI. in Gel-  
lia à Tigurinis occisus fuit, Liuius libro 65. Caesar li-  
bro primo de bello Gallico. L. quoque Pisonis) Auus  
L. Pisonis Cæsonini, in quem extat Ciceronis oratio,  
Caesar. Cæpio procos.) Q. Seruilius Cæpio Consul  
cum Serrano fuit anno DCXLVII. quo M. Tullius Ci-  
cero Arpini est natus, Gellius libro 15. cap. 28. Centum  
M. pondo auri) Lege Erasmum in prouerbio, Aurum  
habet Tolosanum.

### In Caput XVI.

Anno ab V.C.DCXLII.) Alijs hic annus est ab  
V.C.DCXLVIII. Dere gesta cum Cimbris à Manilio  
& Cæpione Sallustius de bello Iugurthino, Liuius li-  
bro 67. Florus libro 3. cap. 3. Eutropius libro 5. Velleius  
& alij. C. Manilius Consul, & Q. Cæpio proco-  
sul.)  
Ff sul.)



40 IN LIBRVM QVINTVM  
 ful) Ita hac in nostris exemplaribus scriptis omni-  
 bus leguntur, nisi quod pro Manilio, quem Gualibe-  
 ri liber agnoscit, alij Manlium habent. Manilius hoc  
 anno Consul erat. C. Capio, qui anno superiore Consul  
 fuerat, iam prorogato imperio proconsul erat. Recte  
 igitur Sigonius in Liutiana epitoma restituit, ab his-  
 dem hostibus C. Manilius Consul, & Q. Capio pro-  
 consul victi prelio, castrisque binis exuti sunt. In no-  
 stro manuscripto Eutropio initio libri 5. duae voces  
 Romani Consules, non leguntur, & recte absunt. Ap-  
 pud Velleium ego lego, Cum Capionem Manliumque  
 Cof. non vt est impressum, Coss. M. Aurelius. M. Au-  
 relium Scaurum intelligit, qui ante triennium Con-  
 sul fuerat. Liuius lib. 67. vulgo mendose M. Aemilius  
 legitur Q. Fabius Max. filium) Fabius Seruilius  
 vir censorius a filio dubie castitatis poenas exegit  
 & punito pendit, voluntario secessu conspectum pa-  
 tria vitando. Valerius li. 6. ca. 1. Cum iuxta Nar-  
 Rhodanique flumina.) Sic habent lib. vet. omnes  
 Plutarchus in Mario, τρυγίας ἑγατόπεδον παρὰ  
 τῷ ποταμῷ ποταμῷ. Castris munitis ad Rhodanum  
 flumen. Aqua ad potandum deesset.) Hac omnia  
 accurate simul & copiose à Plutarcho explicata  
 sunt. Ducenta millia armata) Idem numerus captorum  
 & captorum est apud Eutropium. In epitoma Liutia-  
 na 68. capta dicuntur millia xc. Plutarchus autem capto-  
 rum & captorum fuisse amplius centum millia. Velle-  
 ius amplius cl. millia hostium trucidata refert. Teu-  
 dobodus) In quibusdam antiquis est, Teutobodus  
 sed in Eutropij libris est Teutobodus, apud Florum  
 Teutobochus. Mulieres eorum.) Lege Valerium  
 Max.

Max. li. 6. ca. 1. Hac de Tigurinis & Ambronib.)  
 Liuius, Florus & Plutarchus Tentonas cum Ambro-  
 nibus coniungunt, eosque à Mario caesos ad aquas Sex-  
 tias, Cimbros vero à Mario & Catulo in Italia vi-  
 ctos: Tigurinos, qui Noricos Alpes infederant, fuga  
 dilapsos tradunt. Annibalis fecuti ingenium) Vi-  
 de Frontinum li. 2. ca. Sol cum vento ortus) De  
 hac re Plutarchus, qui scribit cum Cimbris pugna-  
 tum a. d. 111. k. Sextil. LX. millia capta) LX. non XL.  
 est in vetustis nostris item apud Liuium & Eutropi-  
 um. Plutarch. ἐλάσαν ὑπὲρ ἑξήμισυ ἄδας. Capti sunt  
 supra LX. millia. Inuenta est etiam quaedam) De  
 hac muliere Plutarchus, μίαν δὲ παρὰ τὴν ἀρχὴν ῥο-  
 μῆν χρεματίζων, τὰ παρὰ τὴν ἀρχὴν σφύρων ἀφῆκε  
 ἰδίαν βροχίαν ἐγὰρ ἑταίρου ἡγήνοτο, id est, Vnam  
 auunt de summo temone suspensam, filios pedibus e-  
 ius laqueis alligatos vring, pepēdisse. Poblucius si-  
 quidem Malleolus) De hoc Poblucio Cornificius ad  
 Herenniū li. 1. Malleolus iudicatus est matrem necas-  
 se, ei dānato statim foniculo Lupino os obuolutū est,  
 & solea lignea pedibus inducta sunt, & in carcerem  
 ductus est. Hic fuit è nobili familia, ex qua M. Pobl-  
 ucus Malleolus Consul anno vrbs DXXI. in Capitolinis  
 Fastis inuenitur. In Liuij vetustis exemplaribus est et-  
 iam, Poblucius Malleolus, vt testatur Sigonius. Insu-  
 tusque in culleum) De hac pœna parricidarum Mo-  
 destinus cap. 9. D. de lege Pompeia de parricidijs. Me-  
 minit Cicero pro Roscio Amerino.

In Caput XVII.

Anno DCXLV.) Sextus Marij Consulatus ex  
 Ff 2 Alijs



452 IN LIBRVM QVINTVM  
 alijs annalibus cadit in annum DCLIII. Qui eum  
 cenforem.) Q. Metellus Censor Marco V. Conſule  
 Saturninum Tirbunicium notauit. tumq; à multi-  
 tudine incitata contumelijs affectus fuit, Cicero pro  
 Sextio, Valerius li. 9. ca. 7. Appianus lib. 1. A. Noniū  
 Ita ſcripſi, cum in manuſcriptis quibuſdam Annoni-  
 um, in alijs Anonium legeretur. Nam appianus hūc  
 νότιον vocat, & in Plutarchi Mario ὁ νότιος νότος  
 pro ὁ νότιος, mendosè legitur Corruptè etiam apud  
 Florum li. 3. ca. 16. eſt Annio, vna litera omiſſa. cum  
 ſit legendum, A. Nonio. Die dicta.) Diem Metello  
 Saturninus dixit, quod in eius legem agrariam in-  
 rare noluiſſet, Cic. pro Sext. Liuius libr. 69. Appianus  
 Plutar. & alij. P. Mettium) In hoc nomine deſcri-  
 bendo ſecutus ſum optimum librum Cor. Gualtheri.  
 Alterum Conſulem) L. Valerium Flaccum. Nam  
 C. Mario L. Valerio Coſſ. Senatus Remp. defendendū  
 dederat, Cicero Catiliſ. 1. Philip. 8. Sed hitoriam ple-  
 niorem lege pro Rabirio perduellionis reo. Marius  
 fiſtulas.) Cicero, Marius fiſtulas, quibus aqua ſuppe-  
 ditabatur Iouis Opt. Max. templis ac ſedibus, præcidi  
 imperauit. Plutarchus, τὸ ὄχετος ἀπέχοτο.  
 Circa Saufeium.) C. Saufeium, Cicero, γαίον σα-  
 φῆιον, Appianus In curiam.) In curiam Hoſtiliam,  
 Velleius Pater. C. Furius Tribunuspl.) τὸ πλιος  
 φούριος δῆμαρχος οὐδ' ἐλευθέρῃ πατρὸς, ἀλλ' ἑτα-  
 λευθέρῃ, P. Furius Tribunuspl. ne patre quidem inge-  
 nuo, ſed libertino natus, Appianus. Cicero pro Rabi-  
 rio, hominem omnibus inſignem notis turpitudinis  
 appellat. Rutilius vir integerrimus.) P. Rutilius  
 Rufus, qui Coſul fuit anno DCXLVIII. cum illo nemo  
 neque

ANNOTATIONES. 453  
 neque integrior eſſet in ciuitate, neque ſanctior, con-  
 ſpiratione publicanorum (quibus nihil agere in Aſia  
 Prouincia ſua permiferat) in iudicium vocatus, So-  
 cratem imitatus nemini ſupplicare voluit, ſed ne or-  
 natius quidem aut liberius cauſam dici ſuam, quam  
 ſimplex ratio veritatis ferebat. Lege Ciceronem li. 1.  
 de Oratore, & in Bruto, Valerium li. 6. ca. 4. Aſconi-  
 um, Velleiū & alios. Qui Smyrnam commigrās.)  
 Hinc Ouidius li. 1. de Ponto, Et graue magnanimi ro-  
 bur mirare Rutili, Non uſi reditus condicione dati.  
 Smyrna virium tenuit, & C. Rutilium vero cū Smyr-  
 na exularet, ciuitatis eius ciuem factum fuiſſe, Cice-  
 ro pro Balbo auctor eſt.

In Caput XVIII.

Anno ab V. C. DCLIX.) In Faſtis Capit. hic  
 ait annus eſt ab v. c. DCLXII. quo M. Liuius Druſus  
 Tribunuspl. ſeditionem commouit, quæ de Liuius lib.  
 71. Appia. li. 1. Florus li. 3. ca. 17. Velleius li. 2. lege præ-  
 ſatione ciceronis in tertiu de Oratore. Prodigia di-  
 ra) De his prodigijs Iulius Obſequens. Cic. quog; li. 1.  
 de Diuina refert nonnulla prodigia, quæ Siſenna ini-  
 tio belli Marſici expoſuerat. Druſus tantis malis  
 anx.) Druſus in atrio domus ſuæ cultello percuffus,  
 qui affixus lateri eius relictus eſt, intra paucas horas  
 deceſſit, Vellei. Seneca de breuit. vita ait, illum vul-  
 nere per inguen accepto collapſum, aliquo dubitante,  
 an mors voluntaria eſſet in illo, an tempeſtiua. Lege  
 præterea Plinium li. 28. cap. 9. & Auctorem de viris  
 Illuſtr. C. Seruiliū) C. Seruū, vulgo mendosè ha-  
 bent libri, idemq; mendum eſt in Velleio. Liuius. lib.  
 Ff 3 72. Q.



72. Q. Seruilius proconsulem, Appianus σεραβίλιον  
ἀσθεπατον vocat. Papium Mutillum) Papius Mu-  
tilius est apud Velleiū: sed Appianus γατίον τωπειον  
μότιλον nominat, Diod. in excerptis libri. 37. γατίον  
ἀτωπειον μότολον. Iulius Cæsar) L. Iulius Cæsar  
Cos. pro quo Appianus Sex. Casarem habet, vide Li-  
uium li. 73. Tolenus fluvius) Appianus scribit Ru-  
tilium & Marium ad Lirim fluvium non ita magno  
intervallo disjuncta castra habuisse, Mariumq; cla-  
dem Rutiliū ex cadaveribus, quæ eo flumine defere-  
bantur coniecisse. Marius deinde sex millia. Hu-  
ius prælii, quo Marius sex millia hostiū cecidit, me-  
minit Plutarchus in eius vita. Senatus latit clauia.)  
Sic libri vet. Liuius li. 74. ait propter hanc victoriam  
Roma prætextas, aliq; magistratuū insignia sum-  
pta esse. Cato prætor Etruscos.) Hæc quoque vul-  
go confuse leguntur, quæ in exemplaribus antiquis sunt  
distincta. vide Liuiū. Dux Iudacilius) γατίος ἰσδα-  
κίλιος, Appia, qui eum Asculi venenum hausisse ait.  
Postumius Albinus) De huius A. Postumij Albini  
cade Valerius li. 9. ca. 8. C. Gabinius) A. Gabinius di-  
citur Liuii li. 76. Caij prænomē ab vno manuscripto  
abest. Pompædij) Ita est in Gualiberi libro Appi-  
anus κοιντον πομπæδιον appellat, qui in Liuij &  
Velleij libris Silo Pōpedius dicitur. Apud Plutarchum  
in Apophibegmatis πομπία σιλωνος, in Mario πο-  
πλίας σιλωνος mendosè legitur. Apud Diodorū rectè.  
κοιντος πομπæδιος σιλων. AC. Sentio prætor.)  
σέντιος δ'ερατηγός τῆς μακεδονίας est apud Plutar-  
chū in Sylla. de quo Cicero Verrina. 5. Modo c. Sentij  
vidimus, hominem vetere illa ac singulari innocētia  
predi-

preditum, propter caritatem frumenti, quæ fuerat  
in Macedonia, per magnam ex cibarijs pecuniã re-  
portare. Aduerbiū infeliciter, quod in nonnullis ma-  
nuscriptis legitur, atq; inepte additū fuit, deleuimus.

### In Caput XIX.

Anno ab V. C. DCLXII.) Ita numerat Eutrop.  
li. 5. alijs est annus DCLXV. quo L. Cornelius Sull. &  
Q. Pompeius Rufus Consules fuerunt. Alij XXX. alij  
XL.) ut à Sulla & Pompeio numeres ad Pisonem &  
& Messallam Consules, quibus Pompeius confecto  
bello Mithridatico triumphauit, inuenies annos  
XXVII. Sed Florus libr. 3. cap. 5. scribit Mithridatem  
annis XL restitisse. Appianus in Mithridatico ait hoc  
bellum gestum annis XLII. In Campania tamen.)  
Nola pertinacissimè arma retinebat. exercitūq; Ro.  
obsidebatur. Velleius. Gratidium Marij legatum)  
Gratidium à Mario legatum missum ad Syllam ac-  
cipiendarum legionum causa milites trucidarunt,  
Val lib. 9. ca. 7. Plut. in Mario scribit, missos ab ipso  
duos tribunos milit. qui Syllæ exercitum accipe-  
rent, eosq; à milit. interfectos. Sulpicius Marij  
collega) P. Sulpicius Tribunus pl. legem tulerat, ut  
Mario bellum Mithridaticum decerneretur, atq; au-  
tor seditionis fuit. Liuius li. 77. Vellei. 2. Valer. li. 6.  
ca. 5. Appi. li. 1. Plut. in Mario & Sylla, Cic. in Bruto,  
& alij In Mniturnensium pal.) Lege præter eos,  
quos nominavi, Cic. pro Sextio & in Pisonē. Cinnæ  
Consuli) L. Cornelius Cinna Consul cū Cn. Octauius  
fuit post Syllæ Consulatu. à quib. bellū Octavianum  
commotum est, cuius meminit Cic. li. 2. de Nat. deor.  
Ff 4 Lege



Lege Plutarchum in Sylla, Appi. li. 1. Liu. 79. & 8. Velleium, Flor. Eutrop. & alios. Partem Sertorium) De Q. Sertorio Plutarchus in eius vita. Colonomiam Oskiensem) Hoc scribit Appianus li. 1. Plutarch. in Sylla, Liuius li. 79. Antium & Ariciam) ἄριστοι καὶ ἀγαθὰ καὶ λαοφίλοι, Appianus. Nobilissimos quosque.) In his fuerunt tres Oratores Q. Catulus, M. Antonius, C. Iulius Caesar, de quibus Cicero in Bruto. Tu quoque Octavius & Merula Consules, Crassus pater & filius, multiq; alij interfecti: de quibus Appian. li. 1. Liuius 80. Lucan. li. 2. Velleus. & alij. Cum Cinna tertium Col.) Anno urbis DCLXVII. quo C. Marius VII. Cinna iterum Consul fuit, ac Marius quidem initio Consulatus Idibus Ianuar. decessit, Liuius libr. 80. Plutarchus in Mario. In eius locum successus est L. Valerius Flaccus, de quo libro seq. Introducta per Marium fugit.) Appianus scribit seruos, qui proposita libertate ad Cinna perfererant, cum rapina atque cædus modum nullum facerent, ipsius iussu à Gallis trucidatos fuisse. Plutarchus tradit Sertorium ad quatuor millia seruorum, quos Marius in bello socios, in tyrannide satellites habuerat, interfecisse. Cinna quartum Consul.) Cinna in quarto Consulatu Antone ab exercitu suo lapidibus occisus est, Liuius li. 83. Appianus 1. Plutarchus in Pompeio & alij.

### In Caput XX.

Septem millia tunc Ro.) Eundem numerum edit Eutropius. VII. millia de exercitu Norbani cæsa tradit quoq; Plutar. Appianus vero scribit militum Norbani millia sex, Sylla LXX. cecidisse. Fabius Adrianus)

drianus) adriani huius meminit Cicero Verr. 3. vbi Aconius ita scribit. Cinna in temporibus cum C. Fabius Adrianus, vt alij aiunt, Legatus, vt alij putant, pro pretore, vel pretor, prouinciam obtineret Africã, Vtica in pretorio suo viuus vstus est, quod corrupto seruitio ciuitatis illius de principum nece conspirasse diceretur. De eodem Liuius li. 86. Valerius li. 9. ca. 10. Damasippus prætor.) Solus Appianus hunc prætorem Brutum nominat, quem Liuius li. 86. Velleius 2. Valerius. li. 9. cap. 2. L. Damasippum nominat. Cicero quoq; ep. 21. li. 9. ad Patum ita scribit, Nam præter hunc C. Carbonem (En. Carbonem vulgo corruptè legitur) quem Damasippus occidit, ciuis è Rep. Carbonum nemo fuit. Q. Metellus Carrinatis cop.) Q. Metellus Pius Carrinatem legatum ad Aesim, quæ Appianus ἀσπίον ποταμὸν appellat, fudit. Apud Plutarchum in Pompeio est ἀσπίς ποταμὸς, corruptè vt opinor: ad quem Carbonis equitatum in fugam coniectum scribit. Apud Sacriportum) De victoria Sylla apud Sacriportum Liuius li. 87. Velleius li. 2. Florus li. 3. cap. 21. Marius iunior, Setio à Sylla occupato, prope castra posuit, cumq; cedendo ad Sacriportum venisset, acie instruxit, vt scribit Appian. qui Sacriportum ὀρεδὸν λιμένα vocat. Plutar. in Sylla praelium hoc ad Signium commissum fuisse ait. Signium & Setium finitima oppida inter viam Latinam & Appiam collocat, Strabo lib. 5. Cæsa sunt XXV. millia) XX. millia partis aduersa hoc praelio se interfecisse Sylla scripsit, auctore Plutarcho, idemq; numerus est apud Eutropium. Metellus Norbani agmen) Hoc praelium commissum fuisse apud Fauentiam, scribit Velleius.



458 IN LIBRVM QVINTVM  
 ius. Lucullus cũ à Quinctio) Vulgo mēdosē Quin-  
 to legitur. De victoriā M. Luculli apud Eidentā Vel-  
 leius & Plutarc. in Sylla. Plusquam decē millia)  
 ὄκτα χίλιας ἐπι μύριας Plutar. Cū Lamponio)  
 Lamponij nomen in Orofi libris varie depraua-  
 tū fuit, sed apud Liuiū, Appian. Plutar. Florū & Eu-  
 trop. recte legitur. De pugna ad portā Collinā cum  
 Lamponio Lucano & Telefino Samnite lege etiā Vel-  
 leii. Ad horam diei nonā) σὺν ἡμέρῃς δεκά-  
 τῃ ἡν τῆς ἡμέρας καὶ τὰς φεροῦσας, Plutarchus.

In Caput XXI.

Tria millia hominum) In vno manuscripto est,  
 IIII millia, fortasse pro. V. L. millia, errore manifesto  
 & vulgari. Nam Augustinus de Ciuit. dei li. 3. ca. 28.  
 VII. millia edit, Liu. li. 88. VIII. millia, Plur. in Sylla  
 ἑξα χίλιους, Valerius li. 9. ca. 2. quatuor legiones.  
 In meo Floro manuscripto ita legitur. Quatuor mil-  
 lia deditorum inermium ciuium in villa publica in-  
 terfici iussit. cum vulgo mendosē legatur. in via pu-  
 blica. quod mendū ē Liuiana epitoma Sigonius quo-  
 que sustulit. Q. Catulus palam) Palā, additur quo-  
 que in Diaconi additionibus ad Eutropiū. Caterum  
 pro Q. Catulo Plutarchus C. Merellū habet. L. Furfi-  
 dio) Huius meminit Florus, quē Plutarchus ἐφιδέον  
 appellat. Prima proscriptio LXXX. hominū fu-  
 it) Vulgo contra veterum librorum auctoritatem le-  
 gunt LXXX. milliū hominū. Plutar. in Sylla, δὲ οὖν  
 σὺν αὐτῷ ὑδὸς ὀκδοήκοντα προέγραψεν Sic enim le-  
 gendū. non προσέγραψεν, vt est impressum. M. Ma-  
 rium) M. Mariū prætorem, nominat Valerius lib. 9.  
 ca. 2.

ANNOTATIONES. 459  
 ca. 2. Mariū ducis ipsius fratrem, Florus de crudeli  
 eius interitu Lucanus. li. 2. P. Lætorius) Hunc pu-  
 to esse illū, quem Sylla Cōsul cum Mario seniore pro-  
 scripsit, quem q̄, appianus λατῶριον nominat. Esse  
 aut scribendum, Lætoriū, non Lætorium cognoscitur  
 ē libris grecorum, & antiquis Latinorū, itemq̄, ex  
 Fastis Capitol. in quibus anno vr̄bis CDXCVI. est M.  
 LÆTORIVS M. F. M. N. PLANCIANVS magister equi-  
 tum cum Dictatore Q. Ogulnio Gallo. Valerius Ma-  
 ximus hunc non P. Lætorium, sed M. Platorium no-  
 minat. & in nonnullis Orofi libris Lætorij preno-  
 men cũ nomine ipso iungitur. Cum Telefino) Idem  
 est in epitoma Liuiana. Sed alij aliter de Marij morte  
 scripserunt, vt est apud Velleiū. A Cossura insula)  
 Cossura, non Cossyra est in manuscriptis duobus: nam  
 in vno mendosē Corsica legitur, sicut in epitoma 89.  
 Corcyra. Appianus, καρβωνα δ' ἐκ λιβύης ἐς σικιλίαν  
 ἢ πολλῶν ἐπιφανῶν, καὶ ἀπ' αὐτῆς κοσσύραν ἕισον  
 ὑποφύγοντα, πέμψας τινὸς ὀπομπῆος σκελετὸν  
 εἶνε, id est, Carbonem ex Africa in Sicilia multo no-  
 bilibus comitatum, atq̄, inde in Cossuram fugientem  
 Pompeius submissis quibusdam comprehendit. In la-  
 pidibus Capitol. extant nauales triumphi Ser. Fuluij  
 Nobilioris, & M. Aemilij Pauli de Cossurenribus &  
 Pæneis an. CDXCIX. Hiertam Numidæ regem)  
 Hiertā habēt omnes libri manuscripti, eundemq̄, an-  
 tiquus meus Eutropius Hierdā nominat, cũ impressi  
 Harbā, Plutarchus ἰάφρα, epitoma Hierā edat.

In Caput XXII.

Creatis itaq; P. Seruilio) P. Seruilius Variā &  
 Ap. Clau-



ap. Claudius Pulcher Consules fuerunt anno DCLXX-  
III ijsq. Consalib. creatis Sylla Dictatura se vltro ab-  
dicauit. Appianus libro 1. Plutarchus in Sylla. Aut  
Crix) De Crixo gladiatorum duce infra capite vlti-  
dicemus. In impressis vulgo male, aut Crasi. legitur.  
Sylla mortuo Lepidus) M. Aemilius Lepidus &  
Q. Lutatius Catulus Cos fuerunt an vrbis DCLXXV.  
de quibus Sallust libr. 1. hist. Res populi R. M. Lepido  
Q. Catulo consulibus militia & domi gestas compo-  
sui. De dissensione horum consulum Cicero Catil. 3.  
Liuius li. 90. Appianus 1. Plutar. in Sylla & Pompeio  
Eutrop. alij Brutus in cisalp) Hic est M. Iunius Bru-  
tus M. Bruti, qui Caesarem interfecit. pater, Plutar-  
chus in Pompeio & Bruto.

In Caput XXIII.

Anno ab V.C. DCLXXIII.) Annū intelligit  
quo Lepidus & Catulus consules fuerunt, quem nos-  
iam DCLXXV. post Romam conditam nominauimus.  
ijs vero cos. quatuor hac bella exorta fuisse Eutrop.  
initio li. 6 auctor est. Sertorius siquidem) De bello  
Sertoriano Appian. li. 1. Plutarchus in Sertorio & Pom-  
peio. Liu. li. 90. & deinceps, Florus li. 3. ca. 2. Eutrop.  
li. 6. & auctor de viris illustrib. Domitius ab Hir-  
culeio.) Hirculeius est in nostris manuscriptis Oro-  
sij, Eutropij & Flori libris. Hirculeium quaestorē no-  
minat, Liuius lib. 90. eundem Plutarchus in Sertorio  
intelligit his verbis, δομίτιον ἤ χαλούσιον (fortasse  
χαλδινον) ἀνθύπατον ὄντα τῆς ἐτέρας ἰβηρίας δι-  
στραμίου καταγωνισάμενος. Meminit ibidem Plu-  
tarchus Thoranij legati Metelli, quem Sertorius cū  
exerc-

exercitu cecidit. In meo etiam Floro manuscripto le-  
gitur, cum hinc Domitius & Thorius, inde Hirculeij  
preluderent. vbi impressi habent, cum hinc Domiti-  
& cohortes. Manilius procos.) Manlius in ca-  
teris. Apud Plutarchum est, ὡς ἐλεόκτιον μὲν λόλλιον  
ἐκ τῆς ἀπὸ νὰ βῶνα γαλατίας ἐλθεῖν αὐτῷ βογ-  
θόν vbi Sigonius legit, ὡς ἐλεόκτιον μανίλιον. Apud  
Pallantiam) In alijs est, Polentiā, mendosē. De Pal-  
lantia Strabo li. 3. de Pallantinis Plinius li. 3. ca. 3. De  
Lauronis excidio Plutarchus & Appianus. Reliquū  
agmen Lauron.) Plutarchus aliter in Sertorio, scri-  
bens ipsum Lauronensibus pepercisse, eosq. dimisisse.  
Non proconsule) Lege Plutarchum in Pompeio.  
Hirculeius cum Metello) De Metelli victoria con-  
tra Hirculeium Liuius li. 91. Frontinus lib. 2. Strata-  
gem. Memmius quaestor) Memmium in agro Se-  
guntino interfectum ait Plutarchus in Sertorio. De  
Memmio quaestore Pompeij cicero pro Balbo. Per-  
perna.) Perperna, non Perpenna. scribi debere testi-  
monio sunt Fasti capitolini, in quibus anno DCLXI.  
cum Claudio Pulchro consul M. PERPERNA compa-  
ratur, idemq. à Dione li. 41. περιπερνας appellatur.  
vnde non est dubium quin ap. Plutarchum & Ap-  
pianum librarij pro Perperna. substituerint περιπερ-  
νας. cum praesertim in Appiani Iberica ab Henr. Ste-  
phano edita Perperna hic, quo a le agimus περιπερ-  
νας appelletur. Sertorius deci mo demum an. In  
Eutropij libris scriptum est, Sertorium octauo decimo  
anno a suis occisum esse. sed Caspianus recte corri-  
git octauo demum anno. Nam & Appianianus de re  
gesta cum Sertorio ita scribit, λοιπόν δὲ ἐστὶ τῆς συλ-  
λαίως



λαίων ἔργων τὸ σερτωρίε γενόμενον ὀκτάετες. Ad  
 Sertorius quidē octauo sui ducatus anno interfectus  
 bellum vero decimo confectum fuit, auctore Luitio  
 96. Macedonicū bellum Claudius) Hic est Appi-  
 Claudius Pulcher, quē Consulē cū P. Seruilio fuisse  
 diximus ea super de re ab eo gesta, Luitius lib. 91. Eutro-  
 trop. 6. Vnde cum animo æger, & curis) Hæc  
 Elio est in omnib. nostris manuscriptis. cuius loco in  
 alijs impressis corrupte legitur, Vnde cum hæc animi  
 gereret, curis circumseptus &c. Successor Scribo-  
 bonius) C. Scribonius Curio, qui cū Cn. Octauio Con-  
 sul fuit anno DCLXXVII. ap. Claudio in Macedonia  
 successit, Eutr. li. 6. Liu. li. 92. & 93. Triumphus Curio-  
 nis e Macedonia meminit Cicero in Pisonem. P. Ser-  
 uilius ex Consule) De Seruiliū Consulatu dictū  
 supra. Ex consule, id est Consulatu iam perfunctū  
 missum ad Ciliciam & Pamphylia scribit etiam Eutro-  
 trop. Ex consule, ἀπὸ ὑπάρτων, in græca Digestorum  
 præfatione dicitur. Phaselim euertit) Phaselidiam  
 men vulgo corruptum est. Dionysius,  
 Ἀλλὰ δὲ ἔξῃς παμφυλίδες εἰσὶ πόλεις  
 κέρυκος πέρυτε, καὶ ἀνεμέεσσα φάσιδες.  
 Sallust. li. 1. histor. res à S. rullio gestas describens. Ad  
 Olympum atq; Phaselid. a. item, ad corycū dixit, aucto-  
 re Prisc. li. 15. Cicer. Verr. 5. Phaselis illa quæ  
 pit P. Seruilius, non fuerat vrbs ante Cilicum, atq;  
 prædonū, &c. Cosconius procos.) De rebus a Cos-  
 conio gestis Eutrop. li. 8. vbi libri ei Cnei prænomina  
 dant, perperā, vt opinor. est enim hic C. Cosconius, cui  
 ius iteris planum, et factum fuit, legionem esse à Beller-  
 phagatā in Illyrico, vt testatur, Cicero pro Cluentio

In Caput XXIII.

Anno ab V. C. DCLXXIX.) Eutropio hic an-  
 nus est DCLXXVIII, alijs DCLXXX quo Cōsules fue-  
 runt, M. Terentius Varro Lucullus, & C. Cæsius. Gla-  
 diatores LXXIII.) Eundem numerū habet Luitius  
 & Eutrop. Appian. μονομάχους ἔθορον κόντα, Πι-  
 τάρχ. in Crasso ὁ γδοήκοντα δυοῖν δέοντας. Crixo &  
 Oenomaos) Ita hos duces nominandos esse non mo-  
 do Appianus. verū etiā libri vetusti probant. Clodij  
 prætoris) Clodium Pulchrum legatum habet Li-  
 uius li. 95. Clodium Glabrum Florus li. 3. ca. 20. κλώ-  
 διον στρατηγὸν Plutarchus. In exequijs captiuæ.)  
 Appianus ὁ Ἰσπάρτακος τετρακοσίους ῥωμαίων ἀχ-  
 μαλώτας ἐναγίστας κρέζω δυόδεκα μυριάσι ῥωμαί-  
 ων πεζῶν ἐς ῥώμην ὑπήγετο. Spartacus, vbi treccē-  
 tos captiuos Roman. Crixo inserias misit, cū CXX.  
 millibus peditum Romanorum ad urbem contendit.  
 Hinc Florus, Defunctorum prælio ducum funera a im-  
 peratorijs celebrauit exequijs, captiuosq; circa rogū  
 insit armis depugnare. Gellius Crixum) Crixum  
 circa Garganum motem oppressum fuisse. Appianus  
 scribit. à quo & Plutarcho plura pete. Ad caput Si-  
 lari) De Silaro, qui & Silaris dicitur Strabo li-  
 bro quinto extremo, Plinius li. 3. ca. 03.  
 & lib. 3. cap. 5. De numero inter-  
 fectorum Luitius  
 lib. 97.

PAVLI

PAVLI OROSII  
ADVERSVS PAGA-  
NOS HISTORIARVM  
LIBER SEXTVS.

*Vnum esse deum tam gentilium quàm Christianorum iudicio.*

## CAPVT I.

**M**Nes homines cuiuslibet  
vel sectæ, vel vitæ, vel patriæ  
ita semper ad prospectu præ-  
denti naturalis bono erigun-  
tur, vt oblectamento corporis  
rationale mentis, & si non actu præ-  
ferant, iudicio tamen præferendum sci-  
ant. Quæ mens ratione duce illustrata  
in medio virtutum, quibus genuino fa-  
uore, quamuis vitijs inclinetur, assur-  
git, scientiam dei quasi arcem prospicit.  
Deum enim quilibet hominum contem-  
nens ad tempus potest, nescire in totum  
non potest. Vnde quidam dum in mul-  
tis deum credunt, multos deos in discreto  
timore finxerunt. Sed hinc iam vel ma-  
xime cum auctoritate veritatis operante,  
tum ipsa etiam ratione discutiente discer-  
sum est. Quippe cum & philosophi eorū,  
vt de

vt de nostris sanctis sileam, dum intento  
mentis studio quærunt, scrutanturque om-  
nia, vnum deum auctorem omnium repe-  
rerunt, ad quem vnum omnia referuntur.  
Vnde etiam nunc pagani, quos iam decla-  
rata veritas de contumacia magis quàm  
de ignorantia cõuincit, cum à nobis dif-  
cutiuntur, non se plures deos sequi, sed  
sub vno deo magno plures ministros ve-  
nerari fatentur. Restat igitur de intelligen-  
tia veri dei per multas intelligendi suspi-  
ciones confusa dissensio, quia de vno deo  
omnium penè vna opinio est. Hucusque  
humana scrutatio, etsi cum labore delibe-  
rare potuit: at vbi ratiocinatio defecit, fi-  
des subuenit. Nisi enim crediderimus, nõ  
intelligemus. Ab ipso audias, ipsique deo  
credas, quod verum velis scire de deo. Ita-  
que idem vnus & verus deus, in quem om-  
nis, vt diximus, & si ex diuersis opinio-  
nibus secta concurrat, mutans regna &  
disponens tempora, peccata quoque pu-  
niens, quæ infirma sunt mundi elegit, vt  
confundat fortia, Romanumque imperi-  
um assumpto pauperrimi status pastore  
fundauit. Hoc per reges & consules diu  
proiectum, postquam Asiæ, Africa: atq;  
Europæ potitum est, ad vnum imperato-  
rem,





rem, eundemque fortissimum & clementissimum, cuncta sui ordinatione congel-  
 sit. Sub hoc imperatore, quem omnes se-  
 re gentes amore & timore per mixto iuste  
 honorarent, deus verus, qui superstitione  
 sollicita ab ignorantibus colebatur, ma-  
 gnum illum intelligentiae suae fontem a-  
 peruit, promptiusque per hominem do-  
 cturus homines filium suum misit operan-  
 tem virtutes, quae praeclerent hominem,  
 coarguentemque daemones, quos aliqui  
 deos putavissent, ut qui ipsi tanquam homi-  
 ni non credidissent, operibus tanquam  
 \* dei crederent, deinde, ut in magno silen-  
 tio ac pace latissima inoffense & celeriter  
 novi nominis gloria, & annuntiata salu-  
 tis velox fama percurreret, vel etiam, ut  
 discipulis eius per diversas gentes eun-  
 tibus, ultroque per cunctos salutis dona  
 offerentibus, obeundi ac differendi, quip-  
 pe Romanis civibus inter civis Roma-  
 nos, esset tuta libertas. Quod ideo com-  
 memorandum putavi, quia hic sextus libel-  
 lus usque ad Caesarem Augustum, de quo  
 haec dicuntur, extenditur. Quod si aliqui  
 hanc lucidissimam rationem irritam pu-  
 tant, suisque diis potius assignant, quos  
 primum prudentia elegerint, deinde pra-  
 cipuo

deo

cipuo cultu inuitarint, ut sibi per eos am-  
 plissimum hoc pulcherrimumque impe-  
 rium conderetur: sic enim iactitant, quia  
 ipsi optimo genere sacrorum emeruerint  
 praecipuum deorum fauorem, quibus ad-  
 emptis vel praetermissis, discesserint om-  
 nes adytis arisque relictis diis, quibus im-  
 perium hoc steterat: unde quamuis reue-  
 rentia sanctitatis tuae multa fortissime ve-  
 rissimeque differuerit, tamen & mihi lo-  
 cus exigit, ut pauca subijciam. Si Romani  
 colendo deos emeruerunt fauorem deo-  
 rum, & non colendo amiserunt, ut ipse Ro-  
 mulus parens Romae inter tot mala ab ipso  
 ortu suo ingruentia saluus esset colendo  
 quis meruit? An Amulius avus, qui expo-  
 suit ad necem? An pater, qui incertus fuit?  
 An Rhea mater stupri rea? An Albani pa-  
 rentes, ipsa quoque ab initio Romani no-  
 minis germina persequentes? An tota Ita-  
 lia, quae per quadringentos annos dum  
 audere potuit excidio eius inhiavit? No-  
 n, inquiunt, sed dii ipsi, quia se colendos sci-  
 ebant, futuros custodiere cultores. Ergo  
 praescij sunt. Si praescij sunt, cur hoc im-  
 perium inter tot annorum saecula eo po-  
 tissimum tempore ad summam potentiae  
 arcem perduxerunt, quo se ille nasci inter



homines atque agnosci ut homo voluit, post huius nomen & ipsi pro nihilo contempti sunt, & cum vniuerso mundo etiam illi, quos ipsi prouexerant, cucurrerunt? Sed humiliter obrepit, inquit, & latentur intravit. Latentis & humilis unde tam celebris fama? tam indubitata fides? tam manifesta potentia? Signis quibusdam & virtutibus mentes hominum superstitione sollicitas cepit & tenuit. At hæc si potuit homo, dii magis posse debuerunt. An quia ille hanc potetiam à patre sibi traditam prædicabat, peruentum est aliquando ad intelligentiam illius noti & ignoti dei, quam apprehendere, ut dixi, nemo nisi per ipsum potest? Nec quisquam potest nisi qui toto se perspecto ac despecto, conuersus ad sapientiam dei omnem quærendi ratiocinationem transtulerit ad credendi fidem. Veruntamen breuiter discutio: Diuini, quos tantos ferunt, ut Romanam Rempublicam & propitij prouexisse, & auersi affixisse videantur, eo certè tempore, quod palam constat, quo nasci Christus voluit, & annuntij gentibus cœpit, deuotissimè atque intentissimè colebantur. Ita illi consulerunt & sibi & cultoribus suis, non potuerunt

runt vel reprimere, vel repellere superstitionem eius, propter quam spernendos se cultoresque suos destituendos viderent: quanquam si ab inuitis danda venia, nec deferendi fuerunt, si à voluntarijs seruanda præscientia, nec prius fuerant adiuvandi. Hoc factum est, inquit: nam excitauimus gentes, accendimus reges, instituumus leges, disposuimus iudices, præparauimus pœnas supplicij & crucibus, orbem totum scrutati sumus, si quo modo Christianum nomen & cultus vniuerso mundo posset abradi. Hoc eatenus factum est, donec sæcunda crudelitas eousque inter tormenta ac per tormeta proficeret, quin diu ipsum regium culmen, per quod solus prohiberi potuerat, occuparet. Et quid postea consecutum est? Imperatores, inquit, Christiani cessare sacra, & claudere templa iusserunt, atque ideo excessere omnes adytis, arisque relictis dii, quibus imperium hoc steterat. O quanta & quam inoffensa lux veritatis est, si non aduersus eam vltro sese offerentem imbecilli insecliciter oculi clauderentur. Si Christiana fides per multa retro tempora sequentibus vndique aduersum se gentibus, regibus, legibus, cædibus, crucibus ac mortibus



reprimi nullo modo potuit, immo vt dixi, inter hæc & per hæc creuit, cultus autem idolorum iam quodam modo ex se deficiens ac sibi erubescens ad vnam clementissimã iusionẽ sine vlllo pœnali terrore cessauit, cui dubium est, hoc per istius intelligentiã demonstrationẽ de creatore suo tandẽ innotuisse creaturæ, quod illa eatenus per varias ratiocinationes mētis intentæ quamlibet alijs offuscata quæsierit, ac per hoc statim amori eius, quem etiam ignorans dilexerat, inhæsisse? Nec igitur mirum est, si in magna familia inueniuntur aliqui serui, qui consuetudine, lasciuiaque seductorum assuefacti, patientia domini sui ad contẽptum ipsius abutuntur. vnde & merito deus vel ingratos, vel incredulos, vel etiã cõtumaces varijs correptionibus arguit: quod semper vtique fatendum est, tunc tamen præcipue, quando adhuc per vniuersum mundum nulla erat ecclesia, quæ interuentu fidelium precum meritas mundi pœnas, iustumque iudicium dei, exorata ipsius clementia, temperaret. vnde etiam hæc, quæ multa hominibus videntur qualiacunq; sunt, grauiora sine dubio omnia fuerunt, sicut ipso, quo cœpta sunt ordine, probantur.

tur. Bellum Mithridaticum, vel, vt verius dicam, belli Mithridatici clades multas secum inuoluens prouincias tracta & protenta per quadraginta annos fuit. Nã sexcentesimo sexagesimo secundo (vt dixi) anno ab vrbe condita, quo etiam primum ciuile bellum ceperat, inardescens, consulatu Ciceronis & Antonij, vt verbis poetæ optimi loquar, Barbarico vix consummata veneno est. Sed in his temporibus, triginta gerendi belli inueniuntur anni. Qualiter autem XL. à plerisque dicti sint, non faciliè discernitur.

*Prosequitur hic bellũ Mithridaticum, quod Sylla confecit.*

CAPVT II.

**I**Gitur Mithridates rex Ponti atq; Armenia, postquam Nicomedem Bithyniæ regem amicum populi Romani regno priuare molitus est, atque à senatu monitus, si facere tentaret, bellum sibi à populo Romano inferendum fore, iratus Cappadociam continuo peruasit: atq; expulso ab ea Ariobarzane rege, cunctam prouinciam igni ferroque vastauit. Bithyniam deinde pari clade corripuit, Paphlagoniam simili exitu afflixit, pulsus ex ea Pylæmene & Nicomede regibus.



Post cum venisset Ephesum, crudeli præcepit edicto, ut per totam Asiam quicumque inuenti essent ciues Romani, sub vna die omnes necarentur. Et factum est. Nec explicari aut comprehendi vlllo modo verbis potest, quæ tunc multitudo Romanorum ciuium cæsa sit, quis mæror plurimarum prouinciarum, quis gemitus occidendorum pariter atque occidentium fuerit, cum singuli quique aut proderent innocentes hospites & amicos, aut ipsi periclitari pœna hospitem cogentur. Archelaus quoque dux Mithridatis cum centum viginti millibus peditum atque equitum in Achaiam præmissus, Athenas cum etiamque Græciam partim vi, partim deditioe obtinuit. Sylla cui post consulatum Mithridaticum bellum obuenerat, Archelaum apud Piræum Atheniensium portum septemplici muro communitum diu obsedit, ipsam Atheniensium urbem vicepit, ac postea iusto prælio cum Archelao conflixit. Centum & decem millia de exercitu Archelai interfecta, vix decem millia superfuisse referuntur. Comperta clade Mithridates lætissima septuaginta millia militum Archelao in subsidium misit ex Asia. Secundo prælio XV. millia

millia ex his interfecta sunt, ibique Diogenes Archelai filius trucidatus est. Tertio bello omnes copiae quas Archelaus habebat, extinctæ sunt. Nam viginti millia militum eius in paludem pulsa, cum Syllæ fidem implorarent, insatiabili victoris ira interfecta sunt, totidemque alia in flumen coacta ac necata, reliqui miserorum passim trucidati sunt. Porro autem Mithridates in Asia nobilissimarum vrbiu principes occidere, bonaque eorum publicare animo intenderat. Cumque iam MDC. ita interfecisset, Ephesij exemplum verentes, excluso præsidio eius, portas obiecerunt. Similiter Smyrnæi, Sardi, Colophonij, Trallianique fecerunt. Perturbatus Mithridates, per Archelaum ducem suum cum Sylla de pace pepigit. Interea Fimbria Marianorum scelerum satelles, homo omnium audacissimus, Flaccum consulem, cui legatus ierat, apud Nicomediam occidit: ac mox arrepto exercitu Mithridatis filium ex Asia ad Miletopolim fugans, stationem regis inuadit, ipsumque Pergamo pellit, fugientemque insecutus apud Pitaniam obledit: & profecto cepisset, si L. Lucullus ciuilib. discordijs curam recipub. prætulisset, eumque mari coartare ob



re obiecta classe voluisset. Inde Fimbria Iliensibus iratus, à quibus pro Syllanę partis studio obiectu portarũ repulsus videbatur, ipsam urbem Ilium, antiquam illam Romę parentem funditus cęde incendioque deleuit. Sed eam Sylla continuo reformauit. Idem Fimbria apud Thyatira cum ab exercitu Syllę obsideretur, desperatione adaectus, in templo Aesculapij manu sua interfectus est. Fannius & Mægius de exercitu Fimbrię profugi, Mithridati sese adiunxerunt: quorum hortatu Mithridates cum Sertorio per legatos in Hispaniam missos, fœdus pepigit. Sertorius ad eum Marcum Marium firmandi fœderis causa misit. Quem rex apud se retentum, breui ducem fecit in locum Archelai, qui se ad Syllã cum vxore liberisque contulerat. Marius & Eumachus duces à Mithridate aduersus Lucullum missi, magno exercitu breui congregato, cum P. Rutilio apud Chalcedona congressi sunt, eumque cum plurima exercitus ipsius parte cæciderunt. Lucullus Mithridatem Cyzicenos obsidetem, fossa cinxit: eumque quod faciebat, pati compulsi: atque ad ipsos Cyzicenos, vt bono animo essent, nuntium misit vnum

ex

ex militibus nandi peritum: qui duobus vtribus suspensus, mediam ipse regulam tenens, plantisque subremigans, septem millia passuum transmeauit. Mithridates inopia laborans, partem copiarum instructam armis, domũ abire præcepit: quam Lucullus excipiens, vniuersam disperdidit. Nam amplius quàm quindecim millia hominum tunc interfecisse narratur. Tunc etiam Fannius, qui se Mithridati iunxerat, & Metrophanes regius prætor, è Mamerco victi, cum duobus millibus equitum in Mœsiã profugerunt: atque inde in Mæoniam digressi, in colles camposque Inarimos inciderunt. vbi nõ solum montes vsti, vel saxa quasi quadam fuligine offuscata cernuntur, verum etiam campi ambusto solo squalidi, per quinquaginta millia passuum, sine vilo ignis vel fornacis indicio & pendulo in profundum cinere putres iacent. Tribus etiã locis torridę voragine ostenduntur, quas Græci phylas vocant: in quibus diu oberrantes, inopinatis tandem periculis exempti sunt, & clam in regis castra venerunt. Deiotarus rex Gallogræcię, præfectos regis bello trucidauit. Interea Mithridates apud Cyzicũ eadẽ mora, qua obsidebat



bat obsessus, in magnam penuriam pestilentiamque exercitum suum coartauit. Nam plus quam trecenta millia hominum fame & morbo in eadem obsidione amississe fertur: ipse cum paucis arrepta nauis clam fugit à castris. Lucullus incruento milite spectator cladis alienæ, nouum genus victoriæ adeptus est: moxque Marium adortus, vicit fugauitque. In quo prælio plus quam vndecim millia Marianorum militum interfecta referuntur. Lucullus postea cum eodem Mario nauali prælio congressus, triginta & duas naues regias, & complures onerarias, aut demersit aut cepit. Multi ibi ex his quos Sylla proscriperat, interempti sunt. Marius postera die de spelunca, vbi latebat, extractus, meritis hostilis animi pœnas luit. Eodem vero Lucullus impetu Apamiam vastauit, & sub monte Olympo Prusam munitissimam ciuitatem captam expugnatamque diripuit. Mithridates aduersus Byzantium instructa classe nauigans, tempestate correptus, octoginta rostratas naues perdidit. Ipse cum quassata iam nauis mergeretur, in myoparonem Seleucipirata, ipso pirata iuuante, transfiliuit. Inde Sinopem, ac post Amisum cum magna

gna difficultate peruenit.

*De Catilinæ incestu, & Lucullorum aduersus Bessos, Mithridatem, & Tigranem, ceterosque bellis.*

## CAPVT III.

**E**odem anno apud Romam Catilina incesti accusatus, quod cū Fabia virgine Vestali commisisse arguebatur, Catuli gratia fultus euasit. Lucullus Sinopen expugnaturus obsederat. Hanc Seleucus archipirata & Cleochares spado, qui præsidij causa præerant, expilatam atque incensam reliquerunt. Lucullus miserorū hostium intestina clade permotus, celeri occursum immisissimum restinxit incendium. Ita misera ciuitas, versa vice hostium sociorumque, vnde defendenda, disperdita, & vnde disperdenda, seruata est. At vero M. Lucullus qui Curioni in Macedonia successerat, totam Bessorum gentem bello appetitam, in deditiōnem recepit. Eodem tempore Metellus Siciliae prætor, cū foedissima illa C. Verris prætura Siciliam afflictam inuenisset, maximè \*Pyrganio-<sup>Perganio-</sup>ne archipirata nefarijs prædis & cædibus<sup>ne.</sup> dilacerante, qui pulsa classe Romana, Syracusanum portū obtinuerat, quem mox nauali terrestrique prælio comminutum, Sicilia



Sicilia decedere compulit. Præterea Lucullus transgressus Euphratē & Tigrim, apud Tigrano certam urbem cum Mithridate & Tigrane cōgressus, parvissima suorum manu magnū hostium numerū occidit. Nam triginta millia hominum in eo bello cæsa referuntur. Tigranes vix CL. equitibus comitatus aufugit, diademate & tiara ne agnosceretur abiectis. Tunc ad Lucillum totius pene orientis supplices venire legati. is imminēte hieme, per Armeniam in Mesopotamiam regressus, Nisibin urbem illis in locis tunc inclytā expugnauit & cepit.

*De bello Pyratice & Cretico, deq; re cum Mithridate à Pompeio gesta.*

## CAPVT III.

**I**dem diebus piratæ per omnia sparsa maria, etiam non tantum intercipientes nauium com meatus, sed etiam insulas prouinciasq; vastantes, impunitate sceleris & auiditate prædæ vulgo sese associantibus, in immensum augēbatur. quos Cn. Pompeius post multam quidem vastationem, quā terra mariq; diu egerant, mira tamen celeritate compressit. Eodem tempore Cretam insulam per biennium Metellus euertit, diuturnoq; bello domitam

mitam in potestatem redegit, legesq; Minois Romanis legibus permutauit. Pompeius postea successor Luculli, in minori Armenia iuxta montem Dastracū castra regis obsidione conclusit. Rex cum omnibus copijs, eruptione pernoctem facta, insuper etiam persequentem bello repellere statuit. Pompeius fugientes persequi intendit. Itaque bellum nocte cōmissum est. Luna tunc orta, à tergo Romanis erat. Regij longitudine umbrarum proximitatē hostium rati, cuncta in irritum tela fuderunt. Romani veluti inermes postea aggressi, sine labore vicerunt. Nanq; de exercitu regio quadraginta millia cæsa vel capta sunt. Romani vulnerati mille, vix aut quadraginta interfecti. Rex inter tumultus belli fuga lapsus, adiutus etiam beneficio sublustris noctis, euasit: relictusq; ab omnibus amicis, philosophis, scriptoribus rerū vel carminum, ac medicis solus per deuia equū manu trahens, atq; ad omnes nocturnos strepitū trepidās, in quodam castellum diuertit, atque inde in Armeniam perrexit. Pompeius regem insecuturus, inter duo flumina quæ ab vno monte diuersis specubus exoriuntur, hoc est, Euphratem & Araxem, urbem Nicopolim



polim senibus lassis & ægris volentibus condidit. Oranti Tigrani veniam dedit. Exercitum Orodis Albanorū regis, præfectosque eius ter prælio vicit: postea epistolas Orodis & munera cum Albinis pace instauranda libenter accepit. Artocem regem Iberiæ bello fudit, totamque Iberiam in deditionem accepit. Inde cum Armeniam, Colchos, Cappadociam & Syriam ordinatis rebus composuisset, promotus de Ponto in Parthiam, ad Ecbatanam urbem capit Parthici regni quin quagessimo die venit.

*Quod Mithridates filios ac amicos peremerit, ipsæque vicissim à filio peremptus sit.*

## CAPVT V.

**I**N Bosphoro Mithridate cerealia sacra celebrante, terræ motus adeo grauis repente exortus est, vt magna clades ex eo urbium atque agrorum secuta narretur. Eodem tempore Castor Mithridatis præfectus, qui Phanagorio præerat, interfecit amicos regis, arcem occupauit, & quatuor Mithridatis filios ad præsidia Romana transmisit. Mithridates accensus ira, in scelera exarsit. Nam complures tunc amicos suos, & Exipodram filium suum interfecit, cum antea iam alium Macharem nomine

nomine parricidio trucidasset. Pharnaces alter filius eius, exemplo fratrum terretus, exercitum ad persequendum sese misit, sibi conciliauit, & mox aduersus patrem duxit. Mithridates diu ex altissimo muro filium frustra precatus, vbi inexorabilem vidit, moriturus exclamasse fertur: Quoniam Pharnaces, inquit, mori iubet, vos sic estis dii patrij, precor, vt quandoque & ipse hanc vocem à liberis suis audiat. Statimque descendens ad uxores, pellices ac filias suas, venentim omnibus dedit. Quod cum ipse nouissimus hausisset, nec tamen propter remedia, quibus vitalia sua aduersus noxios succos sæpe obstruxerat, veneno confici posset, frustra que spatiaretur, si quo tandem modo infusa pestis per venas vegetatione corporis acta discurreret, Gallum quendam militem iam fracto muro discurrentem inuitauit, eiq; iugulum præbuit. Hunc exitum vitæ Mithridates habuit, nobisque sententiæ suæ fortissimum argumētum reliquit, homo omnium, vt ferunt, superstiosissimus, annos natus septuaginta duos, habens secum semper philosophos, omniumque artium peritissimos. Si estis, inquit, dii patrij. Ita ille diu colendo, ac diu



quæredo persenserat, hos nõ esse certos deos, qui esse putabatur. Rex multę experientię atque æuo grauis, verum deum, ad cuius notitiam non nisi auditu per fidem venit, non intelligebat. Hos autem fallos esse rationis ipsius luce peruiderat, aliud consuetudini, aliud menti suę tribuens. Si estis, inquit, dij, hoc est dicere, ego sentiens esse super hominem potentiorẽ ipso homine potestatem, precandi necessitate motus, commendo diligentiam, & excuso ignorantiam meam. Inuoco qui est, dum conuenio qui nõ est. Quapropter cum dolore & timore considerandum est, qua poena, quõue iudicio digni erunt, qui contra interdicitũ iam propalata & publicæ veritatis eos sectantur & colunt deos, de quibus etiam illi iam tunc dubitare poterant, qui adhuc præter eosdẽ scire nihil poterat. Veruntamen breuiter consulo, qualia tunc toto orienti tempora videbatur, cum per quadraginta annos miseræ nationes alternis tantorum ducum vastationibus terebantur: cum quæque ciuitas tantis concursibus media ineuitabiliter periclitabatur, inde accensura alterum, vnde alterum temperasset: hoc mox habitura sup-  
pli-

plicij, quod remedij ad tempus habuisset: cum trepidæ diuersarum prouinciarum legationes inter succedentes Romanorum duces, & truculentiorẽ notitiã Mithridatem, alternis ad vtrũque, prout quẽque fors belli attollebat, incertis satisfactionibus transferebantur, augendo pericula quæ sanabant. Nunc quid continuo Pompeius, & quidem Pompeius homo Romanorũ moderatissimus, per plurimas partes oriẽtis, finito Mithridatico bello egerit, paucis proferam.

*De gestis Pompeij in Syria, Phœnice & Iudæa, & coniuratione Catilinae.*

## CAPVT VI.

**A**Nno ab vrbe cõdita DCLXXXIX. M. Tullio Cicerone, & C. Antonio consulibus. Pompeius occisi Mithridatis nũtio accepto, Syriã cœlen & Phœnicen bello aggressus, Ituræos primum Arabesq; perdomuit, vrbesq; eorum, quam Petrã nominant, cepit. Hinc ad Iudæos, quibus Aristobulus expulso fratre Hyrcano primus ex sacerdote rex præerat, atq; ad Hierosolymam urbẽ eorum Gabinium cum exercitu mittit. Ipse continuo subsecutus, & à patribus vrbe susceptus, sed à plebe muro tẽpli repulsus, op-  
pugna-



pugnationem eius intendit. Id nō solum natura loci, verumetiam ingenti muro, fossaq̄ue maxima munitum, cum alias aliis legiones, dies noctesq̄ue succedere sine reque cogeret, vix tertio mense expugnauit. Tredecim millia ibi Iudæorum cæsa narrantur, cætera multitudo in fidē venit. Pompeius muros ciuitatis everti, æquariq̄ue solo imperauit: & cum aliquātos principes Iudæorum securi percussisset, Hyrcanum sacerdotio restituit. Aristobulum captiuum Romam duxit. Hoc bellum orientis cū viginti & duobus regibus sese gessisse ipse Pompeius pro concione narrauit. Interea coniuratio Catilinæ aduersus patriam per eosdem dies in vrbe habita ac prodita, in Etruria vero ciuili bello extincta est. Romæ cōscij coniurationis occisi sunt. Sed hanc historiam agente Cicerone, & describente Sallustio, satis omnibus notam, nunc à nobis breuiter fuisse perstrictam sat est. Motus etiam in Pelignis ortus à Marcellis patre & filio, per L. Vettium proditus, patefacta Catilinæ coniuratione, quasi succisa radice compressus est: & de vtroque per Bibulum in Pelignis, per Ciceronem in Brutijs vindicatum est.

Cæsar

*Cæsar quas prouincias sortitus, quomodo Heluetios & Belgas domuerit.*

CAPVT VII.

**A**Nno ab vrbe condita DCXCIII. C. Cæfare & L. Bibulo consulibus, lege Vatinia Cæsari tres prouinciæ cum legionibus septem in quinquennium data, Gallia transalpina & cisalpina & Illyricus. Galliam Comatam postea senatus adiecit. Hanc historiam Suetonius Tranquillus plenissimè explicuit, cuius nos competentes portiunculas decerpimus. Heluetiorum animos fortissimæ Gallorum omnium gētis, ea vel maximè causa, quod perpetuo pene cum Germanis bello altercabantur, à quibus Rheno tantum flumine dirimuntur, Orgetorix quidam princeps gentis, spe totas inuadendi Gallias, in arma accenderat. Quo ceteri optimates correpto & ad mortem coacto, cohibere tamen semel animatas in prædā plebes nequiuertunt. Qui coniuratione facta ac die dicta, exustis vicis ac domibus suis, ne quod desiderium ex spe reuertendi foret, profecti sunt. Quos cum apud Rhodanum flumen obuios Cæsar habuisset, magno difficilique bello bis vicit, victosque ad deditiōem coegit. Horum

Hh 3 fuit,

fuit, cum primū progressa est omnis multitudo Heluetiorum, Tulingorum, Latobrogiorum, Rauracorum & Boiorum, vtriusque sexus ad CLVII. millia hominum. Ex his XL. & VII. millia in bello ceciderūt: cætera in terras proprias remissa sunt. Postea Cæsar contra Ariouistum regem, excitantem inuehentemque secum incredibiles Germanorū copias, quibus nuper vniuersos Galliarum populos se subegisse iactabat, apud Sequanos vicit. Cum autē diu exercitus Cælaris Germanorum multitudine & virtute perterritus pugnam detractasset, Ariouistus in Germaniā arrepta nauicula Rhenu transuectus effugit, vxores eius duæ, totidemque filia captæ sunt. Fuerunt autem in exercitu Ariouisti, Arudes, Marcomani, Triboci, Vangiones, Nemetes, Edures, & Sueui. Pugna maximè grauis ex phalange Germanorum fuit, quā coacti in vno agmine, scutisque supra capita contextis, ad irrumpendam Romanorū aciem tuti vndique præstruxerant. Sed postquam aliqui Romanorum militum agilitate audaciaque insignes, supra obductam saliere testitudinem, scutisque singillatim, velut squamis reuulsis desuper nudos

dos deprehensorum detectorumque humeros perfoderunt, territi hostes nouo mortis periculo, terribilè dissoluere comparam. Exinde in fugam versi, per quinquaginta millia passuum infatigabiliter cessi sunt: neque conijci potuit numerus Germanorum, vel quantus pugnae affuerit, vel quantus fuerit occisorum. Post hæc Belgarum gens, quæ tertia pars Galliarum est, aduersus Cæsa rem exarsit. Quorum distributim copia hæc fuit. Belouaci qui cæteris numero & virtute præstare viderentur, habuere lectissima sexaginta millia armatorū, Sueuiones ex duodecim oppidis quinquaginta millia, Nertij, quorum adeo indomita feritas prædicabatur, vt nunquam in id temporis mercatores ad se admiserint vina cæteraque venalia deferre, quibus inducta iucunditas torporem virtutis afferret, habuerunt similiter quinquaginta millia: Atrebates etiam & Ambiani decem millia, Morini viginti quinque millia, Menapij nouè millia, Caleti decem millia, Velocasses & Veromandui æque decem millia, Aduaticum XVIII. millia: Condrusi, Eburones, \* Caresi, Cæmani, qui vno nomine Germani vocantur, quadraginta millia. Et ita





fuisse referuntur CCLXXII. millia armatorum lectissima. His repente silua erumpentibus, exercitus Cælaris perturbatus, atque in fugam actus, plurimis suorum amissis, tandem hortatu ducis restitit: victoresque aggressus, usque ad internecionem penè deleuit.

*Galba expeditio in Veragros & Sedunos. De rebus gestis Cæsaris in coniuratos cum Venetis, item Titurij Sabini & P. Crassi expeditionibus.*

## CAPVT VIII.

**I**gitur Cæsar magnis in Gallia rebus gestis, cum in Italiam proficisci decreuisset, Galbam cum legione duodecima ad Veragros Sedunosque misit. Qui cū hiemandi causa in vico Veragrorum, cui nomen erat Octodurus, conuideret, mediamque oppidi partem, quæ torrente distinguebatur, accolis concessisset, quadam die eosdem discessisse per noctem ac proximo insedisse colli videt. Quippe illi paucitatem vix mediæ legionis despectui habentes, vltro neam sibi prædam nullo celsuram negotio arbitrabantur, finitimosque suos in hanc cædis ac prædæ societatem vocauerant. Igitur Galba tam præsentibus periculis circumsepto ac trepido, atque inter varias consultationes certi con-

filij

filij incerto, repente Galli descensu montis effusi, castra imperfecta circundant, raros per vallum propugnatores saxistelisque onerant. Cumque iam castra irruperentur, Pacuuij primipilaris & Volufeni tribuni consilio, cuncti Romani portis eruperunt: incautosque subito aggressi hostes, primùm perturbauerunt, deinde in fugam versos miserabili strage fuderunt. Nam amplius triginta millia barbarorum tunc cæsa referuntur. Igitur Cæsar cum iam pacatas vniuersas Galliarum gentes putaret, ad nouum & maximum bellum retractus est. Namque dum P. Crassus adolescens cum legione septima oceano tenus apud Andegavos hiemat, Veneti cæteri que confines repente in arma coniurant, legatos Romanorum vincunt, eosque ita demum se reddituros, si obsides suos recipiant, Romanis indicant. Socios sibi ad id bellum Osismios, Lexouios, Nannetes, Ambiuaritos, Morinos, Diablinites, & Menapios asciscunt, auxilia quoque à Britania accersunt. Cæsar per Crassum de rebellionem deditiarum gentium certior factus, quamuis intelligeret quantum inuicendi belli difficultas esset, tamen re tanti negotij non negligendam ratus est,

Hh

5

ne cæ-



ne cæteris exemplo eiusmodi audendi licentia laxaretur. Itaque terrestri prælio persequi hostes frustra aggressus: quippe cum hostes per interfusa ex oceano æstuaria, atque inaccessos recessus, tutis terrarum finibus munirentur, naues longas ædificari in Ligeri fluuio iubet: per quem in oceanum deductæ, mox vt hostibus visæ sunt, continuo ducentæ viginti naues eorum paratæ, atque omni genere armorum instructissimæ, progressæ portu, ex aduerso constiterunt. Bruto circumspectenti imparem longe nauium esse conflictum, quia barbarorum naues solido robore intextæ cauernisq; præualidis obduratæ, laxorum modo adactos rostratarum ictus retundebant, hoc primum auxilio fuit, quod falces acutissimas non pertinaciter contis præfixas, funibus autē subnexas parauerat: quibus cum opus esset, apprehensos eminus rudentes, subductis hastilibus per funem falcem retrahendo succiderent. His celeriter expeditis, dirumpi hostilium antennarum armamenta præcepit. Ita antennis ruentibus, complures illico naues velut captas immobiles reddidit. Alij hoc periculo territi, suspensis velis quâ ventus intenderet fugere con-

conati, cessante mox vëto destituti, ludibrio fuere Romanis. Itaque incensis omnibus nauibus, interfectisque his qui pugnauerant Gallis, reliqui sese omnes dederunt. Sed Cæsar maxime ob iniuriam legatorum, & vt genti ad omnia consilia mobili terribilis exempli notam inureret, cunctis principibus per tormenta interfectis, reliquos sub corona vendidit. Iisdem diebus Titurius Sabinus Aulercos, Eburouices, Lexouiosque, qui primates suos, cur auctores belli resuscitandi esse nollent, interfecerant, eruptione facta, incredibili cæde deleuit. Publius verò Crassus cum in Aquitaniam peruenisset, bello exceptus est. Nanque Sontiates magno equitatu pedestribusq; copijs præualidis Romanos adorti, diu grauer turbauerunt: post victi, atq; in oppidum Sontiatum coacti obfessi que, cū se expugnari viderent, armis traditis, in deditiōe recepti sunt. Aquitani clade permoti, vndiq; exercitum contrahunt: de citeriore quoq; Hispania auxilia accersunt. duces bello maxime eos perficiunt, qui cum Sertorio militauerant. Hi omnes dū obsidione Crasso parant, in castris suis Crasso obruente delati sunt. Nam ex Aquitanis & Catabris,



quorum quinquaginta millia tunc in auxilium venerant, triginta & octo millia caesa referuntur. Caesar Germanos, qui Rhenum cum immensis copijs transmisserant, simul & totas Gallias subijcere sibi parabant, bello adortus, vsque ad interneccionem caecidit. Quorum fuisse numerum ad CCCCXL. millia ferunt.

*Caesar quomodo Sueuos & Britanos subiecit.*

## CAPVT IX.

**T**Vnc Caesar in Germaniam facto ponte transgrediens, Sicambros & Vbios obsidione liberat: Sueuos maximam & ferocissimam gentem, quoru esse centum pagos & populos, multi prodidere, totamque Germaniam aduentu suo terret: mox in Galliam, rescisso ponte concedit. Inde ad Morinos venit, vnde in Britanniam proximus & breuissimus transitus est. Nauibus circiter onerarijs atque actuarijs octoginta praeparatis, in Britanniam transuehitur. Vbi acerba primum pugna fatigatus, deinde aduersa tempestate correptus, plurimam classis partem, & non paruum numerum militum, equitum vero pene omnem disperdidit. Regressus in Galliam, legiones in hiberna dimisit,

ac

ac sexcentas naues vtriusque commodi fieri imperauit. Quibus iterum in Britanniam primo vere transuectis, dum ipse in hostem cum exercitu pergit, naues in ancoris stantes tempestate correptae, vel collisae inter se, vel arenis illis ac dissolutae sunt. Ex quibus quadraginta perierunt, caeterae cum magna difficultate reparatae sunt. Caesaris equitatus primo congressu a Britanis victus, ibique Labienus tribunus occisus est. Secundo praelio cum magno suorum discrimine victos Britanos in fugam vertit. Inde ad flumen Thamesin profectus est, quem vno tantum loco vadis transmeabilem ferunt. In huius vltiore ripa, Calsiuellauno duce, immensa hostium multitudo confederat, ripamque fluminis ac pene totum sub aqua vadum acutissimis sudibus praestruxerat. Quod vbi a Romanis deprehensum ac vitatum est, barbari legionum impetum non ferentes, syluis sese abdidere, vnde crebris eruptionibus Romanos grauter ac saepe lacerabant. Interea Trinobantum firmissima ciuitas cum Androgorio duce, datis quadraginta obsidibus, Caesari sese dedit. Quod exemplum secutae vrbes aliae complures, in foedus Romanorum venerunt:



runt: iisdemque demonstrantibus, Caesar oppidum Cassiellauni inter duas paludes situm, obtentu insuper sylvarum munitum, omnibusque rebus confertissimum, tandem graui pugna cepit.

*Caesarem aduersus nouam Gallorum conspirationem profectum fuisse, eosque, denuo subigisse.*

## CAPVT X.

**E**Xin Caesar à Britannis reuersus in Galliam, postquam legiones in hiberna misit, repentinis bellorum tumultibus vndique circumuentus & cōflictatus est. Namque Ambiorix cum Eburionibus & Aduaticis conspirans, animatus Treuitorum consilio, Cottam & Sabinum legatos apud Eburones cum tota funditus legione insidijs circumuentos interfecit. Ambiorix hac victoria elatus, Aduaticos & Neruios plurimosque alios raptim in arma contrahit, atque ad Ciceronē legatum, qui similiter tunc legioni in hibernis præerat, contendit. Multitudo hostium ex hoc colligi potuit, quia cum in obsidione castrorum vallum circumdandū esse à captiujs Romanis docerentur, & instrumenta ruralia non haberent, gladijs concidendo terrā, & sagulis exportando,  
vix

vix tribus horis vallum pedum decem, & fossam pedum quindecim per millia passuum quindecim in circuitu perfecerunt. Præterea centum viginti turres miræ altitudinis extruxerunt. Et cū iam septem dies noctesque succidui hostiū cunei pugnarent, ac ventus subito plurimus exortus esset, testas feruentes intorsere fundis, flammataque focis tela, ac mox concepto igne rutilantia, intra castra iecerunt. Quo facto per culmina raptim ventus insilēs, sparsum animauit incendium. Sed ne sic quidem Romani, cum vndique obruerentur vulneribus, laboribus, vigilijs, ieiunijs, incendijsue cesserunt. Tandem Cæsari nuntiatum est, vnam deletam esse legionem, alteram iam penè confectam. Aduentante cum duabus legionibus Cæsare, deserunt, hostes obsidionem, atque in eum cuncti raptis copijs ruunt. Cæsar paruissimis se castris consultò condidit, equitibus præmissis, vt fugam fingerent imperauit, vt ad transitum vallis quæ media erat, sibi que periculosa videbatur, hostes contemptu sui inuitaret. Quibus aduentatibus insuper obstrui portas præcepit. Quo viso Galli, quasi iam vicissent, ad obducendum extrinsecus vallum conuersi



conuersi sunt. Cæsar totis repente portis paratum effudit exercitum, verfosque in fugam Gallos vastissima cæde confecit. Nam sexaginta millia tunc fuisse referuntur, è quibus pauci per paludes inuias euaserunt. Indutiomarus Treuironum princeps, magnas armatorum copias habens, postquam de consensu Galliarum totius certior redditus est, Labieni castra, legionemque cui is præerat, quod facile factum arbitratur, delere statuit: ac deinde Eburonibus Neruijsque coniunctus, ad opprimendum Cæsarem pergere. Labienus quibus potest artibus simulat timorem, atque ita Indutiomarum negligentem cum insultantibus copijs pro vallo oberrantem, repentina irruptione prostrauit. Hac victoria Labieni, reliqui Gallorum conatus repressi sunt, & Cæsar paulo quietior reliqua parte hiemis fuit. Sed intelligens sibi maiora belli superesse negotia, maxime quia plurima parte exercitus amissa, alijsque grauiter laucijs, ne ad sustinendum quidem sibi idoneus, non dicam ad comprimendum Gallorum impetum videretur, à Cn. Pompeio proconsule conscribi legiones, sibi que mitti in auxilium petiit. Itaque ante exactam hiemem tres ad

eum

eum legiones in castra venerunt. Igitur Cæsar prius quam in vnum hostium copiarum coiret, ineunte vere aggredi trepidos & opprimere sparsos in suis finibus parat. Primum itaque Neruiorum fines diripit: prædam vero, quæ copiosissima erat, exercitui permittit. Deinde Menapios, qui sibi propter immensas paludes atque impeditissimas siluas munitissimi videbantur, tribus agminibus inuadit: nimiaque cæde vulgo agitata, residuos supplices in deditioem recepit. Labienus sequenti prælio omnes Treuironum copias interfecit, arte in bellum prouocatas, prius quam Germanis aduentatibus iungerentur, & continuo ipsam ciuitatem capit. Cæsar vlcisci mortem Sabini & Cottæ legatorum volens, in Amborigem, & Eburones deletæ legionis auctores, postquam in Arduennâ syluam refugisse comperit, quæ sylua totius Galliarum maxima est, atque à ripis Rheni finibusque Treuironum ad Neruios vsque pertingit, & in longitudine plus quam quingenta millia passuum patet, permetiens rem sui maximi periculi fore, si per obstructas spatiosasque syluas ignoti diuiderentur, omnemque locis notissimum quærent, omnem

li

Galliam



Galliam per nūtiōs inuitat, vt quique secundum placitum suū reconditas in Arduenna sylua prædas quærant, diripiantque. Quo factō Gallis vtrinq; morientibus, maximas Romanorum iniurias sine cuiusquā Romani discrimine vindicauit. Ita hoc tutissimo vincē di genere securus in Italiam redijt.

*Cæsar item nouam Gallorū in arma aduersus sese conspirationem multa clade comprimit.*

CAPVT XI.

**I**gitur Cæsare in Italiam reuerso, Gallia rursus in arma coniurat, multiq; simul populi coeunt. Dux his Vercingetorix fuit, cuius cōsilio statim omnes Galli ciuitates suas vltro incenderunt, prima à suis incensa Biturigo. Inde ad Cæsarem, qui magnis itineribus per Narbonensem prouinciam clam ad exercitum recurrebat, impetum faciunt. Cæsar tunc oppidum nomine\* Cenapum obsidione concluderat: quod diu oppugnatum, tandem post multas Romanorum clades pluuio die, cum hostilium machinarum amenta neruique languerent, applicitis turribus captum atque deletum est. Quadraginta millia ibi hominum fuisse referuntur: è quibus vix octoginta per fugam elapsi

Auricum

lapsi ad proxima Gallorum castra venerunt. Præterea Aruerni cæteri que confines, sollicitatis etiā ad se Aeduis, multis aduersus Cæsarem prælijs bellauerūt. Qui cum se pugnando fatigati in quoddam castellum recepissent, milites prædæ inhiantes, ad expugnationem oppidi animū intendunt, frustra Cæsare deloci iniquitate causante. Itaque ibi Cæsar erumpentibus desuper hostibus pressus, multa exercitus sui parte perditā, victus aufugit. Dum hæc ad Alesiam geruntur, Vercingetorix, quem omnes consensu pari regē præoptauerant, suadet vti ex tota Gallia omnes qui arma ferre possent, huic bello præsto sint. Hoc enim esse vnum bellum, quo aut perpetua libertas, aut æterna seruitus, aut mors omnium cōsequatur. Itaque absque eo numero quem infinitum antè contraxerat, equitum circiter octo millia, peditum ducenta quinquaginta millia contracta sunt. Dehinc duo colles sibi inuicem obuertos Romani Gallicque ceperunt. Vnde multis sæpe eruptionibus & varijs prouentibus præliantes, tandem Romani præcipua Germanorum equitum, quos sibi iam dudum amicos nunc in auxilium adsciuerant, virtute



virtute vicerunt. Vercingetorix alia die congregatis omnibus, qui fuga euaserat, dixit se auctorem bona fide defendendæ libertatis, atque rumpendi fœderis fuisse, & nunc siue Romanis sese ad mortem omnes offerant, siue se solum pro omnibus dedant, paratum animo fore. Itaque Galli voluntatem, quam pudore aliquandiu tlexerant, quasi ex cõsilio regis assumerent, illico sibi veniam precantes, eum solum velut auctorem magni sceleris dediderunt. Bellouaci omnibus Gallorum gentibus ipsorum opinione fortiores habebantur. Hi\* Chorreo duce bellũ instaurant, sibiq̃ue in hanc suscepti belli societatem Ambianos, Aulercos, Caletos, Velocastres, Atrebatessq̃ue coniungunt, & locum quẽdam cinctum atque impeditum vndique paludibus capiunt: commissosq̃ prælio magnam Remorum manum, quæ auxilio Romanis erat, trucidant. Deinde cum opportunum ipsi locũ insidijs prouisum occupassent, atque hoc comperto Romani ad insidiarum locum instructi ordinatq̃ue venissent, commisso prælio Romani Gallos fugientes eisdem locorũ munitionibus, quibus clausi fuerant, incluserunt, cunctosq̃ue ad interuiccionem cæci-

Corbeo

cæciderunt. Ibi Choreus vel fugam vel deditiõnem detrectans, Romanos, ne uiuus caperetur instanter occidendo, ut occideretur, coegit. Igitur cum pacatam esse vniuersam Galliam Cæsar, neque ausuram fore ad aliquos aspirare motus arbitraretur, legiones in hiberna dimisit: ipse autem Ambiorigis fines, qui tot bella excitauerat, horrenda hominum strage vastauit. At vero C. Caninius legatus bellum apud Pictonas inuenit: vbi magna hostium multitudo impeditam itinere legionem circumdedit, atque ad extremum discrimen adduxit. Porro autem Fabius legatus, acceptis Caninij literis, in Pictonas proficiscitur, ibiq̃ue à captiuis de opportunitate locorum certior factus, inopinantes hostes opprimit magnisq̃ue stragibus factis, plurimas prædas agit. Deinde cum Caninio signum aduentus sui dedisset, Caninius totis castris subito exiliuit, seseq̃ue iniecit hosti. Ita Fabio ex alia parte, & Caninio ex altera insistente, maximo & diuturno bello innumere Gallorum copiarũ trucidatę sunt. Inde Fabio in Carnutes profectus est. Sciebat enim Dumnacum ducem antiquissimum, rebellionis totius incensorem, ab hoc bello e-

li 3 lapsum,



lapsum, si Armoricis gentibus adiunctus  
 esset, maximos iterum tumultus in Gallia  
 esse moturum: sed eos adhuc ipsa nouitate  
 trepidates, mira virtute & celeritate per-  
 domuit. Interea Drapes vnaque Lucterius,  
 cum adeste Caninium & legiones in  
 finibus suis viderent, vndique collectis  
 copijs oppidum Vxellodunum occupat.  
 Hoc oppidum in editissima montis ar-  
 ce pendebat, duabusque partibus per  
 abrupta latera non paruo flumine cinge-  
 batur: medio deinde descensu largissimo  
 fonte securum, plurimaque introrsum  
 copia frumenti tutum, irritos procul dis-  
 cursus hostiu despiciebat. Caninius quod  
 solum Romana prouisione potuit, am-  
 bos duces cum parte copiaru plurima in  
 campum euocatos, maximo pralio supe-  
 ravit. Nam vno e ducibus interfecto, al-  
 ter cum paucissimis fugit, nullus in oppi-  
 dum redijt, sed ad id oppugnandum Ca-  
 sare opus fuit. Itaque certior per nuntios  
 factus Caesar accurrit: circumspectisque  
 omnibus videt, si expugnare vi moliatur,  
 ludo & spectaculo hostium delendu esse  
 exercitum suu: vnum solum esse praesidi-  
 um, si quoquo modo hostes aqua arcean-  
 tur. Sed & hoc quoque, nisi Caesar no po-  
 tuisset:

tuisset: siquide fons, quo ad potu uteban-  
 tur, medio diuexi montis latere fundeba-  
 tur. Caesar ad proximū fontis admoueri  
 vineas, turremq; extrui iubet. Fit magnus  
 illico concursus ex oppido. Quibus sine  
 periculo praliantibus, Romani quamuis  
 pertinaciter obsisterent, crebriusque suc-  
 cederent, complures tamen trucidantur.  
 Igitur extruitur agger & turris pedum  
 sexaginta, cuius vertex adaequare fontis  
 locum posset, vt vel ex equo tela conijci  
 queant, vel precipitata desuper saxoru vo-  
 lumina non timeri. Oppidani aut vbi ex-  
 animari siti non solum pecora sua, verum  
 etiā infirmiores hominum aetates vident,  
 cupas pice, seuo & scandulis repletas, ac  
 deinde immisso igne, in prona precipi-  
 tat, easq; ipsi toto oppido effusi subsequu-  
 tur. Ardentibus machinis, cu graue preliu  
 suis Caesar ac periculosum videret, cohor-  
 tes in circuitu oppidi ire velociter per oc-  
 cultu imperat, atq; vndique subito vastu  
 clamore attollere. Quo facto consternati  
 oppidani, du recurrere ad muniendu op-  
 pidu volunt, ab oppugnatione turris vel  
 demolitione aggeris recesserut. Illi tamē  
 qui ad incidendas fontis venas sub obtetu  
 aggeris tuti cuniculos perfodiebant, re-



perfos in abstruso aquarum meatus, per multa diuidendo tenuari in semetipsis, consumique fecerunt. Oppidani fonte siccato, vltima desperatione correpti, deditiōem sui faciunt. Cæsar autem omnibus qui arma tulerant, manus sustulit, & vitam reliquit, quo testator esset etiam posteris pœna improborum. Multum enim ad coarctandam audaciam valet propositum punitionis exemplum, cum ipsa miseri præsens forma viuentis, & ad recordationē admonet conscios, & ad scilicitationem cogit ignaros.

*Miseream est calamitatem Gallia accepta à Cæsare subijcit quasi sub oculos.*

CAPVT XII.

**E**Xhaustis atque edomitis Gallis, securus Cæsar cum legionibus in Italiam redijt, nullos post se Gallorum motus pertimescens, certo se sciēs minimè aliquos, qui vel moueri audeant, vel si moueatur, timendi sint, reliquisse. Constitui nunc ante oculos velim exanguem\* defœtamque Galliam, post illas ardentissimas febres internosque æstus vitalium molliora torrentes, vt sese habeat, quanta macie, quantoque pallore sit, quàm demissa ac resoluta iaceat, quàm ipsos quoque necessarij

defœtamque

cessarij officij motus, ne eundem incursum malorum reuocent, pertimescat. Irruit enim in eam repentino impetu Romanus exercitus, veluti fortissimo corpori fortior lues: quæ tanto grauius accenditur, quanto impatientius toleratur. Sitiebat misera, cum instante gladio, profiteri sponsonem seruitutis æternæ, auulsis insuper obsidibus, cogeretur. Sitiebat, vt dixi, notam illam omnibusque suauissimam velut aquæ gelidæ dulcedinem libertatis: quantoque eam magis subtrahi intelligebat, tanto auidius desiderabat. Hinc illa tam frequens contra vetita præsumptio inuadebatur, & pro defendenda libertate, importuna libertas: præreptaque insatiabiliter potiundi licentia, quod male conceptam perniciem restinguere videbatur, augebat. Hinc Romanus ante pugnam insidiator argutior, hinc in pugna hostis infestior, hinc post pugnam victor immitior, hinc omnia ad domandam impatientiam crudescētia, hinc iam nec remedijs credebatur. Itaq; si interrogare possem hanc, de qua loquimur, nationem, quid tunc, cum hæc ipsa sustinebat, de illis tēporibus iudicaret, responderet, vt arbitror, dicens: Sic me illa tunc



febris exanguem reddidit, ac frigidam fecit, vt etiam \* hæc quæ omnes pene perstrinxit, feruere facere vel commouere nequiuert: atque ita me Romani inclinauerunt, vt nec ad Gothos surgam. sed ne ipsa quidem Roma clades quas intulit, euitauit. Exercitæ diu actæ que sunt per totos mundi cardines potentia ducum, viresque legionum: quæ in sese concurrentes, eius damno vincerent, cuius periculo vincerentur.

*De Crassi auaritia, rebus contra Parthos gestu, & interitu.*

CAPVT XIII.

**N**Am victorem Cæsarē de Gallia reuerſum ciuilia bella comitata sunt, aliaque grauissima mala, interfecti apud Parthos Crassi & trucidati exercitus præcefferunt. Anno ab vrbe condita sexcentesimo XCVII. Crassus in consulatu collega Pompeij prouinciam sortitus in Parthos, homo inexplibilis cupiditatis, Audita in Hierosolymis templi opulētia, quam Pompeius intactam reliquerat, in Palæstinam diuertit, Hierosolymā adit, templum peruadit, opes diripit. Inde per Mesopotamiam tendēs, in Parthiam quacunq; iter habuit, socijs ciuitatibus auxilia in-

lia indixit, pretia exegit: moxque vt Euphratem transijt, illico Vagesem legatū ab Orode rege Parthorum ad se missum, obuium habuit. à quo vehementer increpitus est, quod cōtra fœdus Luculli, Pōpeij auaritia inductus, Euphratē transierit. Quamobrem sine mora futurum, vt pro auro Parthico serico ferro oneraretur. Itaque cum prope Carras ventum esset, parthi subito ingruentes cum Surena & Sillace præfectis sagittis oppressere Romanos. Cecidēre ibi plurimi senatores, aliquot etiā consulares & prætorij viri. Crassus quoq; filius Crassi, lectissimus iuuenis, in acie occisus est. Præterea quatuor cohortes cū Vargunteio legato, medijs deprehensæ cāpis & interfectæ sunt. Surenas rapto equitatu Crassum persequi intendit: eumque cir cūuentum, ac frustra colloquium eius petentem interfecit, quāuis viuum auferre maluisset. Pauci noctis beneficio liberati, Carras confugerunt. Cognita clade Romanorum, multæ orientis prouinciæ à societate vel fide populi Romani defecissent, ni Calsius collectis ex fuga militibus paucis, intumescentem Syriam egregia animi virtute ac moderatione pressisset: qui & Antiochū copiasque



que eius ingentes prælio vicit & interfecit: Parthos quoque ab Oròde in Syriam missos, iamq; ingressos Antiochiam, bello expulit, ducemque eorum Olacem interfecit.

*De mutabilitate Romani imperij. prædictorū velut epilogus.*

CAPVT XIIIIL

**I**Gitur Romani status agitur semper alterna mutatio, & velut forma oceani maris, quæ omni die dispar, nunc succiduis per septem dies attollitur incrementis, nunc insequentibus totidem diebus naturali damno & defectu interiori subducitur. Vt enim de proximis ordiar, Cimbris Tigurinisque vincentibus cum apud Rhodanum flumen Romanus exercitus perit, arētissimas Roma sensit angustias, refusa continuo clade Cimbrorum, magnis elata prouentibus, priorum oblita defectuum est. Hanc deinde recētissimæ prosperitatis iactantiam Italicum bellum & dilaceratio Syllana castigat. Rursus post hanc domesticam intestinamq; perniciem, qua vsque ad medullas pene caeserata & exesa est, paribus pro modum spatijs temporum non solum reparata, verū etiam extenta est, cum Lucullus Asiam, Pom-

Pompeius Hispaniam, Cæsar Gallia perdomuit, Romanumque imperium vsque ad extremos propemodum terræ terminos propagatum est. Hanc nūc amplissimam dilatationem vastissima ruina consequitur. Apud Parthos enim consul Romanus occiditur, exercitusque deletur, atrocissimū illud Pompeij & Cæsaris bellum ciuile conferitur, & inter hæc Roma ipsa repentino correpta incendio concrematur. Anno siquidem ab vrbe condita DCC. incertum vnde concretus plurimā vrbis partem ignis inuasit, neque vnquam antea tanto incendio correptam ac vastatam ciuitatem ferūt. Nam quatuordecim vicos cum vico iugario consumptos fuisse memoriæ proditum est. Hinc iam bellum ciuile committitur, quod magnis iam dudum dissentionibus ac molitionibus parabatur.

*De bello ciuili, quod cruentissimū Cæsar & Pompeius gesserunt.*

CAPVT XV.

**N**Am rediens Cæsar victor ex Gallia, decerni sibi absentem alterum consulatum poposcit. Cōtradictum est à Marcello consule, annitente Pompeio, deinde decretum est à senatu, vt in vrbem Cæsar non



110  
non nisi dimisso exercitu veniret, & ex Marcelli cōsulis auctoritate ad legiones, quę apud Luceriam erant, Pompeius cum imperio missus est. Cęsar Rauennam sese contulit. M. Antonius & Q. Cassius tribuni plebis pro Cęsare intercedentes, interdicante Lentulo consule, curia foroque prohibiti ad Cęsarem profecti sunt, Curione Cęlioque simul comitantibus. Cęsar Rubicone flumine trāmeato, mox vt Ariminum venit, quinque cohortes, quas tunc solas habebat, cum quibus (vt ait Liuius) orbem terrarum adortus est, quid facto opus esset edocuit. Deplorans iniurias suas, causam belli ciuilis pro restituendis in patriam tribunis, esse testatus est. Inde per Antonium septem cohortes, quę apud Sulmonem morabantur, à Lucretio recipit. tres legiones, quę cum Domitio apud Corfinium morabantur, ad partes suas traduxit. Pompeius atque omnis senatus, crescentibus Cęsar's viribus trepidi, tanquam Italia pulsī, in Gręciam transuecti, Dyrhachiu gerendi belli sedem delegerunt. Cęsar Romam venit, negatamque sibi ex ærario pecuniam fractis foribus inuasit, protulitque ex eo auri pondo IIIIM. cętum trigintaquinque, argen-

argenti pondo prope DCCCC. millia. Inde digressus Ariminū ad legiones, mox alpes transuectus, Malsiliam venit: ad quā oppugnandā, cur receptus non esset, Tribonium cū tribus legionibus relinquens, ad Hispanias contendit, quas L. Afranius, & M. Petreius, & M. Varro Pompeiani duces cum legionibus obtinebant. Ibi multis pręlijs Petreium Afraniumque superatos, cōposita pactione, dimisit. In vltiore vero Hispania duas legiones à M. Varrone suscepit. Similiter & duces eius, hoc est, Curio Catonem Sicilia expulit, Valerius Cottam Sardinia, Tuberonem Africa Varus eiecit. Cęsar Malsiliam rediens obsidione domitam, vita tantum & libertate concessa, cęteris rebus abrafit. At vero Dolabella partium Cęsar's, in Illyrico per Octauium & Libonē victus, copijsque exutus, ad Antonium fugit. Bassillus & Sallustius diuidentes singulas legiones quibus pręerant, similiter & Antonius, Hortensius quoque ab infimo mari cum classe concurrens, omnes pariter aduersus Octauium & Libonē profecti & victi sunt. Antonius cum se Octauio cum quindecim cohortibus dedisset, omnes ad Pompeium à Libone deduciti sunt,



si sunt. Curio ex Sicilia in Africam cum exercitu transgressus est: quem Iuba rex continuo exceptum cum omnibus copijs trucidavit. Octavius Salonas oppugnare conatus, omnes pene copias quas duxit amisit. Coelius descivit à Cæsare, ac se Miloni exuli iunxit. Cumque ambo feruorū manu Capuam oppugnare molirētur, occisi sunt. Bibulus apud Corcyram pudore\* victus, quod custodię eius quam pelago & oppido prætendebat, hostis illulerat, inedia sese vigilijsque confecit. Ap. Claudius censorinus, qui iussu Pompeij Græciam tuebatur, iam abolitam Pythici oraculi fidem voluit experiri: quippe ab eo adacta vates descēdere in specum, respondisse fertur de bello consulenti: Nihil ad te hoc Romane bellum pertinet Eubœæ cœla obtinebis. Cœla autem vocant Euboicum sinum. Ita Appius perplexa incertus sorte discessit. Admonet nos aliquid obtrektoribus nostris cōsultor iste consulere. Querūtur vtique fide Christianorum sibi sacra interdicta ceremonialque sublatas, & ob hoc maxime, quod extis vaticinijsque cessantibus, futuræ clades, quia sciri nequeunt, non vitantur. Cur ergo longe ante imperium Cæsaris natiuitatem

ductus

tatemque Christi, sicut ipsorum auctores attestantur, abolita fuerat Pythici oraculi fides? Abolita autem ideo, quia contempta. Porro autem quare contempta, nisi quia vel falsa, vel vana, vel dubia? Vnde prudenter poëta præmonuit: Inconsulta abeunt, sedemque odere Sibyllæ. Et ne forte parui id pendant, quod contemptu abolitum atque antiquatum fuit, hoc est, aut numē aut sedem, Apollo ille Pythius erat, quem ferunt magno illo Pythone serpente interfecto, totius vaticinationis auctore & principe, hæredem & sedis & diuinationis & numinis extitisse: ibique eum reddere elegisse responsa, vbi orta cum auctore ipsa diuinatio videbatur: præterea quem per alias quoque terrarum partes spumantibus buccis, rabidoque discursu omnis furiatorum ructat inlantia, ad quem plurimi terrarum reges, quasi ad viuam vocem consulti numinis cucurrerunt, cui sæpissimè ipsi quoque Romani opulentissima dona miserunt. At si Apollo iste Pythius paulatim discernente experientia contemptus, relictus, atque abolitus est, quid viuum de mortua pecude, quid verum de amente muliercula sperari potest? Quid postremo, inflauit cū pin-

auxilium

Kk

guis



quis ebur Tyrrenus ad aras, expositis, o-  
 pima pecudis intestinis, non finget eluri-  
 ens? Nam sicut ipsi fatetur, vel obscura, vel  
 falsa dicendo, ipse Apollo seducit. Quam-  
 obrem æquo animo serant, si imitari inte-  
 rim nolunt, nos id veritatis iudicio etiam  
 prohibere, quod potuerunt maiores eo-  
 rum vel experiendo contemnere. Interea  
 apud Dyrrachium multi orientis reges  
 ad Pompeium cum auxilijs conuenerunt.  
 Quo cum Cæsar venisset, Pompeium ob-  
 sidione frustra cinxit ipse terram quindecim  
 millium passuum fossa præstruens, cū  
 illi maria paterent. Pompeius castellum  
 que ddam propinquum mari, quod Mar-  
 cellinus tuebatur, euertit, præsidiaque  
 Cæsar, quæ ibidem morabantur occi-  
 dit. Cæsar Torquatum legionemque v-  
 nam, vt expugnaret, aggressus est. Hoc  
 periculo sociorum Pompeius cognito,  
 omnes eò copias contraxit: in quem se il-  
 cō Cæsar omiſſa obsidione cōuertit. Tor-  
 quatus autē vestigio prorumpens, auer-  
 sum insecutus est. Ita Cæsar's milites an-  
 cipiti periculo territi, ipso Cæsare frustra  
 obſistente, ſugerunt. Pompeius vero Cæ-  
 ſaris quoq; teſtimonio victor, perſequen-  
 tem reuocauit exercitum. quatuor millia  
 militum

militum Cæsar's, cēturiones viginti duo,  
 equitesque Romani complures in eo præ-  
 lio cæsi sunt. Cæsar inde citato agmine  
 per Epirum in Thessaliam perrexit. Pom-  
 peius cum maximis copijs secutus, bel-  
 lumque commissum est. Itaque instituitur  
 vtrinque acies. Pompeius octoginta octo  
 cohortes triplici ordine locauit. Fuerunt  
 autem peditum quadraginta millia, equi-  
 tes in sinistro cornu sexcenti, in dextero  
 quingenti, præterea reges multi, senato-  
 res, equitesque Romani plurimi, absque  
 leuium armaturarum magna copia. Cæ-  
 ſar ſimiliter octoginta cohortes triplici  
 ordine diſpoſuit: cui fuerunt non minus  
 quàm triginta millia peditū, equites mil-  
 le. Videre ibi & gemere erat, contractas  
 Romanorum vires in campis Pharsalicis  
 ad occiſionem mutuam conſtitiffe: quas  
 ſi concordia rexiffet, nulli populū, nulli  
 reges ferre potuiſſent. Prima congreſſi-  
 one equitatus Pompeij pulſus, ſiniſtrala-  
 tera nudauit. Deinde cum diu vtrinque  
 dubia forte cæderentur, atque ex alia par-  
 te Pompeius inter hortandum diceret,  
 Parce ciuibus, nec tamen faceret: ex alia  
 vero Cæſar hoc faceret, quod vrgeret, di-  
 cens, Miles, faciem feri: tandem vniuerſus



Pompeij fugit exercitus, castraque direpta sunt. Caesalunt in eo praelio Pompeianorum quindecim millia, centuriones triginta tres: Hic exitus pugnae ad Palaeopharsalum fuit. Pompeius fugies in ostio Penei amnis onerariam nauem nactus, in Asiam transijt. Inde per Cyprum in Aegyptum venit: ibique mox ut litus attigit, iussu Ptolemæi adolescentis, in gratiam Caesaris victoris occisus est. Pompeij vxor filijque fugerunt. Caetera Pompeiana classis direpta est, omnibus qui in ea erant crudelissimè tu ucidatis: ibiq; & Pompeius Bithynicus occisus est. Lentulus vero vir consularis apud Pelusium interfectus est. Caesar compositis apud Thessaliam rebus, Alexandriam venit, perlatoque ad se ac viso Pompeij capite anuloque, stetit. Cumque se in regiam recepisset, eludebatur à tutoribus, quo minus pecuniam acciperet, templa sua astu spoliantibus, ut & regios thesauros vacuos esse ostenderent, & in inuidiam Caesaris populum concitarent. Præterea Achilles dux regius, imbutus semel Pompeij sanguine, Caesaris quoque necem meditabatur. Nā iussus exercitum dimittere cui præerat, viginti millium armatorum, non modo spre-

spreuit imperium, verum & aciem direxit. In ipso praelio regia classis forte subducta, iubetur incendi. Ea flamma cū partem quoque vrbs inuasisset, quadringenta millia librorum, proximis forte ædibus condita, exussit: singulare profecto monumentum studij, curæque maiorum, qui tot tantaque illustrium ingeniorum opera congesserant. Vnde quamlibet hodieque in templis extant, quæ & nos vidimus armaria librorū: quibus direptis exinanita ea à nostris hominibus nostris temporibus memorent, quod quidem verum est: tamen honestius creditur, alios libros fuisse quæsitos, qui pristinas studiorum curas emularentur, quàm aliam vllam fuisse tunc bibliothecam, quæ extra quadringenta millia librorum fuisse, ac per hoc euasisse credatur. Caesar postea insulam vbi Pharus est, cepit. Eò Achilles cum Gabinianis militibus venit. Ingens pugna commissa est. magna ibi Caesarianorum militum multitudo cecidit: omnes etiam interfectores Pompeij interfecti sunt. Caesar vi insistentium hostium pressus, scapham ascendit: qua mox pondere subsequentium grauata ac mersa, per CC. passus ad nauem vna manu eleuata, qua char-



tas tenebat, natando peruenit. mox naua-  
li certamine pulsatus, magna\* felicitate  
classē regiam aut depressit aut cepit.

*Cæsar Alexandrinis regem reddit, Alexandri-  
am subigit, ciuesq; multos cedit.*

CAPVT XVI.

**A**lexandrinis potentibus, regem red-  
didit, monitum, vt magis amici-  
tiam Romanam, quàm arma experiri stu-  
deret. Qui tamen ilicò vt liber fuit, bel-  
lum intulit, sed continuo cum toto exer-  
citu suo & ipse deletus est. Nam viginti  
millia hominum in eo bello cæsa referun-  
tur, duodecim millia cū septuaginta lon-  
gis nauibus dedita, quingenti ex victori-  
bus cecidisse referuntur. Rex ipse adole-  
scens scapha exceptus vt fugeret, multis  
insiliensibus merfus necatusque est. Cor-  
pus eius ad litus deuolutum, indicio lor-  
icæ aureæ cognitum fuit. Qua Cæsar A-  
lexandriam præmissa, Alexandrinos omnes  
ad deditionem desperatione cōpulit, re-  
gnumq; Aegypti Cleopatræ dedit. Inde  
Syriam peruagatus, Pharnacē in Ponto  
vicit. Postea vero quàm Romam venit, di-  
ctator & consul creatus, in Africam tran-  
siit, & apud Thapsum cū Iuba & Scipione  
pugnauit, maximamq; ibi hominū multi-  
tudinem

tudinē interfecit. Castra vtriusque dire-  
pta sunt, sexaginta elephanti capti. Cato  
sele apud Uticam occidit. Iuba percussori  
iugulum, pretio dato, præbuit. Petreius  
eodem se gladio perfodit. Scipio in nauī  
qua ad Hispanias fugere contendēs vento  
coactus in Africā redierat, semetiple iu-  
gulauit. In eadē nauī etiam T. Torquatus  
occisus est. Cæsar Pompeij Magni nepo-  
tes, filiamq; Pompeiam, simulq; cum his  
Faustum Syllam & Afranium & Petrei-  
um filium iussit occidi. Inde quatuor tri-  
umphis urbē ingressus, disposito recupe-  
rata Reip. statu, continuo in Hispanias  
contra Pompeios Pompeij filios profes-  
ctus, decimo septimo quam egressus ab  
vrbe fuerat die, Saguntum peruenit: sta-  
timque aduersus Pompeios duos & Labi-  
enū atque Attium Varum, multa bella  
& varia sorte gessit. Vltimū bellum apud  
Mundā urbem gestū est, vbi tantis est vi-  
ribus dimicatum, tantaq; cædes acta, vt Cæ-  
sar quoque, veteranis etiā suis cedere non  
erubescens, cum cædi cogique aciem  
suam cerneret, præuenire morte futu-  
rum victi dedecus cogitarit, cū subito ver-  
sus in fugam Pompeiorum celsit exerci-  
tus. Et quidem eo die hoc bellum actum



est, quo Pompeius pater ab vrbe bellum gesturus aufugerat: quatuorq; annis hoc ciuile bellum indefinenter toto orbe tonuit. T. Labienus & Attius Varus in acie cæsi sunt. Sex. Pompeius cum centesimo equite aufugit. Frater eius Cn. Pompeius contracta celeriter non parua Lusitanorum manu, cum Cæsonio congressus & victus, fugiensque interfectus est. Munda ciuitas cum immensa hominum cæde, Cæsare oppugnante, vix capta est.

*De Cæsaris interitu, & ob eum tumultibus & bellis.*

CAPVT XVII.

**C**Æsar Romam redijt: vbi dum rei-publicæ statum contra exempla maiorū clementer instaurat, auctōribus Bruto & Cæsio, cōscio etiam plurimo senatu, in curia viginti & tribus vulneribus confossus interiit. In qua coniuratione fuisse amplius sexaginta conscios ferunt. Duo Bruti & Caius Cæsarius alijq; socij, strictis pugionibus in Capitolium secesserunt. Diu deliberatum est, vtrum Capitolium cum auctōribus cædis oporteret incendi. Corpus eius raptum populus dolore intulatus in foro fragmentis tribunalium ac subselliorum cremauit. Percensuit

ensuit latitudinem regni sui Roma claudibus suis, atq; in suam conuersa cædem, singulas quasque gentes ibidem, vbi domuit, vindicauit. Asia, Europæ, atque Africa, non dico tribus mundi partibus, sed totis trium partiū angulis, edidit gladiatores suos: feriatisque inimicis spectaculum miseræ vltionis ingelsit. Nec tamen sufficit ipsas quoq; cum auctōribus causas fuisse consumptas: recidiuā semina in eodem agro germinant, magna continuo metentibus malorum incrementa cū magno sudore factura. victor ciuilis belli à ciuibus Cæsar occiditur, in cædem vnus trahuntur, agmina consciorum. Certū enim erat, quia Cæsar indigne peremptus, plures posset habere vltiores. Plurimaque nobilitas vna simul catena sceleris copulatur, ne forte tanta malorum materia nō belli magnitudine suppleatur, sed vindictæ breuitate tenuetur. Medeam illam fabulæ ferunt, dentes quoldam occisi seuisse serpentis, è quibus quasi competens semini seges, armati homines terra emererint, seseque mox iniuicem pugnādo prostrauerint. Et quidem hoc poëtarum cōmentum finxerunt: nostra autem Roma Cæsare occiso, quāta de cineribus eius agmina



na armata parturijt? Quanta bella in testi-  
 moniu miseræ fecunditatis non legenda  
 pueris, sed spectanda populis excitauit? &  
 tamen horum omnium malorum initium  
 superbia est. Inde exarserunt bella ciuilia,  
 inde iterum pullolarunt. Non ergo iniu-  
 sta cædes est eorum qui eam iniuste conse-  
 ctantur, si ambitionis æmulatio per ipsos  
 atque in ipsis & agitur & punitur, donec  
 qui detrectauere collegium, disceant fer-  
 re dominatum: summaque imperij totius  
 ad vnum redacta, longe aliud omnes ho-  
 mines viuendi genus subeant, vt omnes  
 humiliter placere studeant, non insolent-  
 ter offendere. Sed ad tam salubrem humi-  
 litatis doctrinam magistro opus est. Itaq;  
 opportune cõpositis rebus, Augusti Cæ-  
 saris temporibus natus est dominus Chri-  
 stus: qui cū in forma dei esset, formam ser-  
 ui humiliter assumpsit: vt tunc demum a-  
 ptior fieret humilitatis institutio, quando  
 iam per totum mundum pœna superbiæ  
 omnibus esset exemplo.

Philip. 2.

*De Casare Octauio Augusto, rebusq; per eū gestis.*

CAPVT XVIII.

**A**Nno ab vrbe cõdita DCCX. inter-  
 fecto Iulio Cæsare, Octauianus qui  
 testamento Iulij Cæsaris auiculi & hære-  
 ditatem

ditatem & nomē assumpserat, idemq; qui  
 postea rerū potitus Augustus est dictus,  
 simul vt Romam adolefcens admodum  
 venit, indolem suam bellis ciuilib. nouit.  
 Nam, vt breuiter coaceruationem malo-  
 rum explicem, bella ciuilia quinque ges-  
 sit, Mutinense, Philippense, perusinum, Si-  
 culum, Actiacum: è quibus duo, hoc est,  
 primum & nouissimum, aduersus Mar-  
 cum Antonium, secundum aduersus Bru-  
 tum & Calsium, tertium aduersus L. An-  
 tonium, quartum aduersus Sex. Pompei-  
 um Cnei Pompeij filiū confecit. Antoni-  
 us à senatu hostis pronuntiat, D. Brutū  
 apud Mutinam obsidione concluderat.  
 Consules Hirtius & Pansa & cū his Cæ-  
 sar ad liberandum Brutum, expugnan-  
 dumq; Antonium missi. Pansa primo ve-  
 niens, exceptus insidijs, inter suorum cla-  
 des, ipse quoq; pilo grauiter vulneratus,  
 ab eodem vulnere interpositis diebus est  
 mortuus. Hirtius auxilium collegæ fe-  
 rens, magnas Antonij copias vasta strage  
 deleuit. Cæsar eatenus castra custodijt.  
 Secunda aduersus Antonium pugna ma-  
 gnæ vtrinq; strages actæ sunt. Namque  
 tūc ibi Hirtius cõsul occisus est, victus fuit  
 ibi Antonius, Cæsar victoria potitus est, cui  
 D. Bru-



D. Brutus de cōiuratione occisi Iulij Cæsaris confessus, preces pœnitentiæ fudit: Dolabella Trebonium vnum ex interfecto-  
 ribus Cæsaris Smyrnæ interfecit: Dolabellam senatus hostem pronuntiauit. Consulum occisorum vterque exercitus Cæsari paruit. Postea D. Brutus in Gallia à Sequanis captus & occisus est. Bassillus autem æquè vnus de percussoribus, manu serudrum suorum necatus est. Lepido satisfagente, Cæsar Antonium recepit in gratiam: atque ob fidem reconciliatæ gratiæ, filiam eius matrimonio sortitus est. Inde cum ad urbem accessissent, ac rumor de futura proscriptione ortus esset, C. Thōranus vir prætorius nihil tale metuens, incursum militum domi suæ interfectus est, alijque complures trucidati sunt. Itaque ne latius atque effrenatius incircumscripta cædes ageretur, centum triginta & duum senatorū nomina in tabula proposita sunt, primū Lepidi præcepto & nomine, deinde Antonij, tertio Cæsaris. Ibi Antonius Tullium Ciceronem inimicum suum, ibi L. Cæsarem auunculum suum, & (quod exaggerando scelere accessit) viuam matrem proscripserat. ibi Lepidus L. Paullum fratrem suum in eundem pro-

scripto-

scriptorū gregem coniecerat. Adiecti sunt postea ad numerum proscriptorum triginta equites Romani. Multa diu & varia cædes acta, domus proscriptorum, direptis omnibus, diruta sunt. At Dolabella in Syria multa cum Calsio bella gessit, à quo victus sese interfecit. Brutus & Calsius magnis exercitibus comparatis apud Athenas conuenerunt, totamque Græciam depopulati sunt. Rhodios Calsius terra marique oppugnatos ad deditonem coëgit, quibus præter vitam nihil reliquit. Igitur Cæsar & Antonius eosdē in Macedoniam magnis bellorum apparatibus persecuti, ad mortē compulerunt: quamuis manifestissimè illa tunc pugna non virtute partis Antonij, sed Cæsaris felicitate confecta sit. Cæsar enim tunc eger, cum se in castris capiendæ quietis causa tenere statuisset, hortatu & precibus medici sui, qui per somnium admonitum sese fatebatur, vt ea die castris Cæsarem salutis ipsius causa educeret, in campum æger inter copias egressus est, ac mox castra eius ab hostibus capta sunt: sed rursus Cæsariani milites Calsij castra ceperunt. Quare ad desperationem adacti Brutus & Calsius, immaturam sibi mortem ante belli



belli terminum consciverunt. Nam inu-  
tatis percussoribus Cæsius caput, Brutus  
Iatus præbuit. At Romæ, Fulvia vxor An-  
tonij, locus Cæsaris, dominatum vt mul-  
lier agitabat: incertum in hac mutatione  
consularis regijque fastigij, vtrum defici-  
entis potentia vltima, an incipientis pri-  
ma nominanda, certe etiam in eos inso-  
lens, per quos vt insolesceret, agebatur.  
Nam & Cæsarem reuersum apud Brun-  
disium contumelijs, factionibus, insidijs-  
que petijt. A quo propullata, ad Antoni-  
um concessit in Græciam. Sex Pompeius  
postquã le in proscriptorum numerũ re-  
latum comperit, conuersus in latrocinia,  
omnem oram Italiae cædibus rapinisque  
vastauit. Sicilia prærepta, comitatibusque  
impeditis, Romã fame affecit. Mox cum  
eo pacem triumviri, vt non dicã tyranni,  
id est, Lepidus, Cæsar, Antoniusque fecerunt.  
Sed continuo cum contra pactum  
Pompeius fugitiuos adlegeret, vt hostis  
habitus est. Mena libertus Pompeij, cũ se-  
xaginta nauium classe ad Cæsarem defecit,  
eidemque classi ipse iussu Cæsaris præfuit.  
Idemque continuo cũ Statilio Tauro ad-  
uersus Menecratẽ Pompeianum ducẽ na-  
uale bellum gessit. Deinde ipse Cæsar ad-  
uersus

uersus eosdem Pompeianos cruentissimũ  
bellũ nauale confecit: sed cõtinuo victri-  
cem classẽ pene vniuersam apud Scylla-  
cẽ naufragio amisit. Ventidius Perlas &  
Parthos in Syriam irrumpẽtes, tribus bel-  
lis maximis fudit, regemque eorum Pacorũ  
in acie interfecit, ea scilicet die qua Cra-  
sus à Parthis fuerat occisus. Antonius vno  
vix castello expugnato, pacem cum An-  
tiocho fecit, vt ipse tantam rem consum-  
masse videretur. Ventidium Syriæ præfe-  
cit, iussitque vt Antigono bellum inferret:  
qui Iudæos tunc forte debellauerat,  
captisque Hierosolymis, templum spolia-  
uerat, regnumque Herodi dederat: quem  
continuo victum in deditionem recepit.  
Mena libertus cum sex nauibus ad Pom-  
peium redijt, à quo clementer receptus  
Cæsaris classẽ incendit, quamuis nuper  
Cæsar alteram secundo naufragio  
perdidisset. Idemque Mena postea ab A-  
grippa nauali prælio circumuentus, cum  
sex triremibus ad Cæsarem transijt. Sed hũc  
Cæsar tertio transfugam, indulta tantum  
vita, segnem reliquit. Deinde Agrippa in-  
ter Mylas & Liparas aduersus Democha-  
rem & Pompeium nauale prælium gessit,  
ac vicit, ibique tunc naues triginta aut de-  
merfit,



merſit, aut cepit: reliquis laceratis Pompeius Meſſanam confugit. Cæſar interea Taurominium traiecerat, quem repentino impetu Pompeius afflixit. Vnde multis demerſis nauibus ſuis, ac magna multitudine ſuorum militū perdita, in Italiam Cæſar auſugit, nec interueniēte mora, in Siciliam redijt: ibique Lepidum ex Africa aduentantem obuium habuit, ſummas ſibi partes terrore, minis ac ſuperbia vendicantem. Poſt dies paucos Agrippa iuſſu Cæſaris à litore cum acie inſtructa proſpectantis, atrocifſimo nauali prælio aduerlus Pompeium conſlaxit & vicit. Nam CLXIII. naues aut demerſit aut cepit. Pompeius cum decem & ſeptem nauibus vix elapſus euafit. Lepidus magna viginti legionum inſolentia tumens, cum Meſſanam militibus permiſſam deripuifſet, ipſum Cæſarem ad ſe venientem ſemel atque iterum ſpreuit, ac potius telis appetiuiſit: quæ ille, collecta in læuum brachium lacerna, repellendo vitauit. Mox immiſſo e quo ad ſuos reuerſus, inſtructo exercitu aduerſus Lepidum veniens, plurimas legiones Lepidi paucis interfectis, tranſire in ſuam partem compulſit. Lepidus tandem intelligens, quo vanitas ſua

tende-

tenderet, depoſito paludamento, aſſumpto que veſte pulla, ſupplex Cæſari ſactus vitam & bona impetrauit, perpetuo quidem emendatus exilio. Taurus Cæſaris præfectus totam penè Siciliam ferro perentatam conterritam que in fidem recepit. quadraginta quatuor legiones ſub vnius tunc imperio Cæſaris erant. Milites multitudine ferociore, quofdam pro accipiendis agris tumultus excitauerunt. Sed Cæſar animo ingens viginti millia militum exauctorauit, triginta millia ſeruatorum dominis reſtituit, ſex millia quorum domini non extabant, in crucem egit. Quans urbem ingreſſus, vt in perpetuum tribunitiæ poteſtatis eſſent, à ſenatu decretum eſt. His diebus trās Tiberim è taberna meritoria fons olei terra exundauit, ac per totum diem largiſſimo riuo fluxit.

*De rebus ab Antonio geſt. & bello Actiaco.*

CAPVT XIX.

**A**Ntonius vero poſtquam Araxem tranſmiſit, omnibus vndique malis circumuentus, vix tandem Antiochiam cum paucis redijt. Nam cum multitudine equitum & ſagittariorū ab omnibus prælijs, quæ plura tētauit, victus ſemper effugeret,



339  
PAULI OROSII  
geret, tum præterea incertis & ignotis regionis locis impeditus, grauissima fame ad nefandos cibos coactus est, plurimiq; militum sese hostibus dederunt. Inde in Græciam transfijt, iussitq; Pompeium, qui victus à Cæsare exercitum bellumq; reparabat, cum paucis ad se venire. Pompeius fugiens, à Titio & Furnio Antonianis ducibus sæpe terrestri naualiq; bello victus & captus, ac post paululû interfectus est. Cæsar Illyricum Pannoniam, partemq; Italiae bellis subegit & domuit. Antonius Artabanen Armeniae regem, proditione & dolo cepit: quem argentea catena vincitum ad confessionem thesaurorum regionum coegit. Expugnatoq; oppido, in quo conditos esse prodiderat, magnam vim auri argentiq; abstulit. Quaelatus pecunia, denuntiari bellû Cæsari, atque Octauiae sorori Cæsaris, vxori suae repudium iudici iussit, & Cleopatram sibi ex Alexandria occurrere imperauit. Ipse Actiû, vbi classem cõstituerat, profectus, cum prope tertiam partem remigum fame absumptam offendisset, nihil motus: remi, inquit, modo salui sint. Nam remiges non deerunt, quoad Græcia homines habuerit. Cæsar ducentis triginta rostratis na-

LIBER SEXTVS. 331  
tis nauibus à Brundisio in Epirum profectus est. Agrippa vero præmissus à Cæsare, multas onerarias naues, frumeto atq; armis graues, ab Aegypto, Syria, Asiaq; ad subsidîû Antonio venientes cepit. Peragratoq; Peloponnesum sinu, Methonâ urbem validissimo Antoniano præsidio munitam, expugnauit. Inde Corcyram cepit, fugientes nauali prælio persecutus, profligauit: multisq; rebus cruentissimè gestis, ad Cæsarem venit. Antonius defectu & fame militum suorum permotus bellum maturare instituit, ac repente instructis copijs, ad Cæsaris castra processit, & victus est. Tertio post pugna die, castra Antonius ad Actium trãstulit, nauali prælio decernere paratus. ducentae triginta rostratae fuere Cæsaris naues, & triginta sine rostris, triremes velocitate liburnicis pares, & octo legiones classis superpositae, absque cohortibus quinque prætorijs. Classis Antonij CLXX. nauium fuit, quantum numero cedens, tantum magnitudine præcellens. Nam decem pedum altitudine à mari aberant. Famosum & magnum hoc bellum apud Actiû fuit. Ab hora quinta vsque in horã septimam, incerta vincendi spe, grauissimè

LI 2 vtria-



utrinque cædes actæ: reliquum diei cum  
subsequente nocte in victoriam Cæsaris  
declinavit. Prior regina Cleopatra cum  
sexaginta velocissimis nauibus fugit. An-  
tonius quoque, detracto insigni præto-  
riæ nauis, fugientem secutus est vxorem.  
Illucescente iam die, victoriâ Cæsar con-  
summauit, ex victis XII. millia cecidisse  
referuntur, \* septem millia vulnerata sunt,  
è quibus mille inter curandum defece-  
runt. Antonius & Cleopatra communes  
liberos cum parte regiæ gazæ ad rubrum  
mare præmittendos censuerunt. Ipsi præ-  
sidijs circa duo Aegypti cornua Pelusi-  
um Parætoniumque dispositis, classem &  
copias instaurando bello parauerunt. Cæ-  
sar sextum imperator appellatus, & quar-  
tum ipse cum M. Licinio Crasso consul,  
Brundisium venit, ibique orbis terrarum  
præsidia, diuisis legionibus, composuit.  
Inde in Syriam profectus, mox Pelusium  
adiit, vbi ab Antonianis præsidijs vltro  
susceptus est. Interea Cornelius Gallus  
præmissus à Cæsare, quatuor legiones,  
quas Antonius apud Syrenas præsidij lo-  
co constituerat, suscepit in fidem: atque  
inde Parætonium primam Aegypti à Ly-  
biæ parte ciuitatem victo cepit Antonio,  
ipsum.

\* sex.

ipsumque cōtinuo apud Pharū vicit. Anto-  
nius equestre aduersus Cæsare bellū iniit,  
in eo quoque miserabiliter victus aufu-  
git. Kalendis Sextilibus prima luce An-  
tonius cum ad instruendam classem in por-  
tum descenderet, subito vniuersæ naues  
ad Cæsarem transferunt. Cumque vnico  
præsidio spoliatus esset, trepidus se cum  
paucis recepit in regiam. Deinde immi-  
nente Cæsare, turbataque ciuitate, idem  
Antonius sese ferro transuerberauit, ac  
lemianimis ad Cleopatram in monumen-  
tum, in quod se illa mori certa condide-  
rat, perlatus est. Cleopatra postquam se  
ad triumphum seruari intellexit, volunta-  
riam mortem petens, serpentis (vt puta-  
tur) morsu in sinistro tacta brachio, ex-  
animis inuēta est, frustra Cæsare etiā Psyl-  
los admouente, qui venena serpentum è  
vulneribus hominū haustu reuocare at-  
que exugere solent. Cæsar Alexandria,  
vrbe omnium longe opulentissima & ma-  
xima, victor potitus est. Nam & Roma in  
tantum opibus eius aucta est, vt propter  
abundantiam pecuniarū, duplicia quàm  
vsq; ad id fuerant, possessionum aliarum-  
que rerum venalium pretia statuerentur.  
Occisi sunt iussu Cæsaris, maior Antonij  
filius,



filius, & P. Canidius infestissimus quidē  
semper Cæsari, sed & Antonio infidus, &  
Calsius Parmensis, vltima violatæ partis  
Cæsaris victima, & Q. Quinius ob eā ma-  
xime notā, quod obcenissime lanificio  
textrinoq; reginæ senator populi Roma-  
ni præesse non erubuerat. Dehinc Cæsar  
pedestribus copijs in Syriam venit, dein-  
de in Asiam ad hiberna concessit, ac post  
per Græciam Brundisium peruectus est.

*De triumpho Cæsaris, & nomine Augusti, monar-  
chia Rom. & Epiphanijs nostris, deinde fontis olei  
explicatio.*

## CAPVT XX.

**A**Nno ab vrbe condita DCCXXV.  
ipso imperatore Cæsare Augusto  
quinquies, & L. Apuleio consulibus, Cæ-  
sar victor ab oriente rediens, octauo Idus  
Ianuarias vrbe triplici triumpho ingres-  
sus est: ac tum primum ipse laniportas, so-  
pitis omnibus finitisque bellis ciuilibus,  
clausit. Hoc die primum Augustus consa-  
lutatus est. Quod nomen cūctis antea in-  
uiolatum, & vsque ad nunc cæteris in-  
ausum dominis, tantum orbis licite vsur-  
patum apicē declarat imperij: atq; ex eo-  
dem die summa rerū ac potestatum penes  
vnum cœpit esse & mansit, quod Græci  
monar-

monarchiam vocant. Porro autē hunc eun-  
dem esse diem, hoc est, octauum idus Ia-  
nuarias, quo nos Epiphania, hoc est, appa-  
ritionem siue manifestationem dominici  
sacramenti obseruamus, nemo credentiū  
siue etiam fidei contradicentum, nescit.  
De quo nostræ istius fidelissimæ obserua-  
tionis sacramento vberius nunc dicere,  
nec ratio, nec locus flagitat: vt & quæren-  
tibus reseruasse, & negligentibus non in-  
gersisse videamur. Hoc autē fideliter cō-  
memorasse ideo par fuit, vt per omnia vē-  
turi Christi gratia præparatum Cæsaris  
imperium comprobetur. Nam cum pri-  
mum, Cato Cæsare auunculo suo interfe-  
cto, ex Apollonia rediens urbem ingre-  
deretur, hora circiter tertia, repente li-  
quido ac puro serenoq; die circulus ad  
speciem cœlestis arcus orbē solis ambiit.  
quasi eum vnum ac potētissimum in hoc  
mundo, solumq; clarissimū in orbe mon-  
straret, cuius tempore venturus esset, qui  
ipsum solē solus, mundumq; totum & fe-  
cisset & regeret. Deinde cū secūdo in Sici-  
lia receptis à Pompeio & Lepido legioni-  
bus, triginta millia seruorū dominis resti-  
tuisset, & quadraginta quatuor legiōes so-  
lus imperio suo ad tutamē orbis terrarū



distribuisse, ouansque urbem ingressus, omnia superiora populi Romani debita donanda, literarum etiam monumentis abolitis, censuisset, in diebus ipsius fons olei largissimus, sicut superius expressi, de taberna meritoria per totum diem fluxit. Quo signo quid euidentius, quam in diebus Caesaris toto orbe regnantis futura Christi natiuitas declarata est? Christus enim lingua gentis eius in qua natus est, unctus interpretatur. Itaque cum eo tempore quo Caesari perpetua tribunicia potestas decreta est, Romae fons olei per totum diem fluxit: sub principatu Caesaris Romanoque imperio per totum diem, hoc est, per omne Romani tempus imperij, Christum & ex eo Christianos, id est, unctum, atque ex eo unctos, de meritoria taberna, hoc est, de hospita largaque ecclesia affluenter, atque incessabiliter processuros, restituendosque per Caesarem omnes seruos, qui tamen cognoscerent dominum suum, caeterosque, qui sine dominio inueniretur, morti supplicioque dedendos, remittendaque sub Caesare debita peccatorum in ea urbe, in qua spontaneum fluxisset oleum, euidentissima his qui prophetarum voces non audie-

die-

diebant, signa in caelo, & in terra prodigia prodiderunt. Tertio autem, cum urbem triumphans quintum consul ingressus est, eo scilicet die, quem supra nominauimus, cum & Ianum post ducentos annos primum ipse clausit, & clarissimum illud Augusti nomen assumpsit, quid fidelius ac verius credi aut cognosci potest, concurrentibus ad tantam manifestationem, pace, nomine, die, quam hunc occulto quidem gestorum ordine, ad obsequium preparationis eius praedestinatum fuisse: qui eo die, quo ille manifestandus mundo post paululum erat, & pacis signum praetulit, & potestatis nomen assumpsit? Quid autem in quarto reditu cum finito Cantabrico bello, pacatisque omnibus gentibus, Caesar urbem repetijt, ad contestationem fidei, quam expromimus, actum sit, ipso ordine melius proferetur.

*Caesar quomodo Hispanias ingressus, Cantabros Asturesque vicerit. Drusus quos in Germania subegerit, & Cossus in Africa, de quo Tiberij, Quintilij Vari & Agrippa gestis.*

CAPVT XXI.

**A**Nno ab urbe condita DCCXXVI. imperatore Augusto Caesare sexies, & bis M. Agrippa consulibus, Caesar parum in Hispania per ducentos annos

Ll s actum



actum intelligens, si Cantabros atque Astures duas fortissimas gentes Hispaniæ suis uti legibus fineret, aperuit lani portas, atque in Hispanias ipse cum exercitu profectus est. Cantabri & Astures Galleciæ provinciæ portio sunt, qua extantum Pyrenæi iugū haud procul secundo oceano sub septentrione deducitur. Hi non solum propriam libertatem tueri parati, verum etiam finitimorum præripere ausi, Vaccæos & Turmodigos & Autrigonas assiduis eruptionibus populabantur. Igitur Cæsar apud Segisamam castra posuit, tribus agminibus totā pene amplexus Cantabriam. Diu fatigato frustra atque in periculum sæpe deducto exercitu, tandem ab Aquitanico sinu per oceanum incautis hostibus admouere classem atque exponi copias iubet. Tunc demum Cantabri sub mœnibus \* Belgicæ maximo cōgressi bello & victi, in Vinnium montem natura tutissimū confugerunt, ubi obsidionis fame ad extremum pene consumpti sunt. \* Aracillū deinde oppidum magna vi ac diu repugnans, postremo captū ac dirutum est. Præterea vltiores Galleciæ partes, quæ montibus syluisq; confite oceano terminatur, Antistius & Firmius legati

Atticæ

Racilium

legati magnis grauibuscque bellis perdomuerunt. Nam & Medullium montem Minio flumini imminentē, in quo se magna multitudo hominum tuebatur, per quindecim millia passuū fossa circumseptū obsidione cinxerunt. Itaq; ubi se gens hominū trux natura & ferox, neq; toleranda obsidioni sufficientē, neq; suscipiendo bello parē intelligit, ad voluntariā mortem seruitutis timore concurrat. Nam se pene omnes certatim igne, ferro, ac veneno necauerūt. Astures vero positis castris apud Asturā flumē. Romanos, nisi proditi præuentiq; essent, magnis consilijs viribusq; oppressissent. Tres legatos cū legionibus suis in tria castra diuisos, tribus æque agminibus obruere repēte moliti, suorum proditione detecti sunt. Hos postea Carisius bello exceptos, non parua etiam Romanorū clade superauit. Pars eorum prælio elapsa Lanciā confugit. Cumq; milites circumdatam urbem incendio adoriri pararent, dux Carisius, & à suis cessationem impetrauit incendij, & à barbaris voluntatē deditiois exegit. Studiosè enim nitebatur integram atq; incolumē ciuitatē victoriæ suæ testē relinquere. Cantabricæ victoriæ hunc honorem Cæsar detulit,



40  
detulit, vt tunc quoque belli portas clau-  
stro cohiberi iuberet. Ita tunc secundo  
per Cæsarem, quarto post urbem condi-  
tam clausus est Ianus. Post hoc Claudius  
Drusus Priuignus Cæsaris Galliam Rhe-  
tiamque sortitus, maximas fortissimas-  
que gêtes Germaniæ, armis subegit. Nam  
tunc veluti ad cõstitutum pacis diem fe-  
stinarent, ita omnes ad experientiam belli  
decisionemue foederis vndatim gentes  
commouebantur: aut suscepturæ condi-  
ciones pacis, si vinceretur: aut vsuræ qui-  
eta libertate, si vincerent. Norici, Illyrij,  
Pannonij, Dalmatæ, Mœsi, Thraces, Da-  
ci, Sarmatæ, plurimi que & maximi Ger-  
maniæ populi, per diuersos duces vel su-  
perati, vel repressi, vel etiam obiectu ma-  
ximorum fluminum Rheni Danubij que  
seclusi sunt. Drusus in Germania primo  
Vhsipetes, deinde Tēcteros & Cattos per-  
domuit. Marcomannos pene ad interne-  
cionem cæcidit. Postea fortissimas nati-  
ones, & quibus natura vires, cõsuetudo  
experientiam virium dabat, Cheruschos,  
Sueuos & Sicambros pariter vno bello,  
sed etiam suis aspero, superauit. Quorum  
ex eo considerari virtus ac feritas potest,  
quod mulieres quoque eorum, si quando  
præ-

præuentu Romanorum interplaustra sua  
concludebantur, deficientibus telis, vel  
qualibet re, qua velut telo vti furor pos-  
sit, paruos filios collisos humi in hostiũ  
ora iaciebāt, in singulis filiorum necibus  
bis parricidæ. Tunc etiam in Africa Mu-  
folanos & Getulos latius vagantes Cos-  
sus dux Cæsaris arctatis finibus coërcuit,  
atque Romanis limitibus abstinere metu  
compulit. Interea Cæsarem apud Tarra-  
conem citerioris Hispaniæ urbem legati  
Indorum & Scytharum toto orbe trans-  
misso, tandem ibi inuenerunt, vltra quod  
iam querere non possent, refuderuntque  
in Cæsarem Alexandri Magni gloriam:  
quem sicut Hispanorum Gallorumque le-  
gatio in medio oriente apud Babylonem  
contemplatione pacis adiit: ita hũc apud  
Hispaniam in occidentis vltimo supplex  
cum gentilitio munere eous Indus, & Scy-  
thaboreius orauit. Cantabrico bello per  
quinque annos acto, totaque Hispania in  
æternam pacem cum quadam respiratio-  
ne lassitudinis reclinata ac reposita, Cæ-  
sar Romam redijt. Quibus etiam diebus  
multa per se, multa que per duces & lega-  
tos bella gessit. Nam inter cæteros & Pi-  
so aduersum Vindelicos missus est. Qui-  
bus



bus subactis, victor ad Cæsarem Lugdu-  
nū venit. Pannonios nouo motu intume-  
scentes Tiberius priuignus Cæsaris crue-  
tissima cæde deleuit. Idemque continuo  
Germanos bello arripuit, è quibus qua-  
draginta millia captiuorum victor abdu-  
xit. Quod reuera bellū maximum & for-  
midolosissimū quindecim legionibus per  
trienniū gestum est, nec fere vllum maius  
bellum, sicut Suetonius attestatur, post  
Punicum fuit. Sub eodem vero tempore  
Quinctilius Varus cum tribus legionibus  
à Germanis rebellantibus, mira superbia  
atque auaritia in subiectos agēs, funditus  
deletus est, quam reipub. cladē Cæsar Au-  
gustus adeo grauiter tulit, vt sepe per vim  
doloris caput parieti collidens, clamaret:  
Quinctili Vare, redde legiones. Bospho-  
ranos vero Agrippa superauit, & signis  
Romanis, quæ illi quondam sub Mithri-  
date sustulerant, bello recuperarit, victos  
ad deditiōem coëgit. Parthi quasi toto  
terrarum orbe vel domito, vel pacato, om-  
nium oculis signarentur, atque in se solos  
omnis vigor Romani imperij vertendus  
esset, quippe quos pristina vlciscēde Cra-  
sianę cædis conscientia mordebat, vltro  
signa, quæ Crasso interfecto abstulerant,  
ad

ad Cæsarem remiserunt: regijsque obsidi-  
bus traditis, firmū foedus fideli supplica-  
tione meruerunt.

*Octavius Augustus composita vndique pace, Ianū  
ipse tertio clausit, & rempub. composuit, deq; cen-  
su Cæsaris acto.*

CAPVT XXII.

**A**Nno ab V. C.DCCLII. Cæsar Au-  
gustus ab oriente in occidentē, à se-  
ptentrione in meridiem, ac per totū ocea-  
ni circulum cunctis gentibus vna pace  
compositis, Iani portas tertio ipse tunc  
clausit. Quas ex eo per duodecim fere an-  
nos quietissimo semper obseratas otio i-  
psa etiā rubigo consignauit: nec prius vn-  
quam nisi sub extrema senectute Augusti  
pullatæ Atheniēsiū seditione & Daco-  
rum commotione patuerunt. Clausis igitur  
Iani portis, remp. quā bello quæsiue-  
rat, pace enutrire, atq; amplificare studēs,  
leges plurimas statuit, per quas huma-  
num genus libera reuerentia disciplina  
morem gereret. Domini appellationem,  
vt homo declinavit. Nam cum eodē spe-  
ctante ludos, pronuntiatum esset \* à quo-  
dam mimo, O dominum æquum & bo-  
num, vniuersique, quasi de ipso dictū es-  
set, exultātes approbauissent, statim qui-  
dem

in mimo



dem manu vultuque indecoras adulationes repressit, & in sequenti die gravissimo corripuit edicto, dominumque se posthac appellari ne à liberis quidem aut nepotibus suis vel serio vel ioco passus est. Igitur eo tempore, id est, eo anno quo firmissimam verissimamque pacem ordinatione dei Cæsar composuit, natus est Christus: cuius aduentui pax ista famulata est, in cuius ortu audientibus hominibus exultantes angeli cecinerunt, Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Eodemque tempore hic ad quem rerum omnium summa cōcesserat, dominum se hominum appellari non passus est: imò non ausus, quo verus dominus totius generis humani inter homines natus est. Eodem quoque anno tunc primū idem Cæsar, quē his tantis mysterijs prædestinaverat deus, censum agi singularū vbiq̄ue provinciarum, & censeri omnes homines iussit, quando & deus homo videri, & esse dignatus est. Tunc igitur natus est Christus, Romano censui statim ascriptus ut natus est. Hæc est prima illa clarissimaque professio, quæ Cæsare omnium principem, Romanosque rerum dominos singillatim cunctorum hominum edita

edita ascriptione signavit, in qua se & ipse, qui cunctos homines fecit, inueniri hominem, ascribi que inter homines voluit. Quod nunquam penitus ab orbe condito atque ab exordio generis humani in hūc modum, ne Babylonio quidem vel Macedonico, ut non dicam minori cuiquam regno concessum fuit. Nec dubium quin omnium cognitioni, fidei, inspectionique pateat, quod dominus noster Iesus Christus hanc urbem nutu suo auctam defensamque, in hūc rerum apicem prouexerit, cuius potissimè voluit esse cum venit, dicendus utique ciuis Romanus, census professione Romani. Quāobrem quia ad id temporis peruentū est, quo & dominus Christus hunc mundum primum aduētū suo illustravit, regnumque Cæsari tranquillissimum dedit, hunc quoque sextum libellum hoc fine concluderim: ut germinantia tempora Christiana, magis que inter reprimentium manus crescentia, & quæ adhuc in prouectu posita, horum ipsorum, quibus hæc respondere cogimur insectatione, mordentur, septimo libello, si tamen adiuuante domino suffecerim, comprehendam: ut quoniam ab initio & peccare homines & puniri



nri propter peccata non tacui, nunc quoque quæ persecutiones Christianorum actæ sint, & quæ ultiones secutæ sint, absque eo quod omnes ad peccandum generaliter proni sunt, atque ideo singillatim corripiuntur, expediã.

FRANC FABRICII MARCO-  
DVRANI IN PAULI  
Orosij librum Sextum

Annotationes.

In Caput primum.

**D**iscesserunt omnes adytis) Verba sunt Virg. Excessere omnes adytis, arisq; relictis DCLXII. vt dixi, anno) Dictum hoc est libro superiore cap. 19. vbi de spatio belli Mithridatici in Annotationibus scripsimus.

Aencl. 2.

In Caput secundum.

Postquam Nicomedem) Eadem Eutrop. lib. 5. Lege appiani Mithridaticum, & Iustini libr. 38. Crudeli præcepit edicto) De hoc edicto præter Appianum Liuius libr. 78. Florus lib. 3. cap. 5. Eutrop. libr. 5. Hinc Cicero pro lege Manilia ait, Mithridatem

tem vna die tota Asia, tot in ciuitatibus, vno nuntio, atque vna literarum significatione ciues Romanos necandos, trucidandosq; denotasse. Sylla cui post consulat. Sylla ad bellum Mithridaticum profectus fuit post Consulatum, cum iam Cinna Consulei accusationem per Verginium Tribunum pleb. compararet. Plutarchus in Sylla. Septemplici muro comunitum) Sic Florus, Mox subruto Piræi portu, sex quoque & amplius muris munito. Munierat eum pluribus muris contra Syllæ impetum Archelaus, vt scribit Appianus. Iusto prælio cum Archelao conflict. Hoc prælio in Bœotia ad Cheroneam commissum fuit: in quo ex CXX. millibus Archelai vix decem millia Chalcidem effugisse Appianus, Plutarchus, & Eutropius scribunt. Quare in Liuiana epitoma 82. vbi legitur, caesis hostium centum millibus, scribendum puto, cx. millibus. Lectissima LXX. millia.) Eundem numerum habet Eutropius: sed apud Appian. & Plutarchum sunt ὀκτὼ μυριάδες, id est, Lxxx. millia, quæ Mithridates cum Dorylao ad Archelaum misit. Secundo prælio XV. millia.) Cum in omnibus libris Orosii, quinquaginta millia, legatur, ego tamen non dubitavi, xv. millia, ex Eutropio meo manuscripto (nam impressi xx. millia habent) reponere: cum præsertim Appi. scribat, ἑπτακοσμίον ἀπώλοντο ἀμφὶ μυριάς καὶ πεντακισχιλίαις, & sequentes numeri, si L. millia legas, constare non possint. Commissum hoc secundum prælium fuit ad Orchomenum, Appianus, Plutarchus, Florus. Diogenes Archelai F.) ὁ πᾶσις ἀρχελαίου διογένης, Appianus, διογένης ὁ τῆς ἀρχελαίου γυναικὸς υἱός,



548 IN LIBRVM SEXTVM  
Plut. ar. Cumque iam MDC.) ἀμφὶ τὸ τὸ χιλίους  
καὶ ἑξακοσίους ἀνδράς habet quoque Appianus, quem  
hac de re consule. Interea Fimbria) Cum L. Valerius  
Flaccus in Marij locum consul suffectus, à Cinnā,  
vt Sylla ad bellū Mithridaticum succederet, missus,  
in Asiam traiesisset, à C. Flauio Fimbria interfectus  
est. Appianus in Mithridatico, Plutarchus in Sylla,  
Strabo lib. 13. Linius 8. 2. Velleius 2. Fimbria meminit  
Cicero in Bruto. Ad Miletopolim.) Vide Strabonē  
lib. 12. Eumque mari coartare.) Hic locus verbis su-  
peruacaneis deprauatus à nobis è manuscriptis resti-  
tutus est. Plutarch in Lucullo eandem rem exponens  
inter cetera sic inquit, εἰφιμβρία τότε πεισθεὶς ὁ  
λοῦκουλος ἐν μαχερᾶν ἐν περιήγαγεν ἰκέσει τὰς  
ναῦς, καὶ σωέφραξε τὸν λιμένα τῶ σόλω, πέρας ἀνέ-  
χεν ὁ πόλεμος. id est, Si Lucullus qui nō longe aberat,  
tum Fimbria consilium secutus naues eō circum-  
duxisset, portūmque obiecta classe obstruxisset,  
bellum confectum fuisset. (Nienibus iratus) De illj  
excidio Appianus & Strabo libro 13. Apud Thyati-  
ra) πρὸς θυατίροι, Plutarchus in Sylla. Fannius &  
Magius) Ita legitur in omnibus manu descriptis li-  
bris, hancq; veram lectionem iudico: nā etsi impres-  
sus liber Appiani habeat λοκίς μάγινόντε καὶ φάνι-  
ον. ego tamen lego, μάγινόντε καὶ φάνιον. cum præfer-  
tim Aconius Verrina tertia hos eosdem L. Magium,  
& L. Fannium appellet, quamuis in Ciceronis libris  
corrupte sit, L. Magio, & L. Rabio. M. Marium) Ap-  
pianus hunc μάγινον οὐ κάριον, siue, vt Interpres Cā-  
didus legit, οὐ ἀριον appellat. Sed Plutarchus in Lu-  
cullo, Marium cum Orofio nominat. Cum P. Ruti-  
lio)

lio) Rutilium M. Cottā legatum fuisse arbitr. Nā  
Mithridates Cottam apud Chalcedona terra fudit,  
mari exiit classe pulcherrima, vt ipse scribit in epi-  
stola ad Arsacem, qua ex lib. 4. Histo. Sallustij extat.  
Sed de hac re, sicut & de Cyzicenorum obsidione le-  
ge Appianum & Plutarchum. De Cyzico etiam Ci-  
cero pro lege Manilia, pro Murena, & pro Archia.  
Nam amplius quā quindecim millia.) Lucul-  
lus ad Rhindacum fluuium consecutus eos, qui in Bi-  
thyniam à Mithridate mittebantur, magnum eorū  
numerum interfecit: cepit vero equorum millia vi.  
virorū millia xv. Ita Plutarchus & Appianus. Cam-  
posque Inarimos) Vulgo legitur, Camposq; & in  
erimos. Ego particulam, & in nullis vetustis inueni.  
Sed hi partim, camposq; inheremos, partim, κάποςq;  
inharemos, habent. Vnde adductus sum, vt crederem  
Orosium, Camposq; Inarimos, scripsisse. Notum est  
illud Homeri in Catalogo, εἰν ἀρίμοις ὄβι φασι τὴν  
φωέος ἐμμοταῖ ἐωός. Vbi cum Græci omnes εἰν ἀ-  
ρίμοις duabus vocibus legant, & ἀρινα vel in Cili-  
cia vel in Syria aut Lydia collocent: Plinius tamen li.  
3. cap. 6. Aenariam insulam Homero Inarimen di-  
ctam scribit. Virgilius quoque, Ouidius, Horat. Lu-  
canus ceteriq; poëta Latini Inarimen dixerunt. Ita  
putaui Liniū etiam, vel quem alium, à quo histori-  
am Orofius sumpsit, campos Inarimos, dixisse: cum  
præsertim Scepheus, vt est apud Strabonem lib. 13. pro-  
babiliorē eorū sententiā iudicauerit, qui Ari-  
mos in exusta Mysia regione constituūt: & Xanthus  
tradat, Arimum quendam in ijs locis regnasse. De-  
iotarus rex Gallogræc.) Idem est in Epitoma Li-



*aiana* li. 49. Phrygiam inuaserat Eumachus Mithridatis praefectus, de quo Appianus. Plusquam CCC. millia.) Plutarchus in Lucullo, λέγονται δὲ ἐκ τῶ πάντος ἀκολούθειαν τῆς μαχίμων ὄχλη μοιρᾶδες ὀυ πολὺ δὴ τῶ τετρακοντα λείπεσαι διαφθαρήναι. Sub monte Olympo Prusam.) Impresi libri omnes pro Prusam, habent, prius Athan. sed cum posterior vox à manuscriptis absit, atq; in vno prin[sam] legatur, ego, Prusam scripsi. Plinius libr. 5. capit. vlt. A Cointus in Bithynia Prusa, ab Annibale sub Olympo condita. Appian. βάρβαρος ἢ πρῆσιάδα εἶλε τὴν πρὸς τῶ ορε. De Prusiade, qua antea Cius dicebatur, Strabo lib. 12. LXXX. rostratas naues) Appianus ναὺς ἀμφὶ τὰς ἐξήκοντα habet. Ac post Amisum.) Ita recte manuscripti. vide Appianum & Plutarchum.

*In Caput tertium.*

Catilina incestu accusatus) Huius iudicij meminit Asconius in orat. Ciceronis contra competitor. vbi scribit hanc Fabiam virginem vestalem fuisse sorore Terentia Ciceronis. Vide in Plutarchi Catone legendū, ἢ οἷς ἡ βαβία τερεντίας ἀδελφὴ τῆς κικέρωνος γυναικὸς ἐκινδύνεουσα. M. Lucullus) Dere à M. Lucullo contra Bessos & Thracas gesta, Eutrop. & Sex. Rufus. Eodem tempore Metellus) Cn. Pompeio, M. Crasso primum Coss. an. DCLXXXIII. L. Metellus Verris in Sicilia successit. Res nota est ex Ciceronis Verr. & Ascono. Pyrganione) Duplicem scripturā huius archipirata in nostris manuscriptis inuenimus: Alij eū Pergamanonē in suis libris nominarunt.

narunt. Nam XXX. millia) Legitur &, XX. millia. At Plutarchus peditum C. millia caesa, equitum, quorum millia LV. erant, paucos effugisse tradit. Is imminente hieme) Nisibis, quam Graeci Antiochiam Mygdonicam nominant, capta fuit L. Metello & Q. Marcio Coss. auctore Dione li. 35. vide quoque Appianum & Plutarchum.

*In Caput quartum.*

Iisdem diebus piratae) De bello piratico, quod & maritimu nominatur, accurate Dio. l. 36. & Plutarchus in Pompeio. De eodem Cicero pro lege Manilia, Liuius li. 99. Florus li. 3. ca. 6. Velleius & Eutropius. Eodē tempore Cretam) De bello cretico Xiphilinus in Pompeio, Liuius li. 98 & seq. Florus li. 3. ca. 7. Velleius li. 2. Pompeius successor Luculli) Pompeio bellum Mithridaticum mandatam fuit lege Manilia, quam Cicero suauit, Appianus, Plutarchus & Diod. Bellum nocte commissum est) De hoc prelio nocturno praeter Appianum, Plutarchum & Dionem Florus libr. 3. cap. 5. Eutrop. libr. 6. vbi scribit Pompeium XL. millibus occisis, triginta tantum de exercitu suo perdidisse, & duos centuriones. Senibus lassis & ægris) In alijs est, senibus lassis & ægris. ego è Gualtheri libro, senibus lassis emendauit. Sic Dio. libr. 36. πόλιν ἐν τῶ χωρίῳ ἐν ᾧ ἐνεκλήκει συνώκισε τὰς τραυματίας, ἡ τοῖς ἀφελικετέροις τῆ στρατιῶτῶ id est. Urbem eo loco, vbi victoriam pepererat, vulneribus & atate confectis militibus condidit. Senes lassos eodē modo Seneca dixit. Orodus Albanorum



banorum regis) In Gualtheri li est, Hierodis, in alijs, Horodis. Orodus quod erat in impresus reliquit in & Florus Orodem nominat. qui ab appia. ὄροδης, à Dione ὄροιστος dicitur: Artoceim regem Iberiæ ἀρτοχέων hunc quoque Dio. li. 37. nominat. qui in Appiani libris mendosè ὠτοχος dicitur. ἡδέ κέρτων mendosè habent pro κέρτων, nec aliter Candidus Interpres legit.

In Caput quintum.

Terræmotus adeo grauis) De hoc terræmotu Diodor lib. 37. ἡ δὲ σεισμός μέγιστος δὴ τὸ πῶποτε σωστέος αὐτοῖς, πολλὰς τῶν πόλεων ἐφθειρεν. id est, Terræmotus maior apud illos tū quam vnquā alias extitit, multas vrbes euertit. Castor Mithridatis præfectus.) κάστωρ φαλαγορέων nominat, qua hic in vetustis libris, Phanagoriū appellatur. Vide Strabonem lib. 7. Quatuor filios) Hi fuerunt Artaphernes, Darius, Xerxes & Oxatbres, auctor Appianus. Exipodram) De hoc alij quod sciam nihil, nisi forte hic est Xiphares, quo de Appianus. Macharem) Hoc nomen, quod in vulgatis libris variè corruptum est, in manuscriptis rectè legitur. Græci quoque hunc μαχάρων vocant. Gallum quendam militem) In epitoma 102. est, a milite Gallo, nomine Bithoco. Auctor de viris illustrib. Gallum Sithocum nominat. Verum cū Appianus hunc Βιτοκτον nominet, vide ne utrobique Bithocum sit scribendum.

In Caput sextum.

Anno

Anno ab V.C.DCLXXXIX.) Alijs est annus ab v. c. DCXC. Cum Orofio facit Eutropius lib. 6. Ieræos primum) De Ituræorum ἡς castellis à Pompeio euerfis Strabo lib. 16. In Ciceronis Philippicis hi Ithyrei non satis emendate nominantur. Quam Petram) Arabum rex Aretas, quem Pompeius vicit & cepit, βασιλεὺς τῆς περὶ τὴν πέτραν ἀράβων dicitur à Plutarcho in Pompeio. Apud Petram vero Aretas regiam suam habebat, Iosephus libro 14. Antiquita. cap. 2. Lege Dionem lib. 37. Vix tertio mense.) Idem scribit Iosephus lib. 14. cap. 8. quem lege Per L. Vettium) Hic est L. Vettius index, quo de Cicero in Vatinium, & epist. 24. lib. 2. ad Atticum. Eum Dio. lib. 38. λούχιον οὐ ἐπίον nominat. apud Appianum hoc nomen vnico τ non rectè scribitur: Plutarchi quoque libri in Lucullo mendosè βερέτιον τινα pro βερίον habent.

In Caput septimum.

Anno ab V.C.DCXCIII.) Eutropij libri impressi omnes, etiam is quem Sconhouius edidit, hunc annum vrbs cond. DCXCIII. faciunt: verum noster manuscriptus rectè DCXCIII. habet. In Fastis Capit. hic annus est DCXCIII. Lege Vatinia) P. Vatinus Tribunus pl. hanc legem ad populum tulit Casare & Bibulo Coss. de qua Suetonius in Iulio. Cum legionibus septem) Eutropius sic, Decreta est ei Gallia & Illyricum legionibus decem. Plutarchus in Casare scribit ipsum Galliam cisalpinam & transalpinam adiuncto Illyrico accepisse in quinquennium cum legionibus quatuor. Nam populus Casari Galliam ci-

Mm 5

tertio



554 IN LIBRVM SEXTVM  
teriorum & Illyricum in quinquennium cum tribus  
legionibus dedit: Senatus vltiorem cum vna legione  
adiicit, auctore Dione libro 38. Hanc historiã Sue-  
tonius) Nos eam ab ipso Cesare summa diligentia  
simul & eloquentia expositam non sine fructu liber-  
ter & legimus ipsi & discipulis nostris interpreta-  
mar. Bis vicit.) Primum pagum Tigurinum in  
transitu Araris fluminis vicit, deinde ceteros in se-  
cutus post variam fortunã superauit, Caesar & Dio.  
libro 38. In vno manuscripto est, bis vix vicit. Lato-  
brogiorum.) Caesar hos Lacobrigos nominat. Ad  
CLVII. millia) Summa omnium, inquit Caesar, fu-  
erunt ad millia CCCXLVIII. Plutarch.  $\tau\epsilon\iota\lambda\alpha\kappa\omicron\upsilon\tau\alpha\ \mu\acute{\epsilon}\nu$   
 $\alpha\iota\ \pi\acute{\alpha}\sigma\omicron\upsilon\ \mu\upsilon\pi\iota\alpha\delta\epsilon\varsigma\ \delta\upsilon\tau\epsilon\varsigma\ \epsilon\iota\kappa\omicron\sigma\iota\ \delta\omicron\mu\alpha\ \chi\acute{\alpha}\rho\mu\delta\upsilon\alpha\ \mu\iota-$   
 $\alpha\iota\varsigma\ \delta\epsilon\theta\omicron\sigma\alpha\iota$  id est. Summa omnium fuerunt millia CCC.  
eorum qui arma ferre possent millia CXC. Ex his  
& XLVI) Strabo lib. 4. de bello Heluetiorum,  $\epsilon\iota\ \omega$   
 $\pi\omicron\lambda\epsilon\mu\omicron$ , inquit,  $\omega\pi\epsilon\delta\ \tau\epsilon\tau\alpha\rho\alpha\kappa\omicron\upsilon\tau\alpha\ \mu\upsilon\pi\iota\alpha\delta\epsilon\ \sigma\omega-$   
 $\mu\acute{\alpha}\tau\upsilon\ \delta\iota\epsilon\theta\acute{\alpha}\rho\eta\sigma\alpha\upsilon$ , id est, In quo bello ad CCC.  
millia hominum perierunt. in quo numero ego viti-  
um subesse arbitror. Edures) Legitur & Euduses, si-  
ue Eudures. Apud Casarem hi sunt Sedusi. de quibus  
varia sententia feruntur. Supra obduct. saliere)  
De hac re Florus lib. 3. cap. 10. Post hæc Belgarum)  
Quæ hic vsque ad finem capituli sequuntur, ea copio-  
se Caesar li. 2. & Diomitio li. 39. persequuntur. Sexa-  
ginta millia armat.) Caesar Bellouacos polliceri mil-  
lia armata quinquaginta scribit. Idem Atrebatibus  
xv. millia tribuit. Menapij nouem) Ita manuscri-  
pti, impressi decem. Caesar Menapios vii. millia polli-  
citos scribit. Aduatici XVIII.) In vno manuscripto  
est,

## ANNOTATIONES:

555

pto est, Atuati. Caesar catuacos cum xix. millibus ha-  
bet. Cæresi, Cæmani) In nostris manuscriptis om-  
nibus est, Cærosi, Cæmani. Caesar illos Cæresos, hos  
Pamanos vocat. In vulgatis Orosii libris. Cenoman-  
ni, mendose legebatur. Robertus Stephanus, quæ ho-  
noris causa nomine, hanc Epitomen rerum gestarum à  
Casare in Gallia sub Eutropij nomine Commentari-  
is Caesaris emendatissime diligentissimeq; à se impres-  
sis adiunxit, ibiq; ex Casare hæc nomina restituit.

## In Caput octauum.

Quæ hoc capite Orosius comprehendit, ea copiose  
Caesar li. 3. Com. persequitur. quibus studiose vtriusq;  
lingua coniungent ea quæ sunt apud Dionem lib. 39.  
Pacunij primipilaris) Hic primipili centurio à Ca-  
sare P. Sextius Baculus nominatur. Ambiuaritos)  
Pro his Caesaris libri, Ambiliates, habent.

## In Caput nonum.

Quæ hoc capite Orosius, ea Caesar lib. 4. & 5. Cõ.  
exposuit. De iisdem Dio. li. 39. & Plutarchus in Cæ-  
sare. Sicambros) In manuscriptis nostris est, Sygã-  
bros. Dio.  $\sigma\upsilon\gamma\gamma\acute{\alpha}\mu\beta\omicron\upsilon\varsigma$  nominat. Ibi que Labie-  
nus) Labienus est in vetustis, & Roberti libro. Ca-  
sar li. 5. Q. Laberium Durum habet. Androgorio)  
In Gualtheri libro est, Andragio. Caesar,  $\omega\iota\ \nu\delta\upsilon\beta\omicron\upsilon\alpha$   
tium vocat.

## In Caput X.

Cum Eburonibus & Aduaticis.) In nostris ma-  
nuscriptis fere omnibus hic & supra ca. 7. Atuatici  
nominantur, quos vulgo Aduaticos vocat. Dio. quo-  
que



que illos ἀποκατικούς appellat. Hos Caesar lib. 5. *Cotta & Sabino interfectis se cum ambiorige coniunxisse ait.* Ad Ciceronem) Q. Tullium Ciceronem Marti fratrem, Caesaris legatum, Caesar lib. 5. Dio. li. 40. Vallum pedū X.) Caesar ped. xi. habet ex eo quod sequitur, per millia passuum quindecim, cognoscitur quomodo sit legēdum apud Casarem, ubi quidam libri xv. ceteri x. millia passuum habent. in qua varietate haeret Glareanus Per culmina.) Roberti liber habet, per culmea culmina. Tu lege Casarem. Cum duabus legionibus) Plutarchus scribit Casarem tū habuisse ἑπταχιλίους τὰ τὸ σὺν πάντας. Nam LX. millia.) Hunc numerum eorum qui Q. Ciceronis castra obsederunt, edit etiam Plutar. in Casare. Indutiomarus.) ἰνδούτιου μαρος. Dio. Repentina eruptione prostravit.) Eruptione, recte quoq. Rob. cum vulgo in impressis male, irruptione, legitur. Sed intelligens) Quae deinceps vsque ad finem capitū sequuntur ea sunt apud Casarem lib. 6. Com. & Dionem lib. 40. Hostemq. locis notissimum.) In Roberti libro est, hostemq. loci gnarissimum.

In Caput XI.

Hoc capite breuiter perstringuntur ea quae Caesar lib. 7. & Hirtius lib. 8. copiose exposuerunt. Oppidū nomine Cenapum.) Cenapum, est quoque in vetustis, corrupte omnino Rob. Stephanus, Genabum, scripsit. Verum cum ea, quae huius oppidi obsidioni Orosius tribuit, ad Auaticum euenisse ex Casare & Dionne constet, mihi dubium non est, quoniam pro hoc, illud irrepserit

irrepserit In quoddam castellum) Gergouiam Caesar nominat. γεργούϊαν, Strabo, γοργουθία Dio. Dum haec ad Alesiam) Verba Caesaris vsurpat, quamuis nihil quod ad Alesiam gestum sit, descripserit. Hoc vero oppidum Mandubiorum in manuscriptis Orosii & Caesaris libris recte Alesia nominatur. Nā & Plutarchus in Casare ἀλεσίαν vocat, & Diodorus Siculus lib. 4. scribit Herculem hoc oppidū condidisse, atque ἀπὸ τῆς ἡγὰ τὴν στρατείαν ἀλῆς ἀλεσίαν nominasse. Guil. Xylander, qui in Dione conuertendo e corruptissimo exemplari egregia ingenij sui documenta dedit, recte vidit ἐς ἀλεσίαν mendosē in libro esse pro ἐς αλεσίαν. Apud Strabonem lib. 4. legitur, περὶ ἀλεσίαν πόλιν μανδιβοίων. Peditum CCL. millia) Caesar peditum circiter CCXL. millia habet Romanos ne viuis cap.) Roberti liber habet, Romanos vt viuis caperetur instantes, occidendo vt occideretur coegit. Tu lege Hirtium lib. 8. Comment. Scandulis repletas) In manuscriptis est, scindulis. nos ex Hirtio, scandulis, scripsimus cum Roberto. a scindendo autem, vt vult Isidorus, dicta sunt scandula: quae sunt parua tabellae, ex robore vel alio ligno assulatum secto. vnde Vitruuius lib. 2. cap. 1. quibusdā nationibus ex scandulis robusteis adificia constitui scribit. Cornelius vero Nepos, scandula contentam fuisse Romam vsque ad bellum Pyrrhi annis CDLxx. auctor est. Lege Plinium lib. 16. cap. 10.

In Caput XIII.

Anno ab V.C. DCXCVII.) Idem numerus est in manuscripto nostro Eutropio, cum in impressis sit annus



annus vr̄bis conditæ DCXCIX. Caterum ex ratione Capitolinorum Fastorum annus, quo Cn. Pompeius & M. Crassus iterũ Cos. fuerũt, est DCXCVIII. Crassus vero prouincia cupidus in ipso Consulatu paludatus in Syriã profectus fuit, Plutarchus & Dio. Audita in Hierosolymis) Hanc rem narrat Iosephus li. 14. Antiq. ca. 12. quẽ lege. Vagesem) Ita scripsi ex Gualtheri libro. Plutarchus in Crasso, & Appianus in Parthica (si modo liber ille ab Appiano scriptus est) οὐα γῑστω habent. Cum Surena & Syllace) Vulgo mendosẽ, Syllace, legitur. Apud Plutarchum est, σιλλάκην, Parthos ab Orode) De re à Cassio cõtra Parthos gesta, & Oface duce occiso Cicero epist. 2. oli. 5. ad Attic. Dio. li. 40e

In Caput XIII.

Anno siquidem ab V. C. DCC.) Hoc incendiũ, quod, maxima vr̄bis parte deleta, prodigiũ loco est habitum, fuit L. Paulo, C. Marcello cos. anno DCCIII. Obsequens de eodem Liuij auctoritatem adducit Orofius lib. 7. cap. 2.

In Caput XV.

A Marcello consule) Roberti liber hoc amplius habet, Bibulo, à Catone. Caterum de his dissensionibus cum omnes multa scribant, putidum esset, hic velle aliquid annotare. Lege Casarem, Appianum, Plutarchum & ceteros. Q. Calsius) Ita omnes hunc nominat. exceptis Orofii libris, in quibus Publij prænomen habet. Curione Cælioque) Hic est M. Cælius Rufus, de cuius interitu paulo post. quod ego annotan-

notandum propter Dionem putavi, apud quem initio libr. 41. χαμικίλιου pro χαλίου, seu potius κοιλίου bis mendosẽ legitur. Negatam ex ærario pecuniã) Interposuit se huic rei L. Metellus Tribunus pl. Appian. lib. 2. Diod. 41. Lucan. libr. 3. At vero Dolabella) Hunc locum studiosi diligenter legere debent, cum tota hæc res à Casare non longe ab initio li. 3. de bello civili descripta interciderit. Eadẽ breuiter narratur ab Appiano & Dione. sed à Luciano fusius describitur li. 4. Vide Florum lib. 4. ca. 2. Basilus) Lucanus li. 4. Et Basilum videre ducem. Sed de hoc nomine dicemus ca. 18. Curio ex Sicilia) Quæ hic de Curionis interitu, & Salonarum opugnatione, item de M. Cælio & T. Milone perstringuntur, ea Casar copiosẽ narrat. Ap. Claudius) Hanc rem exponit Valerius li. 1. ca. 8. Vide Lucanum li. 5. Eubœæ cœla) In impressis Valerij libris est. Eubœæ cellã, in manuscripto, Eubœæ cœlam, & deinde, cœla Eubœæ, Lucanus, Solusq, quietem Euboici vasta lateris conualle tenebis. Pythone serpente) De Pythone Callimachus in Apollinem,

Πυθῶτοι κατιόντι σάλην τε τοδομόνιος θῆρ  
Αἰνὸς ὄφεις. τὸν μὲν σὺ κατήναρος, ἄλλον ἐπ'  
ἄλλω

Βάλλων γὰρ κύν ὄϊσόν. id est,

Horridus occurrit serpens fera bestia, Pytho:

Quem tu descendens per imis citò fatifero arcu.

Continua volucres dum dirigit arte sagittas.

Dionysius Afer δράκοντα δελφόνω appellat. Tibul-

lus libr. 2. vbi Delphica Pytho? Inflauit cum pin-

quis) Versus est Virgilij de secundo libro Georg.

Iplio



IN LIBRVM SEXTVM

Ipse terram XV. millium pass.) Munitionis spatium Caesar non expressit, sicut nec Lucanus initio lib. 6. Appianus lib. 2. *σαδὶς διακοσίς τε χιλίς* edit. Florus scribit Casarem Pompeij castra XVI. millium vallo obduxisse. Quod Marcellinius.) Lentulus Marcellinus quaestor, Caesar. Cæsaris quoque testimonio victor) Hoc praelio commisso ad Dyrrachium victus Caesar, Pompeio non instate negavit eum vincere scire, Suetonius in Iulio, Plutarchus in Pompeio & Casare Quatuor millia milit.) Plutarchus in Pompeio *δισχιλίς* habet. Centuriones Caesar lib. 3. Com edit XXXII non XXII. Pompeius LXXXV. III. cohortes. De numero copiarum non idem omnes scripserunt: quo de Appianus lib. 2. Parce civibus.) Ita scripsimus ex vetustis nec aliter est apud Florum. Pompeius fugiens.) De Pompeij fuga & interitu Caesar libro 3. Plutarchus in Pompeio, Appianus libro 2. Dio. 42. Velleius libr. 2. Pompeius Bithynicus.) Q Pompeius A F. qui Bithynicus dictus est, Cicero in Bruto. Lentulus.) L. Lentulus Crus, qui anno superiore Cos. fuerat: eum Caesar scribit à Rege comprehensum in custodia necatum esse. Ea flamma) Hanc bibliothecam laudās Liuius, elegantia regū curiaq. egregiū id opus ait fuisse, vt est apud Senecā de tranquillitate vitæ: vbi quadraginta. non quadringenta millia librorū Alexandria arsisse legitur Bibliotheca Alexandrine incensa meminit Plutarchus in Casare, & Dio. lib. 42. De omni re gesta cum Alexandrinis prater ceteros copiose Hirtius.

In Caput XVI.

Phar-

ANNOTATIONES.

Pharnacem in Ponto) De Pharnace & re cum gesta, Hirtius de bello Alexan. Dio. li. 42. & alij. Dictator & consul) Orosius secutus fortasse Liuium, hic aperte Casarem anno vrbis DCCVII. Dictatorem & Consulem III. creatum ostendit. quæuis hæc Dictatura non omnes annales suffragantes habeat. quæ de re Sigonius in Fastis. De bello Africo extat Hirtij Commentarius. De eodem omnes alij scriptores. quæ in re aperta nostris verbis minimè opus est. Iuba percussori) Dio. scribit tubam cum Petreio ferro congressum, atque ita vtrumque perijisse. Florus tradit Petreium super mensas tubam, & se interfecisse. De Scipionis interitu prater historicos Seneca li. 3. Epist. Continuo in Hispanias) De bello Hispaniensi extat Comentarium Hirtij nomine. De eode Pluta. & Dio. li. 43. Attium Varum) Attius recte in libris vetustis legitur. Nam & Dio. *σοῦπλιον ἀπτιον οὐάρον* nominat. Vulgares libri modò Actiū, modò Acciū habent. In Plutarh. Catone mendosè οὐάρος ἀπτιος vocatur. Et quidem eo die) Plutarchus in Casare de praelio Mundenfi, *ταύτῳ τὴν μάχην ἐνίκησεν τῆ τ διουσίων ἐορτῆς, ἧς ἂν λέγεται ἕ πομπήϊος μάγνος ἔθι τὸν πόλεμον ἔελθεῖν: διὰ μέσθ ἡ χρόνος ἐναυτῆ τεσσάρων δὲ ἡλθε, id est, Hoc praelium secundum Caesar Liberalibus fecit, quo die Pompeius Magnus primū ad hoc bellū profectus dicitur, cum interea quatuor anni effluxissent. Sex. Pompeius) Hæc nos ex Roberti Stephani libro sic restituumus: cum in alijs libris è duobus fratribus Cn. Pōpeius aufugisse. Sextus interfectus contra historia veritatē legatur. Cū Cæsonio) Cæsonio est etiā in vetustis. sed vide*

Nn

ne poti-



62  
IN LIBRVM SEXTVM  
ne potius legendum sit, Cefennio. Nam Dio hūc Cefennium Lentonem vocat: cuius mentio est Philippi-  
ca XII.

### In Caput XVII.

Quomodo Caesar Idibus Martijs in curia Pompeij  
XXII. vulneribus confossus fuerit, Suetonius, & omnes  
alij scribunt. Amplius LX. conscios) Suetonius,  
Conspiratum est in cum à LX. amplius. quorum non-  
nullos Cicero nominat Phili. 2. plures Appianus li. 2.  
Medeam illam) Fabula est in Apollonij Argonauti-  
cis lib. 3. & Ouidij Metamorph. lib. 7.

### In Caput XVIII.

Octavianus) Ita recte manuscripta exemplaria.  
Nam C. Octavius Iulij Caesaris testamentū adopta-  
tus more Romanorum dictus fuit, C. Iulius Caesar O-  
ctavianus. Dio. lib. 47. Cælaris auunculi) Iulium  
Caesarem Octavianum auunculum nominat etiam in-  
fra cap. 20. & Suetonius in Augusto ait, Nihil conue-  
nientius ducens, quam necem auunculi vindicare, cū  
tamen auunculus magnus fuerit, nescio autem an  
Orosius Octavianum ex sorore Caesaris natum puta-  
uerit, quē errorem Io. Pierius, Carol. Sigonius, ac po-  
stremo Guiliel. Xylander (qui in Dionis historia con-  
uertenda & emendanda præclara ingenij sui docu-  
menta dedit) refutarunt. Antonius hostis) Histo-  
riarum non aliunde commodius adulescentes, quam  
ex Ciceronis epistolis & Philippicis cognoscunt. I. egen-  
di sunt etiam Plutarchus, Appianus. Dio & Patercu-  
lus. Pania primo veniens.) De pugna Mutmensi  
extat

### ANNOTATIONES

63

extat epistola Galba ad Ciceronem lib. 10. Epist. Fa-  
mi. Dolabella Trebo.) Hæc Dio. li. 47. & Appia-  
nus 3. Postea D. Brutus in Gallia) D. Brutus non  
à Sequanis, sed à Capeno Sequano occisus fuit, vt Li-  
uius ait li. 120. vel in dæmo Capeni ab ijs quos Anto-  
nius miserat, vt Paterculus scribit. Basillus) Appia-  
nus libro tertio extremo, τῶ δὲ αὐτῶν χρόνῳ καὶ μινού-  
κιοσ βασιλλος, σφραγεὺς καὶ ὄδε καίσαρος, ὑπὸ τῶ θερα-  
πῶντ ὡ ἀνηρέθη. i. Eodem tempore Minucius Basillus  
vnus de percussoribus Caesaris à seruis suis interfectus  
est. Bene igitur gentis Minuciae cognomen Basillus  
in libris vetust. scribitur, nec probo quod Hieronymus  
Ferrarius Philippica secunda vnum librum securus  
contra ceterorum fidem Basillum in Basiliū muta-  
uit. Immo vero non dubito quin li. 3. de Off. & apud  
Caesarem V. de bello Gall. legendum sit, L. Minucius  
Basillus. Nā & Plutarchus in Sylla λέουκίον βασιλλῶν  
habet, & cognomina non in ius, sed in us definiunt vsi-  
tate. C. Thoranius) De hoc Appia. li. 4. Suetonius in  
Augusto, & Valer. vt puto, li. 9. ca. 11. Centū trigin-  
ta & duum) In epitoma Liuian li. 120. est, cxxx. Se-  
natorum nomina. Pluta. in Antonio scribit, ccc. pro-  
scriptos à Triumuiris occisos fuisse. Igitur Cæsar &  
Antonius) De bello Philippensi Plutarchus in Anto-  
nio & Bruto, Appian. li. 4. Dio 47. Liuius 124. Floru-  
li. 4. ca. 6. Velleius, Eutropius, & alij. Hortatu & pre-  
cibus medici) De hoc somnio medici Dio. Amicum  
suum hunc fuisse ipse scripsit, auctore Plutarcho in  
Antonio. At Romæ Fulvia) De Fulvia insolentia  
Plutarchus in Antonio, & Dio. lib. 48. Sex. Pompe-  
ius) De Sex. Pompeio rebusq; ab eo & cum eo gestis



64  
IN LIBRUM SEXTVM  
Liuius libr. 127. & sequentibus. Appianus libr. 5. Dio.  
48. & 49. Florus libr. 4. cap. 8. Cum Statilio Tau-  
ro) Dio libr. 48. Menam non cum Tauro, sed cū Cal-  
uifio Sabino bellum aduersus Menecratē gefisse tra-  
dit. Scyllaceum) Dio σκύλακτον habet, Appianus  
σκύλακιον. Virgil. lib. 3. Aeneid. Naufragum Scyla-  
ceum dicit, quo in loco de huius nominis ratione Pie-  
rius & Erythraeus. Ventidius Perfas) Dere a P. Ven-  
tidio prospere cum Parthis gesta Plutarchus in Anto-  
nio, Dio li. 48. & 49. Flor. li. 4. cap. 9. Valerius lib. 6.  
cap. 10. Iulsi tūque vt Antigono) Lege Iosephum lib.  
14. Antiquit. Aduersus Democharem) In alijs  
corruptē est, Democham. δὲ μὲν ἄλλω Appianus &  
Dio nominant. Suetonius quoque Democharem bene  
habet. Lepidus magna XV. legio) De Lepidi dis-  
fensione cū Octauiano, & quomodo coactus fuerit  
abdicare copiosē Dio. li. 49. Appia. 5. Velleius 2. Veste  
pulla) In quibusdam pura, mendosē legitur. Dio.  
ἡ ὕστατος ἡ ἐκείνος ἡναγκαδίον ἐβελοντὴς εἰ ἐδῆτι-  
φωτὶ ἰκέρης αὐτῆς γυνεῖσθαι. id est, Hoc modo Lepidus  
quoq. adactus, assumpta veste pulla vitro supplex Cæ-  
sari factus est. Velle etiam scribit, Lepidum pullo ve-  
laturum amiculo genibus Cæsaris aduolutum. Taur-  
us totam pene Siciliam) Vide ne, Africā, potius  
legendū sit. Nam Tauri virtute Octavianus vtran-  
que Africā obtinuit, auctore Dione. Ex Africa eum  
triūphasse indicant tabula Capitolinae, in quibus est,  
T. STATILIVS. T. F. TA VRVS PRO COS EX AFRICA. A.  
DCCXIX. PRIDIE K. IUL. Quans vrbe ingressus)  
Hinc in Capitolinis triumphus est, IMP. CÆSAR DI-  
VIF. C. N. II. III. VIR R. P. C. II. OVANS EX SI-  
CILIA.

ANNOTATIONES,  
CILIA. A. DCCXVII. IDIB. NOVEMBR.

565

### In Caput XIX.

Antonius vero postquam) De infelici bello An-  
tonij cum Parthis præter Plutarchum lege Velleium.  
A Titio & Furnio) Ita recte libri antiqui. Vulgo,  
Tito, & Formo, corruptē legitur. Sex. Pompeiū a M.  
Titio & Furnio occisum scribūt quoq. Appia & Dio.  
Titij meminit Velleius. Antonius Arrabanem)  
Hanc historiam lege in Dionis li. 49. & in epitoma  
Liuiana 122. Ipsum Actium) De bello Actiaco, quo  
Antonius & Cleopatra victi sunt a Cæsare Plutar-  
chus in Antonio, Dio. libro 50. Florus lib. 4. ca. 11. Eus-  
tropius lib. 7. Velleius & alij. P. Canidius) Ita recte  
libri manuscripti, cum vulgo Caninius legatur. Vide  
Plutarchum & Velleium. Cælius Parmensis) Hu-  
ius meminit quoq. Velleius. Apud Appianum libro  
quinto est, Κίσιος ὁ παρμησιος.

### In Caput XX.

Anno ab vrbe condita DCCXXV.) Ita nu-  
merat etiā Dio, li. 51. Collega autem Cæsaris in quin-  
to consulatu Sex. Appuleius, non Lucius ab alijs om-  
nibus appellatur. VIII. Idus Ianuar.) Cæsar si Ma-  
crobiū lib. 1. Saturnal. sequimur, Sextili mense, non  
Ianuario triplici triumpho ingressus est vrbe. Nā  
cum primū) Hoc ex Suetonij Augusto descriptū est.  
Refert idē Iulius Obsequens. Cū & Ianū) De Iano  
clauso mentio fuit initio libri primi. Hinc Virgilius  
Aen. dixit, Claudetur belli porta. Augusti nomen)  
Cæsare a senatu caterisq. ciuibus sententia Munatij  
Planci Augustum dictum fuisse ante diem XVI. K.

Nu 3

Febr.



566 IN LIBRVM VI. ANNOTAT  
*Febr. se septimum & M. Vipsano Agrippa Coss. Cen-  
sorius scribit.*

*In Caput XXI.*

Cæsare sexies, & bis M. Agrippa) Agrippam  
hoc anno iterum Consulem fuisse Castiodorus quoq;  
testatur Recte igitur Guil. Xylander apud Dionem  
initio li. 53. ubi rōy legitur. scribendū monet rōß. De  
bello Cantabrico Dio, & Florus lib. 4. cap. vlt. Iidem  
de alijs quoque bellis, quorum hic mentio. sunt legen-  
di Post hoc Claudius Drusus) Bellum cum Rhe-  
tis gestum est Druso & Pisone Coss. anno vrbs DCC-  
XXXVIII. Cossus dux) De hoc & rebus ab eo gestis  
Diodor. libr. 55.

*In Caput XXII.*

Iani portas tertio) Augustum Ianum ter clau-  
sisse Suetonius etiam testatur. Domini ap-  
pellationem) Hac descripta sunt è  
Trāquilli Augusto. Censum  
agi) Censu hic è Lu-  
ca satis notus  
est.

PAVLI

PAVLI OROSII  
HISPANI ADVERSVS  
PAGANOS HISTORIA-  
RYM LIBER SEPTIMVS.

*Vnum solum verumq; deum, mundi omniumq;  
conditorem, atque adeo potentiam suam ac pati-  
entiam, per vnum hoc est Christum, voluisse ho-  
minibus innotescere.*

CAPVT I.



Vificientia vt arbitrōr docu-  
menta collecta sunt, quibus  
absque vllō arcano, quod  
paucorum fidelium est, pro-  
bari de medio queat, vnum  
illum & verum deum, quem Christiana  
fides prædicat, & condidisse mundū cre-  
aturamq; eius cum voluit, & disposuisse  
per multa, cum per multa ignoraretur,  
& confirmasse ad vnum, cum per vnicum  
declaratus est, simulq; potentiam pati-  
entiamq; eius multimodis argumentis  
eluxisse. In quo quidem angustas, deie-  
ctasq; mentes offendi paulisper intelli-  
go, quod tantæ potentæ patientia tanta  
miscetur. Si enim potens erat, inquit,  
creare mundum, componere pacem mun-



di, insinuare mundo cultum ac notitiam  
quid opus fuit tanta, vel vt ipsi senti-  
unt, tam perniciofa patientia, vt in vltimo  
erroribus, cladibus, laboribusque homi-  
num fieret, quod à principio virtute eius,  
quem prædicas dei, sic potius cœpisse po-  
tuiffet? Quibus quidem veraciter respon-  
dere possem, ad hoc ab initio creatū & in-  
stitutū humanum genus, vt sub religione  
cum pace sine labore viuens, fructu obe-  
dientiæ æternitatem promereretur: sed  
abusum bonitate creatoris, libertatem in-  
dulgentis in contumacem vertiffie licen-  
tiam, atque ex contemptu in obliuionem  
defluxiffie, iustamque nunc effie patien-  
tiam dei, & iustam in vtramque partem,  
vt nec contemptus disperdat in totum,  
cui misereri velit, & affici laboribus, dum  
velit, finat contemptus potens. Deinde  
subfequens effie, iustè semper adhibere  
quamuis ignorantie gubernationem, cui  
aliquando pie restitutus sit pœnitenti  
antiquæ gratiæ facultatem. Sed hæc quo-  
niam etsi veriffime fortiffimeque dicun-  
tur, fidelem tamen atque obedientem  
requirunt: mihi autem, videro an aliquan-  
do credituris, certè nunc cum incredulis  
actio est, promptius ea proferam, quæ  
ipfi &

ipfi & si probare noluerint, improbare  
non possint. Itaque quantum ad consci-  
entiam humanarum mentium pertinet,  
vtique sub reuerentia religionis & con-  
fessione, cultuque supernæ potentiæ vi-  
uimus, distante dūtaxat fide: quia nostrū  
est fateri, ex vno & per vnum deum con-  
stare omnia: illorum tam multos deos pu-  
tare, quàm multa sunt elementa. Si poten-  
tiæ dei, inquit, quem prædicatis fuit,  
vt Romanum imperium tam amplum, ac  
tam sublime fieret, cur igitur patientia e-  
iusdem obsuit vt ante non fieret? Quibus  
sub eodem verbo respōdebitur: Si poten-  
tiæ deorum, quos prædicatis fuit, vt Ro-  
manū imperium tam amplū ac tam subli-  
me fieret, cur igitur patientia eorundem  
obsuit vt ante non fieret? an ipsi dij non-  
dum erant? an adhuc Roma ipsa nō erat?  
an illi non colebantur? an hæc nondum i-  
donea imperio videbatur? Si nondum e-  
rant dij, cessat intentio. Vt quid enim iam  
ibi eorum discussio moram, vbi ne ipsam  
quidem inuenio naturam? Si autem erant  
dij, aut potentia eorum, vt ipsi iudicant,  
aut patientia in culpa est: vel patientia, si  
fuit: vel potentia, si defuit: aut si magis  
suadibile videtur fuisse, tunc quidē deos



qui prouehere potuissent, sed nondum extitisse Romanos qui prouehi iure possent. Nos auctorem rerum potentiam, non artificem scientiam quaerimus. De dijs quippe (vt putant) magnis, non de fabris vilissimis quaestio est, quibus nisi materia accedat, ars cessat. Si enim praescisse illis ac voluisse praesto semper fuit, immo etiam subiacente praescientia, quia apud omnipotentiam de operibus duntaxat suis, hoc est, praescire, quod velle, quodcunque illud praesciebatur, cui voluntas astipularetur, non expectari oportuit, sed creari: maxime cum & Iouem illum suum a ceruos formicarum in populos hominum ludo vertere solitum ferant. Porro autem de cura, caerimoniarum nec recensendum arbitror: quoniam inter sacra continua incessabilibus cladibus nullus finis, ac nulla requies fuit, nisi cum saluator mundi Christus illuxit: cuius aduetui praedestinata fuisse imperij Romani pacem, & si iam sufficienter ostendisse me arbitror, paucis tamen adhuc supplere conabor.

*Babylonem & Romam, regnumq; illius & huius in plerisque omnibus conuenire. De quatuor mundi monarchijs, de incendio quodam Romae, Christi & Abraham saeculis.*

**P**incipio secundi libelli cum tempera Romanae condicionis stili tenore perstringerem, multa conuenienter inter Babyloniam urbem Assyriorum tunc principem gentium, & Romam aequae nunc gentibus dominantem, compacta conscripti. fuisse illud primum, hoc vltimum imperium: illud paulatim cedens, at istud sensim conualecens: defluxisse illi sub vno tempore nouissimum regem, isti primum fuisse: illam deinde tunc inuadente Cyro captam velut in mortem concidisse, cum istam fiducialiter assurgentem, post expulsos reges, liberis vti coepisse consilijs: praecipue cum vindicante libertatem suam Roma, tunc quoque Iudaeorum populus, qui apud Babyloniam sub regibus seruebat, in sanctam Hierusalem recepta libertate redierit, templumque domini sicut a prophetis praedictum fuerat, reformarit. Praeterea intercessisse dixeram inter Babylonium regnum, quod ab oriente fuerat, & Romanum, quod ab occidente conuersus hæreditate orientis enutriebatur, Macedonicum Africanumque regnum, hoc est, quasi a meridie ac septentrione breuibus vicibus partes tutoris curatorisque



372  
que tenuisse. Orientis & occidentis re-  
gnum Babylonium & Romanum iure vo-  
citari, neminem vnquam dubitasse scio.  
Macedonicū regnum sub septētrione esse  
cū ipsa celi plaga, tū Alexandri Magni  
aræ positæ vsq; ad nunc sub Ripheis mon-  
tibus docent. Carthaginē vero vniuersæ  
præcelluisse Africæ, & non solum in Sici-  
liam, Sardinia, cæteraq; adiacentes insu-  
las, sed etiā in Hispaniam regni terminos  
tetendisse, historiarū simul monimenta  
urbiumq; declarant. Dictum est etiam va-  
stata per Medos Babyloniæ, & irruptæ  
per Gothos Romæ pares admodum an-  
norum numeros cucurrisse. Nunc autem  
his illud adijcio, quo magis clareat vnum  
esse arbitrum sæculorum, regnorum, lo-  
corumque omnium Deum. Regnum Car-  
thaginense à conditione vsque ad euer-  
sionem eius, paulo amplius quam septin-  
gentis annis stetit: æque regnum Mace-  
donicum à Carano vsque ad Persen paulò  
minus quam DCC. vtrumque tamen se-  
ptenarius ille numerus, quo iudicantur,  
omnia terminauit. Roma ipsa etiam quā-  
uis ad aduentum domini nostri Iesu Chri-  
sti perfecto prouheretur imperio, tamē  
paululum, & ipsa in occurſu numeri hu-  
ius of-

ius offendit. Nam septingentesimo con-  
ditionis suæ anno, quatuordecim vicōs  
eius, incertum vnde consurgens flamma  
cōsumpsit, nec vnquam, vt ait Liuius, ma-  
iore incendio vastata est, adeo, vt post ali-  
quot annos, Cæsar Augustus ad repara-  
tionem eorum, quæ tunc exusta erant,  
magnam vim pecuniæ ex ærario publico  
largitus sit. Poteram quoque ostendere,  
eundem duplicatum numerum mansisse  
Babyloniæ, quæ post mille quadringen-  
tos & quod excurrit annos, vltimè à Cy-  
ro rege capta est, nisi præsentium contem-  
platione reuocaret. Illud sane libeter ad-  
ijcio, quia primi illius regum omniū Ni-  
ni) quamuis & pater eius Belus obscure  
primus regnasse referatur) illius ergo Ni-  
ni anno, post quā regnare cœperat XLIII.  
natus est sanctus ille Abraam, cui dictæ  
sunt repromissiones, ex cuius semine pro-  
missus est Christus: deinde nūc primi isti-  
tus imperatorum omniū Augusti Cæsaris  
(quamuis & pater eius Cæsar metator im-  
perij potius quam imperator extiterit) i-  
stius inquam Cæsaris, posteaquā imperare  
cœpit, emenso propemodū anno XLII.  
natus est Christus, qui Abrææ sub Nino  
primo rege fuerat repmissus. Natus est  
autem



autem VII. Kalend. Ianuarij, quando primum incrementa omnia anni venientis incipiunt. Ita factum est, vt cum Abraam XLIII. anno natus sit, sub fine XLII. natiuitas Christi conueniret, vt iam non iple in parte tertij anni, sed in ipso potius tertius annus oriretur. Qui annus, quantis, quā nouis, quamque inusitatis bonis abundauerit, satis etiam me non proferente compertum haberi arbitror. toto terrarū orbe vna pax omnium, non cessatione, sed abolitione bellorum, clausæ, Iani gemini portæ, extirpatis bellorum radicibus, nō repressis, census ille primus & maximus fuit, cum in hoc vnum Cæsaris nomē vniuersa magnarum gentiū creatura iurauit, simulque per communionem census, vniuersa societatis effecta est.

*Christus quando ad hominum salutē natus, quomodo statim vexatus. de ingenti Romæ fame, & ingi pace.*

CAPVT III.

**I**gitur anno ab vrbe cōdita DCCLII. natus est Christus, salutarem mundo afferens fidem, vere petra medio rerū posita: vbi comminueretur, qui offenderet: qui crederet, saluaretur. vere ignis ardēs, quem qui sequitur, illuminatur: qui tentat, ex-

tat, exuritur. Ise est Christus, Christianorum caput, saluator bonorum, malorū punitor, iudex omnium, qui formam subsecuturis verbo & opere statuens, quo magis doceret patientis in persecutionibus, quas pro vita æterna exciperent, esse oportere, mox vt virginis partu editus mundo apparuit, de passionibus suis cepit. Namque cum rex Iudææ Herodes ff. Match 2. mul vt natum comperit, necare decreuit, plurimosque tunc paruulos, dum vnum infectatur, occidit. Hinc malignis improbè incurrentibus digna punitio est. Hinc in quantū tranquillè agitur mundus, credentium gratia, in quantum perniciosè inquietatur, blasphemantium pœna est: securis per omnia Christianis fidelibus, quibus aut æternæ vitæ requies in tuto, aut etiam huius in lucro est quod promptius cum per ordinem referam, ipsis rebus ostendam. Postquam redemptor mundi dominus Iesus Christus venit in terras, & Cæsaris censu ciuis Romanus ascriptus est, dum per duodecim, vt dixi, annos, clausæ belli portæ beatissima pacis tranquillitate cohibentur, Caium nepotem suum Cæsar Augustus ad ordinandas Aegypti Syriæque prouincias misit, qui præte-



præteriens ab Aegypto fines Palæstinæ, apud Hierosolymam in templo dei tunc sancto & celebri adorare contempsit, sicut Suetonius Tranquillus refert. Quod Augustus, ubi per eum comperit, prauo vsu iudicio, prudenter fecisse laudauit. Itaque anno imperij Cæsaris quadragessimooctauo, adeo dira Romanos fames cōsecuta est, vt Cæsar lanistarum familias, omnesque peregrinos, seruorum quoque maximas copias, exceptis medicis & præceptoribus, trudi vrbe præceperit. Ita peccate principe in sanctum dei, & correpto per famem populo, quãtitatē offensionis qualitas ultionis ostendit. Deinde, vt verbis Cornelij Taciti loquar, sene Augusto Ianus patefactus, dum apud extremos terrarum terminos nouæ gentes sæpe ex usu, & aliquando cum damno quaruntur, vsque ad Vespasiani durauit imperium. Hucusque Cornelius. Cæterum & tunc capta euerfaque vrbe Hierosolymorum, sicut prophete prænuntiauerunt, extinctisque Iudæis, Titus qui ad vindicandum Domini nostri Iesu Christi sanguinem iudicio dei fuerat ordinatus, victor triumphans cum Vespasiano patre Ianu clausit. Igitur etsi sub extremis Cæsaris

laris temporibus apertus est Ianus, tamen per multa ex eo tempora, quamuis in prociectu esset exercitus, nulla bella sonuerunt. Vnde etiã dominus ipse Iesus Christus in euãgelij, cum temporibus illis in summa tranquillitate vniuersus mundus ageret, cunctasque gentes pax vna velaret, & à discipulis suis interrogatus esset, de conclusione temporum subsequentiũ, inter cætera sic ait: Audituri autem estis prælia & opiniones præliorum. vide te ne turbemini. Oportet enim hæc fieri: sed nondum est finis. Consurget enim gens in gentem, & regnum in regnum, & erunt pestilentia, & fames & terræ motus per loca. Hęc autem omnia initia sunt dolorum. Tunc tradent vos in tribulationem, & occident vos: & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meũ. Hoc autem diuina prouidentia docens, & credentes præmonendo firmavit, & incredulos prædicendo confudit.

*De vita & gestis Tyberij Cæsaris. quomodo Christum amplexus sit, de eius crudelitate in pluri-  
mos.*

## CAPVT IIII.

**A**Nno ab vrbe condita septingentesimo LXVII. post mortem Augusti Cæsa-



## PAVLI OROSII

Cæsaris Tiberius Cæsar imperium adeptus est, mansitque in eo annis viginti & tribus. Hic per semetipsum nulla bella gessit, sed ne per legatos quidē aliqua graua, nisi quod tantum aliquantis in locis præcogniti cito gentium tumores comprimebantur. Sane quarto imperij eius anno Germanicus Drusi filius, Caligulæ pater, de Germanis, ad quos ab Augusto sene missus fuerat, triumphauit. Ipse autem Tiberius plurima imperij sui parte, cum magna & graui modestia Reip. præfuit, adeo vt quibusdam præsidibus augenda prouincijs tributa suadētibus, scripserit: Boni pastoris esse, tondere pecus, non deglubere. At postquam passus est dominus Christus, atque à mortuis resurrexit, & discipulos suos ad prædicandū dimisit, Pilatus præses Palæstinæ prouinciæ ad Tiberium imperatorem atque ad senatum retulit de passione & resurrectione Christi, consequentibusque virtutibus, quæ vel per ipsum palam factæ fuerant, vel per discipulos ipsius in nomine eius fiebant, & de eo quod certatim crescente plurimorum fide Deus crederetur. Tiberius cum suffragio magni fauoris retulit ad senatum, vt Christus Deus haberetur.

## LIBER SEPTIMVS.

579

beretur. Senatus indignatione motus, cur non sibi prius secundum morem delatum esset, vt de suscipiendo cultu prius ipse decerneret, consecrationem Christi recusauit, edicto que constituit exterminandos esse vrbe Christianos: præcipue cum & Seianus præfectus Tiberij, suscipiendæ religioni obstinatissimè contradiceret. Tiberius tamen edicto accusatoribus Christianorum mortem cōminatus est. Itaque paulatim immutata est illa Tiberij Cæsaris laudatissima modestia, in pœnam contradictoris senatus. Nam regi, quæcunque voluntate faciebat, voluptas erat: atq; ex mâsuetissimo principe sæuissimabestia exarsit. Nam plurimos senatorum proscripsit & ad mortem coëgit. Viginti sibi patricios viros consilij caulegerat, horum vix duos incolumes reliquit, ceteros diuersis causis necauit. Seianum præfectum suum res nouas molientē interfecit. Filios suos Drusum & Germanicum, quorū Drusus naturalis, Germanicus adoptiuus erat, manifestis venenifignis perdidit. Filios Germanici filij sui interfecit. Referre singillatim facta eius horret animus, pudetque. tāta libidinis & crudelitatis rabie efferbuit, vt qui spreuerant



PAVLI OROSII  
uerant Christo rege saluari, rege Cæsare  
punirentur. Huius tamen imperij anno  
duodecimo noua & incredibilis clades  
apud Fidenatium urbem accidit. Amphitheat  
i cauea populo gladiatorium munus  
spectate collapsa est, & plusquam viginti  
millia hominum occidit. Dignum sane  
posteris tantæ correptionis exemplum,  
tunc ad spectandas hominum mortes  
audios homines conuenisse, quando pro  
salute hominum prouidenda Deus homo  
esse voluisset. Deinde anno eiusdem  
XVII. cum dominus Iesus Christus uoluntariè  
quidem se tradidit passioni, sed impie à  
Iudæis apprehensus, & patibulo suffixus  
est, maximo terræ motu per orbem facto,  
saxa in montibus scissa sunt, maximarumque  
urbium plurimæ partes plus solita cõcussione  
ceciderunt. Eadẽ quoque die ad horam  
diei sextã sol in totum obscuratus,  
tetraque nox subito obducta terris est,  
& sicut dictum est, Impiaque æternam  
timuerunt sæcula noctem. Vique adeo  
autem neque lunã lumini solis, neque  
nubes obstitisse manifestum est, vt  
XIII. ea die lunam tota cœli regione  
interiecta, longissimè à conspectu solis  
abfuisse, & stellas tunc diurnis horis,  
vel potius

tius in illa horrenda nocte toto cœlo fulsisse  
referatur. Quod non solum sanctorum  
euangeliorum fides, sed etiã aliquanti  
Græcorum libri attestantur. Iam hinc  
post passionem domini, quẽ Iudæi quantum  
in ip[s]is fuit persecuti sunt, continuæ  
clades Iudæorum, donec exinaniti disper  
si que deficient, incessabiliter strepunt.  
Tiberius si quidem iuuentutem eorum per  
speciem sacramenti in prouincias grauioris  
cœli relegauit, reliquos gentis eiusdem  
vel similia sectantes vrbe submouit,  
sub pœna perpetuæ seruitutis, nisi obtem  
perassent. Sane Asiæ ciuitates illo terræ  
motu dirutas, tributo dimisso, propria et  
iã libertate donauit. Hic ambiguus signis  
veneni obiit.

*C. Caligula Cæsaris mores, res gesta & crudelia  
facinora.*

## CAPVT V.

**A**Nno ab vrbe condita septingentesimo  
mo XC. tertius ab Augusto Caius  
Caligula cepit regnare, mansitque in im  
perio annis nõ plenis quatuor, homo ante  
se omnium flagitiosissimus, & qui vere  
dignus Romanis blasphemantibus, & Iudæis  
persecutoribus punitor adhibitus  
videretur. Hic, vt breuiter magnitudinem



crudelitatis eius exprimam, exclamasse fertur: Vtinam populus Romanus vnam ceruicem haberet. Sæpe etiam de conditione temporum suorum conquestus est, quod nullis calamitatibus publicis insignirétur. O beata germina tēporis Christiani, quantum præualuisti in rebus humanis, vt etiam crudelitas hominis magis potuerit clades desiderare, quàm inuenire. Ecce de tranquillitate generali feritas ieiuna conqueritur. Furor impius intus sæua sedens super arma, & centum vinctus ahenis. Post tergū nodis, fremit horridus ore cruento. Serui rebelles & fugitiui gladiatores perterruere Romam, euertere Italiam, Siciliam deleuere, iam pene vniuerso humano generi toto orbe metuendi. In diebus autem salutis, hoc est, temporibus Christianis, conuellere quietem non potest vel Cæsar infestus. Hic siquidem magno & incredibili apparatu profectus quærere hostem viribus octosis, Germaniam Galliamque percurrans, in ora oceani circa prospectum Britâniæ restitit. Cumque ibi Minocynobellinum Britannorum regis filiū, qui à patre pulsus cum paucis oberrabat, in deditionem recepisset, deficiente belli materia, Romanam

nam redijt. Iisdem autem diebus Iudæi, qui iam tunc ob passionem Christi meritis vbique cladibus exagitabantur, apud Alexandriam seditione excitata, profligati cæde, atque vrbe propulsi, expromédarum querelarū causa Philonē quendam virum sane in primis eruditum, legatum ad Cæsarem miserunt. Sed Caligula cum omnibus hominibus, tum præcipue Iudæis infestissimus, spreta legatione Philonis, omnes Iudæorum sacras ædes, atque in primis antiquum illud in Hierosolymis sacrarium profanari sacrificiis gentilium, ac repleti statuis simulacrisque imperauit, seque ibi vt Deū coli præcepit. Pilatus autem præses, qui sententiam damnationis in Christū dixerat, postquam plurimas seditiones in Hierosolymis excepit, ac fecit, tantis irrogante Cæsarioribus coartatus est, vt sua se transuerberans manu, malorum compendium mortis celeritate quæsierit. Caius Caligula libidinibus suis etiam illud sceleris adiecit, vt sorores suas primum stupro pollueret, deinde exilio damnaret: qui post omnes simul exules iussit occidi. Ipse autem à suis protectōribus occisus est. Duo libelli in secretis eius reperti



sunt, quorum alteri pugio, alteri gladius pro signo nominis ascriptum erat:ambo lectissimorum virorum vtriusque ordinis senatorij & equestris nomina & notas continebant morti destinatorum. Inuenta est & arca ingens variorum venenorum, quibus mox Claudio Cæsare iubente demersis, infecta maria traduntur non sine magno piscium exitio, quos enecatos per proxima litora passim æstus eiecit. Magnum vero indicium miseratis Dei, propter suffragium gratiæ in populum continuo ex parte crediturum, & propter iræ temperamentum, in populum, tunc infideliter obstinatum, vt quanta multitudo hominum præparatam mortem euaserit, ex multitudine interfectorum pisciũ disceretur: omnibusque notesceret, quid tanta veneni moles arte aucta, agere in misera ciuitate potuisset: quæ negligenter effusa, etiam maria corruptit.

*Claudij Tiberij Cæsaris vita & res gesta, & grauißima sub eo fames Romæ.*

## CAPVT VI.

**A**Nno ab vrbe condita DCCXCV. Tiberius Claudius ab Augusto quartus, regnum adeptus est, mansitque in eo annis quatuordecim. Exordio regni eius Petrus

Petrus apostolus domini nostri Iesu Christi Romam venit, & salutarem cunctis erudentibus fidem fideli verbo docuit, potētissimisque virtutibus approbavit. Atque ex in Christiani Romæ esse cœperūt. Sensit hoc collatum fidei suæ Roma beneficium. Nam cum interfecto Caligula multa de abrogando imperio, ac repub. in antiquum ordinem restituenda, euertendaque penitus Cæsarum vniuersa familia senatus & consules decreuissent, Claudius mox vt confirmavit imperium, magna atque adhuc Romæ incognita vsus clementia, ne in tantam nobilium multitudinem vltio si esset cœpta, læuiret biduum illud, quo de reipub. statu infeliciter consultatum actumque fuerat, memoriæ exemit, omniumque factorum distorumue in eo veniam & obliuionem in perpetuum sanxit. Ita illam præclaram & famosam Atheniensium amnestiam, quam quidem Romæ inducere Iulio Cæsare interfecto senatus, Cicerone suadente, tentauerat: sed Antonio & Octauiano propter vltionē extincti Cæsaris irrupentibus, in irritū cesserat: hanc Claudius, quamuis multo truculentiore causa in cædem conspiratorum stimularetur, vltro nea clementia



nullo expetente firmavit. Accidit etiam eodem tēpore præsentis gratiæ Dei grande miraculum: siquidem Furius Camillus Scribonianus Dalmatiæ legatus, bellū ciuile molitus, legiones multas fortissimasque ad sacramenti mutationem pellegerat. Itaque die \* dicto, vt in vnum vndiq; ad nouum imperatorem conueniretur, neque aquilæ ornari, neque cōuelli quoquo modo signa moueriue potuerūt. Exercitus tanta & tam inusitata miraculi fide motus, & conuersus in pœnitentiam, Scribonianum quinto statim die destitutum interfecit, seseque sacramento prioris militiæ continuit. Tristius ac perniciosus vrbi Romæ nihil vnquã fuisse, quàm bella ciuilia, satis notum est. Itaque propter aduentum apostoli Petri, & tenera Christianorum germina, vix dum adhuc pauca ad sanctæ fidei professionē erumpentia, hanc exorientem tyrannidem, & confurgens istud ciuile bellum neget quisquam diuinitus esse compressum, qui præteritis temporibus de compressione bellorum ciuiliū simile probarit exemplum? Claudius quarto imperij sui anno, cupiens se vtilem reip. ostentare principem, bellum vbique & victoriam vnde-

\* dato.

vndecunque quæsiuit. Itaque expeditionem in Britāniam mouit: quæ excitata in tumultum propter non redditos transfugas videbatur, transuectusque in insulam est, quā neque ante Iulium Cæsarem, neque post eum quisquā adire ausus fuerat. Ibi que, vt verbis Suetonij Tranquilli loquar, sine vllō prælio ac sanguine intra paucissimos dies plurimam insule partem in deditioem recepit. Orcadas etiam insulas vltra Britāniam in oceano positas, Romano adiecit imperio, ac sexto quàm profectus erat mēse Romam redijt. Conferatur nunc, si cuiquam placet, insula & insula, tempus & tempus, bellum & bellum, Cæsar & Cæsar. Nam de fine nihil profero: quoniam hoc felicissima victoria, illud acerbissima clades fuit: & sic demum Roma cognoscat, per eius latentem providentiam in augendis rebus antea se partem felicitatis habuisse, cuius agnitione suscepta, plenissima felicitate perfruitur, in quantum non tamen blasphemiarum offendiculis deprauatur. Eodem anno imperij eius fames grauissima per Syriam facta est, quā etiam prophetæ prænuntiauerant: sed Christianorum necessitatibus apud Hierosolymam, conuectis



## PAVLI OROSII

uectis ab Aegypto frumentis, Helena Adiabenorū regina cōuerſa ad fidē Christi, largiſſimē miniſtrauit. Anno imperij eius quinto, inter Theram & Theraſiam inſula de profundo emicuit triginta ſtadium ſpatio extenta. Anno eius ſeptimo, ſub procuratore Iudææ Cumano, in Hieroſolymis tanta ſeditio in diebus azy morum exorta eſt, vt in portarum exitu populo coartato, triginta millia Iudæorū cæde proſtrata & compreſſione ſuffocata referantur. Anno eiſdem nono, expulſos per Claudium vrbe Iudæos, Iosephus refert, ſed me magis Suetonius mouet, qui ait hoc modo: Claudius Iudæos impulſore Chriſto aſidue tumultuātes Roma expulit. Quod, vtrum contra Chriſtū tumultuantes Iudæos coërceri & compri mi iuſſerit, an etiā Chriſtianos ſimul velut cognatæ religionis homines voluerit expelli, nequaquam diſcernitur. Veruntamen ſequenti anno tanta fames Romæ fuit, vt medio foro imperator correptus à populo conuitijs & fragminibus panis turpiſſimē inſeſtatus, ægre per Pſeudotyrum in palatium refugiens ſurorem excitatæ plebis euaserit. Paruo autem intercedēte tempore trigintaquinque ſenatores &

## LIBER SEPTIMVS.

589

& trecentos ſimul equites Romanos minimis cauſis interfecit: ipſe autem manifeſtis veneni ſignis eſt mortuus.

*Neronis Claudij Caſaris ſædi mores, & ſceſta facinora.*

## CAPVT VII.

**A**Nno ab vrbe condita octingentefimo octauo Nero Caſar ab Auguſto quintus, principatū adeptus eſt, manſitque in eo annis non plenis quatuordecim, Caij Caligulæ auunculi ſui erga omnia vitia ac ſceſta ſectator, immò tranſgreſſor, petulantiam, libidinem, luxuriam, auaritiā, crudelitātē nullo non ſcelere exercuit. ſiquidem petulantia percitus omnia pene Italiæ ac Græciæ theatra perluſtrans, aſſumpto etiam varij veſtitus dedecore, \*ceritos, cithariſtas, tragædos & aurigas ſepe ſibi ſuperaffe vilis eſt. Libidinibus porro tantis exagitatus eſt, vt ne à matre quidem vel ſorore vllāue conſanguinitatis reuerentia abſtinuiſſe referatur, virum in vxorem duxerit, ipſe à viro vt vxor acceptus ſit. Luxuriæ vero tam effrenatæ fuit, vt retibus aureis piſcicaretur, quæ purpureis funibus extraherentur: frigidis & calidis lauret vnguentis. Qui etiam nunquam minus M. carrucis confe-



consecisse iter traditur. Denique vr̄bis  
Romæ incendium voluptatis suæ spe-  
ctaculum fecit. Per sex dies septemque  
noctēs ardens ciuitas, regio pauit aspe-  
ctus. Horrea quadrio structa lapide, ma-  
gnæque illæ veterum insulæ, quas discun-  
rens adire flamma non poterat, magnis  
machinis quondam ad externa bella præ-  
paratis, labefactatæ atque inflamatæ sunt  
ad monumentorum bustorumque diuerso-  
ria infelici plebe compulsæ. Quod ipse ex  
altissima illa Mæcenatiana turre prospè-  
ctans, lætusque flammæ (vt aiebat) pulchri-  
tudine, tragico habitu Iliadē decantabat.  
Auaritiæ autem tam præruptæ extitit, vt  
post hoc incendium vr̄bis, quam se Augu-  
stus ex lateritia marmoreâ reddidisse iā-  
ctauerat, neminem ad reliquias rerū sua-  
rum adire permiserit, cuncta quæ flammæ  
quoquo modo superfuerant, ipse abstulit.  
Centies centena millia sestertiūm an-  
nua ad expensas à senatu sibi conferri im-  
perauit. Plurimos senatorum, nulla ex-  
tante causa, bonis priuauit. Negotiato-  
rum omnium sub vna die, tormentis quo-  
que adhibitis, omnem penitus censum ab-  
sterfit. Crudelitatis autem rabie ita esse-  
ratus est, vt plurimam senatus partem in-  
terfere-

terfecerit, equestrem ordinem pene de-  
stituerit. Sed ne parricidijs quidem absti-  
nuit, matrem, fratrem, sororem, vxorem  
cæterosque omnes cognatos, & propin-  
quos sine hæsitatione prostrauit. Auxit  
hanc molem facinorum eius temeritas  
impietatis in deum. Nam primus Romæ  
Christianos supplicijs & mortibus affe-  
cit, ac per omnes prouincias pari perse-  
cutione excruciarī imperauit: ipsumque  
nomen extirpare conatus, beatissimos  
Christi apostolos Petrum cruce, Paulum  
gladio occidit. Mox aceruatim mise-  
ram ciuitatem obortæ vndique clades  
oppressere. Nam subsequente autumno  
tanta vr̄bi pestilentia incubuit, vt trigin-  
ta millia funerum in rationē Libitinæ ve-  
nirent. Britānica deinde clades è vesti-  
gio accidit, qua duo præcipua oppida,  
magna ciuium sociorumque clade & cæ-  
de direpta sunt. Præterea in oriente ma-  
gnis Armeniæ prouincijs amissis Roma-  
næ legiones sub iugum Parthicum missæ,  
ægreque Syria retenta est. In Asia tres vr̄-  
bes, hoc est, Leodicea, Hierapolis, Co-  
lossæ terræmotu cōciderūt. At vero Ne-  
ro postquam Galbam in Hispania impe-  
ratorem creatum ab exercitu cognouit,  
totus



totus animo ac spe concidit. Cumque incredibilia perturbandæ, immò subruendæ reipub. mala moliretur, hostis à senatu pronuntiatus, & ignominiosissimè fugiens, ad quartum ab vrbe lapidem sese ipse interfecit, atque in eo omnis Cæsarum familia consumpta est.


*De Galbæ, Othonis & Vitellij imperio, & moribus & facinoribus.*

## CAPVT VIII.

**A**Nno ab vrbe condita octingentesimo XXIII. Galba apud Hispanias vlurpauit imperium: qui mox vt Neronis mortem comperit, Romam venit. Cumque omnes auaritia, sæuitia, segnitiaque offenderet, Pisonem sibi nobilem industriumque adolescentem in filium atque in regnum adoptauit: cum quo septimo mēse imperij sui ab Othone iugulatus est. Luit Romæ cædibus principum, excitationisque ciuilibus bellis, recentes Christianæ religionis iniurias: & signa legionum illa, quæ sub aduentu in urbem Petri apostoli diuinitus coërcita cõuelli nullo modo ad excitandum ciuile bellum valuerāt, quod per Scribonianum parabatur, Petro in vrbe interfecto, & Christianis pœnarū diuersitate laniatis, toto se orbe soluerunt.

runt. De Hispania siquidem illico Galba surrexerat: quo mox oppresso, Otho Romæ, Vitellius in Germania, Vespasianus in Syria imperia simul atque arma raperunt. Pro bent sane etiam inuiti potentiam simul & clementiam dei, qui Christianis temporibus offenduntur, quanta celeritate tantorum incēdia bellorum & excitata sunt & repressa, cum & antea minimis causis magnæ ac diuturnæ clades agitentur, & nunc maximi vndique crepantes magnorum malorum fragores, minimo negotio sopirentur. Iam enim erat Romæ, quamuis persecutione vexata ecclesia, quæ iudici omnium Christo etiam pro inimicis & persecutoribus supplicaret. Igitur Otho, cum Galba & Pione Romæ interfectis inter tumultus cædesque inuasisset imperium, ac mox creatum imperatorem in Gallia per Germanicas legiones Vitellium comperisset, bellum ciuile molitus, tribus primū leuibus prælijs, hoc est, vno apud Alpes, alio circa Placentiam, tertio circa locum, quem Castoris vocant, contra Vitellianos duces congressus victor extitisset, quarto apud Bebricum prælio, cum animaduertisset suos vinci, mense tertio quàm imperare

Pp cœpe-



PAVLI OROSII  
ceperat, se se interfecit. Vitellius victor  
Romam venit: vbi cum multa crudeli-  
ter ac nequiter ageret, incredibili etiam  
voracitatis appetitu humanam vitā pro-  
bris aggrauaret, postquam de Vespasiano  
comperit, primum deponere molitus  
est imperium: postea à quibusdam ani-  
matus, Sabinum Vespasiani fratrem nihil  
mali tum suspicantem, cum cæteris Flauianis  
in Capitolium compulit: succensq; templo,  
& mixta simul flamma ruinaque, omnes  
in vnum pariter interitum ac tumultum  
dedit. Pòst deficiēte in Vespasiani  
nomen exercitu suo destitutus, appropin-  
quantibus iam hostibus trepidus, cum se  
in quandam proximam palatio cellulam  
còtrusisset, turpissimè inde tractus,  
cum per viam sacram nudus duceretur,  
passim cunctis fimum in os eius coniectan-  
tibus, in forum deductus, VIII. quàm  
regnum præsumperat mense, apud Gemonias  
scalas minutissimorum ictuum crebris  
compunctionibus excarnificatus, atque  
inde vnco tractus, & in Tiberim  
mersus, etiam communi caruit sepultura.  
Multis autem & nefarijs modis per  
complures dies à Vespasiani militibus,  
aduersum senatum populumque Romanum

manum indiscreta eade sauitum est.

*Vespasiani Augusti & Titi imperium quomodo  
rebellantes Iudæos compresserit, ad hæc vrbe Hierosolymam  
cum templo solo aquauerit. De cæteris eorum gestis.*

CAPVT IX.

**A**Nno ab vrbe condita octingentesimo  
vigesimo quinto, breui illa quidem  
sed turbida tyrannorum tempestate  
discussa, tranquilla sub Vespasiano duce  
serenitas redijt. Nanque vt paulo \* altius \* latius  
repetam, Iudæi post passionem Christi  
destituti in totū gratia Dei, cum omnibus  
vndique malis circumuenirentur, quibusdam  
in Carmelo mōte seducti sortibus, quæ  
portenderent exortos, à Iudæa duces  
rerum potituros fore, prædictumque  
ad se trahentes, in rebellionem exarserunt.  
Extinctisq; Romanis præsidijs, legatum  
quoq; Syriæ suppctias ferentem, rapta  
aquila & cæsis copijs, fugauerunt. Ad  
hos Vespasianus à Nerone missus, Titum  
filium suum maiorem inter legatos habuit.  
Nā multas & validas legiones secum  
in Syriam traiecit. Itaque cum Iudæos  
multis eorum oppidis captis, in vrbem  
Hierosolymorū, præcipue ob diem festū  
cōgregatos obsidione clausisset, cognita



Neronis morte, hortatu plurimorum regum & ducum maximè Iosephi Iudæorū ducis sententia, qui captus, cum in vincula conijceretur, constantissimè dixerat (sicut Suetonius refert) cōtinuo se ab eodem, sed imperatore, soluendum, imperium adeptus est: relictoq; in castris ad procurationem obsidionis Hierosolymorū filio Tito, per Alexandriam profectus est Romam. Sed cognita interfectione Vitellij, paulisper Alexandria substitit. Titus vero magna ac diuturna obsidione Iudæos premens, machinis cunctisq; bellicis molibus non sine multo suorum sanguine tandem muros ciuitatis irrupit. Sed ad expugnandam interiorem templi munitionem, quā reclusa multitudo sacerdotum ac principum tuebatur, maiore vi & mora opus fuit. Quod tamen postquā in potestatem redactum opere atque antiquitate suspexit, diu deliberauit, utrū tanquam incitamentum hostium incenderet, an in testimoniū victoriæ reseruaret. Sed ecclesia dei iam per totum orbem vberimè germinante, hoc tanquam effœtum ac vacuum, nulliq; vsui bono commodum, arbitrio Dei auferendum fuit. Itaque Titus imperator ab exercitu pronuntiatus, templum

templum in Hierosolymis incendit ac diruit: quod à die conditionis primæ vsque ad diem euerfionis vltimæ, manserat annis MCII. Muros vrbs vniuersos solo adæquauit. DC. millia Iudæorum eo bel-interfecta, Cornelius & Suetonius referunt. Iosephus vero Iudæus, qui ei tunc bello præfuit, & apud Vespasianum propter prædictum imperium veniam gratiamque meruerat, scribit vndecies centena millia gladio & fame perisse, reliquias vero Iudæorum diuersis actas conditionibus toto orbe dispersas: quarum numerus ad nonaginta millia hominum fuisse narratur. Vespasianus & Titus imperatores, magnificum agentes de Iudæis triumphum, urbem ingressi sunt. Pulchrum & ignotum antea cunctis mortalibus inter trecentos viginti triumphos, qui à conditione vrbs vsque in id tempus acti erant, hoc spectaculum fuit, patrem & filium vno triumphali curru vectos, gloriosissimam ab his, qui patrem & filium offenderant, victoriam reportasse. Qui continuo omnibus bellis ac tumultibus domi forisque compressis, pacem totius orbis pronuntiauerūt, & Ianum geminum obsecratis cohiberi claustris, sexto demum



ipsi post urbem conditam censuerunt. Iure enim idem honos vltioni passionis domini impensus est, qui etiam natiuitati fuerat attributus. Tunc deinde sine vllis bellorum tumultibus in immentum Respublica Romana prouehitur: siquidem Achaia, Lycia, Rhodus, Byzantiū, \* Samos, Thracia, Cilicia, Commagene, tum primum redactæ in prouincias, Romanis iudicibus legibusq; paruerunt. Nono autem imperij eius anno tres ciuitates Cypri terramotu corruerunt, & Romæ magna pestilentia fuit. Vespasianus autem in villa propria circa Sabinos nono anno principatus sui profluuiio vētris mortuus est. Anno ab vrbe cōdita octingentesimo vigesimo octauo, Titus segregatis à numero principū Othone & Vitellio, ab Augusto octauus biennio post Vespasianum regnauit. Cuius tanta tranquillitas in imperio fuit, vt nullius omnino sanguinem in republica administrāda fudisse referatur. Et tamen tunc Romæ orto repente incendio, plurimæ ædes publicæ concrematae sunt. Abruptum tunc etiam Vesuij montis verticem magna profudisse incendia ferunt, torrentibusque flammaram vicina regionis cum vrbibus hominibusq; delesse.

\* Samo-  
thracia.

delesse. Titus cum ingenti omnium luctu in eadem villa, qua pater eius, morbo assumptus est.

*De Flauij Domitiani Caesaris imperio, rebus gestis & facinoribus.*

## CAPVT X.

**A**Nno ab vrbe condita octingentesimo tricesimo, Domitianus Titus frater, ab Augusto nonus, fratri successit in regnū. Qui per annos quindecim ad hoc paulatim per omnes scelerum gradus creuit, vt confirmatissimam toto orbe Christi ecclesiam, datis vbique crudelissimæ persecutionis edictis, conuellere auderet. Is in tantam superbiam prolapsus fuit, vt dominū sese ac deum vocari, scribi, colique iusserit. Nobilissimos è senatu, inuidiæ simul ac prædæ causa, alios palam interfecit, alios in exilium trussit, ibiq; trucidari imperauit. Libidinis intemperatia quicquid cogitari potest, fecit. Plurimas vrbis ædes, destructis populi Romani rebus, extruxit. Bellū aduersum Germanos & Dacos per legatos gessit pari reip. perniciæ, eū & in vrbe ipse senatū populūq; laniaret, & foris male circumactum exercitum alsidua hostes cæde conficerent. Nam quanta fuerint Diurpanei Dacorū



regis cum Fusco duce prælia, quantæque Romanorum clades, longo textu euoluere, nisi Cornelius Tacit. qui hanc historiam diligentissimè contexuit, de reticendo interfectorum numero, & Sallustium Crispum, & alios auctores quamplurimos sanxisse, & se ipsum idem potissimùm elegisse dixisset. Domitianus tamen prauissima elatus iactantia, sub nomine superbiorum hostium de extinctis legionibus triumphauit. Idemque efferatus superbia, qua se deum coli uellet, persecutionem in Christianos agi secundus à Nerone imperauit. Quo tempore etiã beatissimus Iohannes apostolus in Patmum insulam relegatus fuit. Inter Iudeos quoque acerbitate tormentorum & cruentissimæ quaestionis exquiri genus Dauid, atque interfici præceptum est, dum prophetis sanctis & inuidetur, & creditur, quasi adhuc futurus esset ex semine Dauid, qui regnũ posset adipisci. Continuo tamẽ Domitianus crudeliter in palatio à suis interfectus est: cuius cadauer populari sandapila per uespillones exportatum, atque ignominiosissimè sepultum est.

*Coccej Nerua Casari imperium.*

## CAPVT XI.

Anno

**A**Nno ab vrbe condita octingentesimo quadagesimosexto, quamuis Eutropius quinquagesimum hũc esse annum scripserit, Nerua admodum senex à Petronio præfecto prætorio, & Parthenio spadone interfectore Domitiani, imperator decimus ab Augusto creatus, Traianum in regnum adoptauit, per quẽ reuera afflictæ Reip. diuina prouisione cõsuluit. Hic primo edicto suo cunctos exules reuocauit: unde & Iohannes apostolus hac generali indulgentia liberatus, Ephesum redijt: emensoque anno imperij sui, Nerua confectus morbo diem obiit.

*D. Vlpij Traiani Cas. Augusti imperium. & res gesta.*

## CAPVT XII.

**A**Nno ab V. C. DCCCXLVII. Traianus genere Hispanus, XI. ab Augusto, reipub. gubernacula Nerua tradente suscepit, ac per annos decem & nouẽ tenuit. Apud Agrippinam Gallie urbem insignia sumpsit imperij: mox Germaniam trans Rhenum in pristinum statum reduxit: trans Danubium multas gentes subegit. Regiones autem trans Euphratem & Tigrim sitas prouincias fecit. Seleuciam

Pp 5 & Cte.



& Ctesiphontē & Babylonē occupauit. In persequendis sane Christianis errore deceptus, tertius à Nerone cū passim re-  
pertos cogi ad sacrificandū idolis, ac de-  
trectantes interfici præcepisset, plurimi-  
que interficerentur, Plinij Secundi, qui in-  
ter cæteros iudices persecutor datus fue-  
rat, relatu admonitus, eos homines præ-  
ter confessionē Christi honestaq; conuē-  
tacula nihil contrariū Romanis legib. fa-  
cere, fiducia sane innocentis cōfessionis  
nemini mortē grauem ac formidolosam  
videri, rescriptis illico leniorib. tēpera-  
uit edictū. Veruntamen continuo Romæ  
aurea domus, à Nerone totis priuatis pu-  
blicisq; rebus impensis condita, repētino  
conflagrauit incendio: vt intelligeretur  
missa etiā ab alio persecutio in ipsius po-  
tissimè monumentis, à quo primū exorta  
esset, atq; in iplo auctore puniri. Terrēmo-  
tu III. vrbes Asiæ subuersæ, Helea, My-  
rina, Pitane, Syme & Græciæ ciuitates  
duæ, Opuntiorū & Oritorū. Tres Gala-  
tiæ ciuitates eodē terræmotu dirutæ. Pan-  
theon Romæ fulmine concrematū. Ter-  
ræmotus Antiochiā pene totam subruit  
ciuitatē. Incredibili deinde motu sub vno  
tēpore Iudæi, quasi rabie efferati, per di-  
uersas

uersas terrarum partes exarserunt. Nam  
& per totam Libyam aduersus incolas a-  
trocissima bella gesserunt: quæ adeo tunc  
interfectis cultoribus desolata est, vt nisi  
postea Hadrianus imperator collectas il-  
luc aliunde colonias deduxisset, vacua pe-  
nitus terra, abraho habitatore, mansisset.  
Aegyptum vero totam & Cyrenē & The-  
baida cruētis seditionibus turbauerūt. In  
Alexandria autem commisso prælio victi  
& attriti sunt. In Melopotamia quoq; re-  
bellantibus iussu imperatoris bellū illatū  
est. Itaque multa millia eorum vasta cæde  
deleta sunt. Sane Salaminam urbem Cy-  
pri, interfectis omnibus ac colis, deleue-  
runt. Traianus, vt quidā ferunt, apud Se-  
leuciam Isauriæ urbem profluuio ventris  
extinctus est.

*D. Aelius Hadrianus Caesar, eiusq; imperium.*

CAPVT XII.

**A**Nno ab vrbe condita octingentesi-  
mo sexagesimo septimo Hadrianus  
consobrini Traiani filius, XII. ab Augu-  
sto principatum adeptus, vno & viginti  
annis imperauit. Hic per Quadratum di-  
scipulum apostolorum, & Aristidem A-  
theniensem, virum fide sapientiaque ple-  
numque, & per Serenum Granium legatū,  
libris



libris de Christiana religione compositis instructus atque eruditus, præcepit per epistolam, ad Minucium Fundanum proconsulem Asiæ datam, vt nemini liceret Christianos sine obiectu criminis aut probatione damnare. Idem quoque continuo pater patriæ in senatu ultra morem maiorum appellatur, & vxor eius Augusta. Hadrianus rempublicam iustissimis legibus ordinauit, bellum contra Sarmatas gessit & vicit. Iudæos sane perturbatione scelerum suorum exagitados, & Palæstinam prouinciam, quondam suam depopulantes, vltima cæde perdomuit: vltusque est Christianos, quos illi Cotheba duce, quod sibi aduersus Romanos non assentarentur, excruciabant. Præcepitque, ne cui Iudæo introeundi Hierosolymam esset licentia, Christianis tantum ciuitate permitta: quam ipse in optimum statum, murorum extructione reparauit, & Aeliã vocari de prænomine suo præcepit.

*D. Antonini Pij Cesaris imperium.*

## CAPVT XIII.

**A**Nno ab vrbe condita octingentesimo octogesimo octauo, Antoninus cognomèto Pius, decimustertius ab Augusto

gusto imperator creatus, cum liberis suis Aurelio & Lucio, viginti & non plenis tribus annis remp. gubernauit, adeo tranquille & sancte, vt merito pius, & pater patriæ nominatus sit. Huius tamen temporibus Valentinus hèresiarches, & Cerdo magister Marcionis Romam venerunt. Verum Iustinus philosophus librum pro Christiana religione compositum Antonino tradidit, benignumque eum erga Christianos homines fecit. Antoninus ad duodecimum ab vrbe lapidem morbo correptus, interijt.

*M. Antoninus Verus quid in imperio suo gesserit.*

## CAPVT XV.

**A**Nno ab vrbe condita DCCCCXI. Marcus Antoninus Verus, decimus quartus ab Augusto, regnũ cum Aurelio Cõmodo fratre suscepit, mansitque in eo annis decem & nouem. Hi primi remp. a quo iure tutati sunt, bellum deinde cõtra Parthos admirabili virtute & felicitate gesserunt. Lucius Antoninus Verus ad id bellũ profectus est. Vologæsus enim rex Parthorum, graui eruptione Armeniã, Cappadociam, Syriamque vastabat. Sed Antoninus per strenuissimos duces magnis



gnis rebus gestis, Seleuciam Assyriæ urbem super Hydaspem fluuiû sitam, cû quadringentis millibus hominum cepit, & cum fratre de victoria Parthica triûphauit, ac non multò post, dum cum fratre in vehiculo sedet, casu morbi, què apoplexiam Græci vocant, suffocatus interiit. Eo defuncto, Marcus Antoninus solus reipub. præfuit. sed in diebus Parthici belli persecutiones Christianorum quarta iam post Nerorem vice, in Asia & in Gallia graues præcepto eius extiterunt, multiq; sanctorum martyrio coronati sunt. Secuta est lues plurimis insula prouincijs: totâq; Italiam pestilentia tanta vastauit, vt passim villæ, agri atque oppida sine cultore atq; habitatore deserta, in ruinas sylualq; conuulserint. Exercitum vero Romanorum, cunctasq; legiones per longinqua latè hiberna dispositas, ita consumptas ferunt, vt Marcomanicum bellum, quod continuo exortum est, non nisi nouo delectu militum, quem triennio iugiter apud \* Carnotum Marcus Antoninus habuit, gestum fuisse referatur. Hoc quidem bellum prouidentia Dei administratum esse cum plurimis argumentis, tû præcipue epistola grauissimæ ac modestissimæ

Carnotum,

lissimæ imperatoris apertissimè declaratum est. Nam cum insurrexissent gentes immanitate barbaræ, multitudine innumerabiles, hoc est, Marcomani, Quadi, Vandali, Sarmatæ, Sueui, atque omnis pene Germania, & in Quadorum vsque fines progressus exercitus, circunuetusq; ab hostibus, propter aquarû penuriâ, præsentius sitis quàm hostis periculû sustineret: ad inuocationem nominis Christi, quâ subito magna fidei constâtia quidam milites effusi in preces palam fecerunt, tanta vis pluriæ effusa est, vt Romanos quidè largissimè ac sine iniuria refecerit, barbaros autem crebris fulminû ictibus perterritos, præsertim cum plurimi eorum occiderentur, in fugam coegerit. Quorum terga Romani vsque ad internecionem cædentes, gloriosissimam victoriam, & omnibus pene antiquorum titulis præferendam, rudi paruoq; militum numero, sed potentissimo Christi auxilio, reportarunt. Extare etiam nunc apud plerosq; dicuntur literæ Imperatoris Antonini, vbi inuocatione nominis Christi p milites Christianos, & sitim illam depulsam, & collatâ fatetur fuisse victoriâ. Idèq; Antoninus Commodum filium suum assum-



assumpsit in regnum, præteriti etiam temporis per omnes prouincias tributa donauit, omniaque simul fiscalium negotiorum calumniosa monimenta congesta in foro iussit incendi, seuerioresque leges nouis constitutionibus temperauit. Postremo in Pannonia cōstitutus, repentino morbo diem obiit.

*L. Antonini Commodi, P. Aelij Pertinacis, & Didij Iuliani Caesarum augg. imperia.*

## CAPVT XVI.

**A**Nno ab vrbe condita nongentesimo tricesimo, Lucius Antoninus Cōmodus, decimusquintus ab Augusto patri succelsit in regnum: māsitque in eo annis tredecim. Aduersus Germanos bellum feliciter gessit. Cæterum per omnia luxuriæ & obloenitatis dedecora deprauatus, gladiatorijs quoque armis sapiissimè in ludo depugnauit, & in amphitheatro feris sese obiecit frequenter: interfecit etiam quamplurimos senatores, maxime quos animaduertit nobilitate industriaque excellere. Flagitia regis, pœna vrbis insequitur. Nam fulmine Capitolium ictum, ex quo facta inflammatio bibliothecam illam maiorum cura studioque compositam, ædesque alias iuxta sitas, rapaci turbine

bine cōcremauit. Deinde aliud incendium postea Romæ exortum, ædem Vestæ & palatium, plurimamque vrbis partem solo coæquauit. Commodus cunctis incommodus, in domo Vestibani strangulatus interiisse fertur, hostis generis humani etiam uiuus iudicatus. Post hunc à senatu creatus est senex Aelius Pertinax, XVI. ab Augusto, qui sexto mense quàm regnare cœperat, Iuliani Iurisperiti scelere in palatio occisus est. Iulianus interfecto Pertinace, inuasit imperium: sed mox à Seuero apud pontem Muluium bello ciuili victus, & interfectus est mense septimo postquam cœperat imperare. Ita inter Pertinacem & Iulianum vnus annus absumptus est.

*De imperio Septimij Seueri Pertinacis Caesaris Aug. quomodo Christianos afflixerit.*

## CAPVT XVII.

**A**Nno ab vrbe condita nongentesimo quadragesimo quarto, Seuerus genere Afer Tripolitanus, ab oppido Lepti: qui se ex nomine imperatoris, què occisum vltus fuerat, Pertinacem appellari voluit, decimusseptimus ab Augusto destitutum adeptus imperium, decem & octo annis tenuit. Hic natura sæuus, multis



semper bellis lacelsitus, fortissimè quidè  
 repub. sed laboriosissimè rëxit. Pescen-  
 nium nigrum, qui in Aegypto & Syria  
 ad tyrannidem aspirauerat, apud Cyzicū  
 vicit & interfecit. Iudæos & Samaritas  
 rebellare conantes ferro coërcuit. Par-  
 thos & Arabas Adiabenosque superauit.  
 Quinta post Neronem persecutione Chri-  
 stianos excruciauit, plurimi que sanctorū  
 per diuersas prouincias martyrio coro-  
 nati sunt. Hanc profanam in Christianos  
 & ecclesiam Dei præsumptionem Seueri,  
 coelestis ultio è vestigio acta subsequi-  
 tur. Nam continuo rapitur, vel potius re-  
 trahitur in Galliam Seuerus è Syria ad ter-  
 tiū ciuile bellum. vnum iam enim Romæ  
 aduersum Iulianum, aliud in Syria contra  
 Pescennium gesserat, tertium Clodius  
 Albinus Iuliani in occidendo Pertinace  
 focius, qui se in Gallia Cæsarem fecerat,  
 suscitabat: cuius bello multum vtrinque  
 Romani sanguinis fufum est. Albinus ta-  
 men apud Lugdunum oppressus & inter-  
 fectus est. Seuerus victor in Britannias  
 defectu pene omnium sociorum trahi-  
 tur. vbi magnis grauibisque prælijs saepe  
 gestis, receptam partem insulæ à cæteris  
 indomitis gentibus vallo distinguendam

puta-

putauit. Itaque magnam fossam firmissi-  
 mumque vallum crebris insuper turribus  
 comminutum per centum triginta & duo  
 millia passuum à mari ad mare duxit. Ibi-  
 que apud Eboracum oppidum morbo o-  
 bijt, relinquens duos filios, Balsianum &  
 Getam. quorum Geta hostis publicus iu-  
 dicatus, interijt: Balsianus Antonini co-  
 gnomine assumpto, regno potitus est.

*De Aurelij Antonini Caracalla, Opilij Macrini,  
 M. aurelij Antonini Hellogabali, & Aurel. Alex-  
 andri Seueri imperijs.*

CAPVT XVIII.

**A**Nno ab vrbe condita nongentesi-  
 mo sexagesimo secundo, Aurelius  
 Antoninus Balsianus, idemque Caracal-  
 la, decimus octauus ab Augusto principa-  
 tum adeptus est, mansitque in eo annis  
 non plenis septem. Vixit patre asperior,  
 omnibus libidine intemperantior, qui et-  
 iam nouercam suam Iuliam vxorem du-  
 xerit. Hic contra Parthos bellum moliens  
 inter Edessam & Carras ab hostibus cir-  
 cunuëtus, occisus est. Post hūc decimus-  
 nonus ab Augusto Opilius Macrinus, qui  
 præfectus prætorio erat, cū filio Diadume-  
 no inuasit imperiū: sed emenso anno con-  
 tinuo apud Archelaidē militari tumultu

Qq a occi-



occisus est. Anno ab vrbe condita nongentesimo septuagesimo, Marcus Aurelius Antoninus, XX. ab Augusto, imperium adeptus, tenuit annis quatuor. Hic sacerdos Heliogabali templi, nullam sui nisi stuprorum & flagitiorum totiusq; obscenitatis infamem latissimam memoriam reliquit. Tumultu autem militari exorto, Romæ cum matre interfectus est. Anno ab vrbe condita nongentesimo septuagesimo quarto, Aurelius Alexander, vigesimus primus ab Augusto, senatus ac militum voluntate imperator creatus, tredecim annis digno æquitatis præconio fuit. Cuius mater Mamaea Christiana Origenem presbyterum audire curavit. Nã statim expeditione in Persas facta, Xerxë regë eorum maximo bello victor oppressit. Vlpiano vsus assessore summam sui moderationem reip. exhibuit: sed militari tumultu apud Moguntiacum interfectus est.

*De Iulij Maximini & Gordiani iunioris imperijs,  
& Christianorum persecutione.*

## CAPVT XIX.

**A**Nno ab vrbe condita nongentesimo LXXXVII. Maximinus vicesimus secundus ab Augusto, nulla senatus voluntate

voluntate imperator ab exercitu, postquam bellum in Germania prospere gesserat creatus, persecutionem in Christianos sextus à Nerone exercuit. Sed continuo, hoc est, tertio quam regnabat anno, à Pupieno Aquileiæ interfectus, & persecutionis & vite finem fecit. Qui maxime propter Christianam Alexandri, cui successerat, & Mamae matris eius familiam, persecutionem in sacerdotes & clericos, id est, doctores, vel præcipue propter Origenem presbyterum miserat. Anno ab vrbe condita nongentesimo XCI. Gordianus vigesimus tertius ab Augusto imperator creatus est, mansitque in eo annis sex. Nã Pupienus interfectus Maximini, & frater eius Albinus, qui vsurpauerant imperium, in palatio mox interfecti sunt. Gordianus admodum puer in orientem ad bellum Parthicum profecturus, sicut Eutrop. scribit, Iani portas aperuit: quas vtrum post Vespasianum & Titum aliquis clausisset, neminem scripsisse memini, cum tamen eas ab ipso Vespasiano post annum apertas, Cornelius Tacitus prodatur. Igitur Gordianus ingentibus prælijs aduersum Parthos prospere gestis, suorum fraude haud longe à Circesio super Euphratem



614  
PAVLI OROSII  
phratem interfectus est.

*Imperium M. Iulij Philippi cum filio.*

CAPVT XX.

**A**Nno ab vrbe condita nongentesimo XCVII. Philippus vicesimusquartus ab Augusto imperator creatus, Philippum filium suum consortem regni fecit, mansitque in eo annis septem. Hic primus imperatorum omnium Christianus fuit, ac post tertium imperij eius annum, millesimus à conditione Romæ annus impletus est. Ita ludis magnificis augustissimus omnium præteritorum hic natalis annus à Christiano imperatore celebratus est. Nec dubium est, quin Philippus huius tantæ deuotionis gratiam & honorem ad Christum & ecclesiam reportarit, quando vel ascensum fuisse in Capitolium, immolatasque ex more hostias nullus auctor ostendit, Ambo tamen, quauis diuersis locis, tumultu militari & Decij fraude interfecti sunt.

*Quinti Traiani Decij, & Galli Hostiliani cum Volusiano filio imperium.*

CAPVT XXI.

**A**Nno ab vrbe condita millesimo quarto, Decius ciuilibus belli inventor & repressor, occisus Philippis, XXV. ab

615  
LIBER SEPTIMVS.

ab Augusto inuasit imperium, tenuitque annis tribus. Idem continuo, in quo se etiam ob hoc Philippos interfecisse docuit, ad persequendos interficiendosque Christianos, VII. post Neronem feralia dispersit edicta, plurimosque sanctorum ad coronas Christi de suis crucibus misit. Idemque filium suum Cæsarem legit, cum quo simul continuo in medio barbarorum sinu interfectus est. Anno ab vrbe condita millesimo septimo, Gallus Hostilianus vicesimus sextus ab Augusto regnum adeptus, vix duobus annis cum Volusiano filio obtinuit. Exoritur ultio violati nominis Christiani, & usquequo ad profligandas ecclesias edicta Decij cucurrerunt, eatenus incredibilium morborum pestis extenditur. nulla fere prouincia Romana, nulla ciuitas, nulla domus fuit, quæ non illa generali pestilentia correpta atque vastata sit. Hac sola pernicie insignes Gallus & Volusianus, dum contra Aemilianum notis rebus studentem bellum ciuile moliuntur, occisi sunt. Aemilianus tamen tertio mense inuasæ tyrannidis extinctus est.

*Valerianus & Gallienus quomodo & quamdiu impetrauerint. Interim de persecutione ecclesie.*



*eiusq; per varia bella & tyrannorum conspirationes vltione.*

## CAPVT XXII.

**A**Nno ab vrbe condita millesimo X. duo imperatores vigesimo septimo post Augustum loco creati sunt. Valerianus in Rhetia ab exercitu Augustus est appellatus. Romæ autem à senatu Gallienus Cæsar creatus, mansitque Gallienus in regno infœliciter annis quindecim, respirante paulisper ab illa supra solitum iugi & graui pestilentia humano genere. Prouocat pœnam suam obliuiosa malitia. Impietas enim flagella quidem excruciat lentit, sed à quo flagellatur, obdurata non lentit. Vt de superioribus taceam, facta à Decio Christianorum persecutione totum Romanum imperium pestilentia magna vexauit. Mentita est iniquitas sibi, prauo in perniciem suam circumuenta iudicio pestilentiam communis casus esse, accidentemque ex morbis mortem, naturæ finem esse, non pœnam. Rursus igitur atque in breui iram dei sceleratis actionibus prouocat, exceptura plagam, cuius aliquando meminisse cogatur. Valerianus siquidem mox vt arripuit imperium Octauus à Nerone, adigi per torméta Christianos

stianos ad idololatriam, abnegantesque interfici iussit, fuso per omnem Romani regni latitudinem sanctorum sanguine. Valerianus illico, nefarij auctor edicti, à Sapore Persarum rege captus, imperator populi Romani, ignominiosissima apud Persas seruitute consenuit: hoc infamis officij continua, donec vixit, damnatione sortitus, vt ipse acclinis humi, regem semper ascensurum in equum non manu sua, sed dorso attolleret. Et Gallienus quidem tam claro Dei iudicio territus, tamque misero collegæ permotus exemplo, pacem ecclesijs trepida satisfactione restituit. Sed nõ compensans iniuriæ vltionisque mensuram vnus impij, quamuis perpetua & supra modum abominanda captiuitas, contra tot millia excruciatia sanctorum, iustorumque sanguis ad Deum clamans, in eadem sese terra vbi fusus est, vindicari rogat. Non enim de solo constitutore præcepti iusto supplicium iudicio flagitabatur, sed etiam executores, delatores, accusatores, spectatores, ac iudices, postremo omnes qui iniustissimæ crudelitati vel tacita voluntate assentiebantur, quia Deus secretorum cognitor est, & quorum maxima per omnes prouincias

Qq 5 pars



pars hominum versabatur, eadem ultionis plaga corripere iustum erat. Soluuntur repente undique permisso Dei ad hoc circumpositæ relictæque gentes, laxatisque habenis, in omnes Romanorum fines inuehuntur. Germani Alpibus, Rhetia, totaque Italia penetrata, Raucena usque perueniunt. Alamanni Gallias peruagantes, etiam in Italiam transeunt. Græcia, Macedonia, Pontus, Asia, Gothorum inundatione deletur. Nam Dacia trans Danubium in perpetuum auferitur. Quadi & Sarmatæ Pannonias depopulantur. Germani ultiores abrapotiuntur Hispania. Parthi Mesopotamiam auferunt, Syriamque corrodunt. Extant adhuc per diuersas prouincias in magnarum urbium ruinis paruæ & pauperes \* ædes, signa miseriarum, & non minus indicia seruantes: ex quibus nos quoque in Hispania Tarraconem nostram ad consolationem miseriarum recentis ostendimus. Et ne quid forte Romani corporis ab hac dilaceratione cessaret, conspirant intrinsecus tyranni, consurgunt bella civilia, funditur ubique plurimus sanguis Romanorum, Romanis barbarisque sequentibus. sed cito ira Dei in misericordiam vertitur, & cœptæ ultionis maior forma quam

\* sex

ma quam pœna in mensuram plenitudinis reputatur. Igitur primus Genuus, qui purpuram imperij sumplerat, apud Myrsam occiditur. Postumus in Gallia inuasit tyrannidem, multo quidem reipublicæ comodo. Nam per decem annos ingenti virtute ac moderatione usus, & dominantes hostes expulit, & perditas prouincias in pristinam faciem reformauit, seditione tamen militum interfectus est. Acmilianus apud Moguntiacum, cum res nouas moliretur, oppressus est. Post mortem Postumi Marius ibidem inuasit imperium, sed continuo interfectus est. Deinde Victorinus à Gallis ultro creatus, & post paululum occisus est. Huic successit Tetricus, qui tunc Aquitanicæ præsidatus administrabat officium, multasque seditiones militum pertulit. At vero in oriente per Odenatum quendam, collecta agresti manu, victi repulsi que Persæ, defensa Syria, recepta Mesopotamia est, & usque ad Ctesiphontem rusticani Syriæ cum Odenato suo vincendo venerunt. Gallienus autem cum reipublic. deseruisset, ac Mediolanum libidinibus inserui-

ret, occisus est.

Flauio



*Flavius Claudius, Aurelius Quintillus, & Valerius Aurelianus imperatores.*

## CAPVT XXIII.

**A**Nno ab vrbe condita millesimo vicesimo quinto, Claudius XXVIII. voluntate senatus sumpsit imperium, statimque Gothos iam per annos quindecim Illyricum Macedoniamque vastantes bello adortus, incredibili strage deleuit. cui à senatu clypeus aureus in curia, & in Capitolio statua æque aurea decreta est. sed cōtinuò apud Syrmium priusquam biennium in imperio expleret, morbo correptus interiit. Claudio mortuo, Quintillus frater eius ab exercitu imperator electus, vir quidem moderationis vnica, & solus fratri præferendus, XVII. imperij die interfectus est. Anno ab vrbe condita millesimo vicesimo septimo, Aurelianus vicesimus nonus imperiũ adeptus, quinque annis & sex mensibus tenuit, vir industria militari excellētissimus. Expeditione in Danubiũ suscepta, Gothos magnis prælijs profligauit, ditionemque Romanam antiquis terminis statuit. Inde in orientem conuersus, Zenobiam, quæ occiso Odenato marito suo Syriã receptã sibi vindicabat, prælij magis terrore quam prælio

prælio in potestatem rededit. Tetricum in Gallia minimè sufficientem, sustinere seditiones militum suorum, scribentemque etiam, Eripe me his inuicte malis, ac per hoc proditorẽ exercitus sui, sine labore superauit. Sic orientis & aquilonis receptor magna gloria triumphauit: urbem Romam muris firmiter circumdedit. Nouissimè cum persecutionem aduersus Christianos agi, nonus à Nerore decerneret, fulmen ante eum magno pauore circumstantium ruit, ac non multo post in itinere occisus est.

*Claudius Tacitus, Annius Florianus, Aurelius Valerius Probus, & M. Aurelius Carus imperatores.*

## CAPVT XXIIII.

**A**Nno ab vrbe condita millesimo tricesimo secundo, Tacitus tricesimus adeptus imperium, sexto mense occisus in Ponto est. Post quem Florianus patrem regni sortem ferens, tertio demum mense apud Tarsum interfectus est. Anno ab vrbe condita millesimo tricesimo tertio, Probus tricesimus primus regnũ sortitus, obtinuit annis sex & mensibus quatuor. Gallias iam dudum à barbaris occupatas, per multa & grauiã prælia deletis tandem



tandem hostibus, ad perfectum liberavit. Bella deinde ciuilia equidem plurimo sanguine duo gessit: vnum in oriente, quo Saturnium tyrannide subnixum oppressit & cepit: aliud, quo Proculum & Bonosum apud Agrippinam magis prælijs superatos interfecit. Ipse autem apud Syrmium in turre ferrata militari tumultu interfectus est. Anno ab vrbe cõdita millesimo tricesimonono, Carus Narbonensis, tricesimussecundus suscepit imperium, ac biennio tenuit. Qui cum filios suos Carinum & Numerianum consortes regni effecisset bello Parthico, postquã duas nobilissimas Parthorum vrbes Cochẽ & Ctesiphontem cepit, super Tigridem in castris fulmine icus interijt. Numerianus, qui cum patre fuerat, rediens, fraude Apri socii sui interfectus est.

*C. Aurelius Valerius Diocletianus quomodo imperauerit, & quid sub eo perq̃, eum gestũ sit. Romanum imperium primo dissectum.*

## CAPVT XXV.

**A**Nno ab vrbe cõdita millesimo quadragesimoprimo, Diocletianus tricesimustertius ab exercitu imperator electus, annis viginti fuit. Statimque vt potestatis copiam habuit Aprum interfectorem

storem Numeriani manu sua interfecit. Carinum deinde, quem Carus Cæsarem in Dalmatia reliquerat, flagitiosè viuentem, difficillimo bello & maximo labore superauit. Dehinc cum in Gallia Amandus & Aelianus collecta rusticanorũ manu, quos Vacaudas vocabant, perniciosos tumultus excitauissent, Maximianum cognomento Herculium Cæsare fecit, misitque in Gallias: qui facilẽ agressiũ hominum imperitam & confusam manum militari virtute compescuit. Deinde Carausius quidam, genere quidem infimus, sed consilio & manu promptus, cum ad obseruanda oceani litora, quæ tunc Franci & Saxones infestabant positus, plus in pnicem, quàm in prouectum reipublicæ ageret, ereptam prædonibus prædam nulla ex parte restituendo dominis, sed sibi soli vindicando, accendens suspicionem, quia ipsos quoque hostes ad incurfandos fines artificio negligentia permetteret, quamobrem à Maximiano iussus occidi, purpuram sumpsit, ac Britannias occupauit. Igitur per omnes Romani imperij fines subitarum turbationum fragores concrepuerunt. Carausio rebellante in Britannijs, Achilleo in Aegypto, cũ & Africam

Quin-



Quinquegentiani infestarent, Narseus etiam rex Persarum orientem bello premeret. Hoc periculo Diocletianus permotus Maximianum Herculum ex Cæsare fecit Augustum, Constantium vero & Maximianum Galerium, Cæsares legit. Constantius Herculi Maximiani priuignam Theodoram accepit uxore: ex qua lex filios fratres Constantini sustulit. Carausius Britannia sibi per septem annos fortissimè vindicata ac retenta, tandem fraude Allecti socij sui interfectus est. Allectus postea creptam Carausio insulam per triennium tenuit, quem Asclepiodotus præfectus prætorio oppressit, Britanniamque post decem annos recepit. Constantius verò Cæsar in Gallia primo prælio ab Alamannis profligato exercitu suo vix ipse surreptus est: secundo autem secuta est satis secunda victoria. Nam paucis horis sexaginta millia Alamannorum cæsa referuntur. At Maximianus Augustus Quinquegentianos in Africa domuit. Porro autem Diocletianus Achilleum obessum per octo menses apud Alexandriam cepit & interfecit. Sed immoderata victoria vsus Alexandriam direptioni dedit, Aegyptum totam proscriptionibus

bus cædibusque foedauit. Præterea Galerius Maximianus, cum duobus iam præliis aduersus Narseum conflixisset, tertio inter Gallinicum & Carras congressus & victus, amisissis copijs, ad Diocletianum refugit. A quo arrogatissimè excepus est, ita vt per aliquot millia passuum purpuratus ante vehiculum eius cucurrisse referatur. Veruntamen hac contumelia quasi cote ad virtutem vsus est, per quam detrita regij fastus rubigine, aciem mentis expedit. Itaque mox per Illyricum & Moesiam vndique copias cõtraxit, raptimque in hostem reuersus, Narseum magnis cõfilijs viribusque superauit. Extinctis Persarum copijs, ipsoque Narseo in fugam acto, castra eius inuasit, uxores, sorores, liberosque cepit, immensam vim gazæ Persicę diripuit, captiuos quamplurimos Persarum nobilium abduxit. Reuersus in Mesopotamiam, à Diocletiano plurimo honore susceptus est. Postea per eisdem duces strenue aduersus Carpos, Basternasque pugnatum est. Sarmatas deinde vicerunt: quorum copiosissimam captiuam multitudinem per Romanorum finium dispersere præsidia. Interea Diocletianus in oriente, Maximianus Herculus



in occidente vastari ecclesias, affligi interficique Christianos decimo post Nerone loco preceperunt. quæ persecutio omnibus ferè antè actis diuturnior atque immanior fuit. Nam per decem annos incendijs ecclesiarum, proscriptionibus innocentum, cædibus martyrum incessabiliter acta est. Sequitur terræmotus in Syria, ex quo apud Tyrum & Sidonem passim labentibus tectis, multa hominû milia prostrata sunt. Secundo persecutionis anno Diocletianus ab inuito exegit Maximiano, vt simul purpuram imperiumq; deponerent, ac iunioribus in temp. substitutis, ipsi in priuato otio consenescerent. Itaq; sub vna die Diocletianus apud Nicomediam, Maximianus apud Mediolanum, potestaté imperij simul cultumq; posuerunt. Galerius & Constantius Augusti, primi Romanum imperiû in duas partes determinauerunt: Galerius Maximianus Illyricum, Asiam & orientem: Constantius Italiã, Africam, Hispaniã, & Gallias obtinuit. Sed Cõstantius vir tràquillissimus, Gallia tantum: Hispaniaque contentus, Galerio ceteris partibus celsit. Galerius duos Cæsares legit, Maximinum, quem in oriente constituit, & Seuerum, cui

cui permisit Italiam, ipse in Illyrico constitutus. Cõstantius vero Augustus summx mansuetudinis & ciuilitatis, in Britania mortem obiit. qui Constantinum filium ex concubina Helena creatum imperatorem Galliarum reliquit.

*Constantinus Magnus imperator Cæs. Augu. Interim obiectiones aduersariorum de nouissima decennialiq; ecclesia vastatione pulchrè diluit.*

## CAPVT XXVI.

**A**Nno ab vrbe condita millesimo sexagesimo primo, Cõstantinus tricesimusquartus ab Augusto gubernacula imperij à Constantio patre suscepit, quæ vno & triginta annis scelicissimè tenuit. Occurritur mihi subito, & tripudijs quibusdam insultatur: Eia, inquit, tandè in foueas nostras diu expectate venisti, hic te decursurum opperiebamur, hic delapsus opprimimus, hic cõsulum tenemus. Sustinuimus te hætenus artificiosè quodammodo & callide fortuitas temporum mutationes Christianorû vltionibus captantem. Et interdum quidem verisimilium specie permoti, vtpote homines ignari diuinorum secretorû, timore paluimus, sed nunc euacuauit Maximianus noster omnem scenam fabulæ tuæ,  
Rr 2 nostræ.



nostræque religionis antiquitatem columna inexpugnabilis fulsit. Per annos decem euersæ sunt ecclesiæ vestræ, vt etiã tu fateris: dilacerati cruciatibus, exinanti mortibus toto orbe Christiani. Teneamus euidens testimonium tuum, nullam superiorem persecutionem adeo vel grauem vel diurnam fuisse. Et tamen ecce inter tranquillissima temporum bona, ipsorum quoque imperatorum, qui ista fecerunt, inusitata felicitas. Nulla domifames, nulla pestilentia, nullum foris bellum nisi volutarium, quo exerceri vires, non periclitari, queant. Res præterea humano generi hucusque incognita, multorum simul regum patiens consortium, & magna concordia, potestasque communis, alias nunquam, nunc in cõmune prospiciens. Deinde etiam quod absque vlla hætenus mortalium notitia est, imperatores illi maximi quippe & persecutores, honore deposito & assumpta quiete, priuati, quod beatissimum homines, & summum bonum vitæ bonæ iudicant, & hoc tunc velut præmij loco, auctores persecutionis adepti sunt, quando accensa persecutio, medio sui tempore toto orbe sæuebat. An etiam hanc beatitudinem illis tempo-

temporibus pœnaliter accidisse aſteruerſe nos hinc quoque terrere moliris? Quæ causa humiliter responderim, me plurimas cura pietatis accinctum, commonere deraueris, non terrere de falsis. Decem persecutiones à Nerone vsq; ad Maximianum ecclesia Christi passa est. Nouem (vt ego dixi) ultiones, vt ipsi non negant, calamitates è vestigio consecutæ sunt. Nec in verbo premo, vtrum debita ultiones, an fortuitæ permutationes fuisse videantur, que tamen meo suoque testimonio clades fuerunt. In decima hæsitatum putant miserî & cæci, non videntes tanto eam ipsis fuisse grauiorem, quãto minus intellecta est. Impius enim flagellatur, & non sentit: quod cum expositum fuerit, inuiti licet propter ipsam rerum fidem fatebuntur: quia ex illa Maximianæ persecutionis maxima punitione ista sunt vulnera, quibus etiam nunc isti dolent, & intantû dolent, vt etiam clament, nosque ad reclamandum laceſſant sollicitos fieri, qualiter conticeſcant.

*Collatio populi Iſraëlitici & Christiani, Aegyptiaci item & Romani, quomodo illi pro Deo in afflictionibus, hi à Deo in plagis similia ferè passi sunt.*



628  
PAVLI OROSII  
CAPVT XXVII.  
nos primo libello expositū à nobis est,  
Iur Pompeium Trogum & Cornelium Ta  
ditum commemorasse nō plene quidem,  
tostrum vero Moysen, etiam ipsorum  
testimonio fidelem, fideliter, sufficien-  
terque dixisse, Aegyptios & regem eorū,  
cum populum Dei seruire intentū & pa-  
ratum Deo suo impediendæ deuotionis  
instinctu, ad lutum paleasque reuocarent,  
decem acerbissimis plagis fuisse vexatos.  
Deinde violentia malorum edomitos,  
non solum coëgisse festinantem, sed et-  
iam proprijs suis argenteis & aureis vasis  
accumulauisse. Pōst oblitos plagæ suæ, &  
cupidos prædæ indebitæ, inuidos etiam  
religionis alienæ, dum innocentes auide  
perlequuntur, mari rubro vltimè rece-  
ptos omnes funditus interiisse. Quod e-  
go nunc refero ac renuncio, etsi sorte fi-  
de non acceptatum, exitu tamen proban-  
dum, quia hæc in figurā nostri facta sunt.  
Vterque populus vnus Dei est, vna popu-  
li vtriusque causa. Subdita fuit Israelitarū sy-  
nagoga Aegyptijs, subdita est Christa-  
norum ecclesia Romanis. Persecuti sunt  
Aegyptij, persecuti sunt & Romani. De-  
cē ibi contradictiones aduersus Moysen,  
hic

hic decē edicta aduersus Christū. Diuersæ  
ibi plagæ Aegyptiorum, diuersæ hic ca-  
lamitates Romanorum. Nam vt etiā ipsas  
inter se plagas, in quantum tamen figura  
formæ cōparari potest, conferā, ibi prima  
habuit correptio, sanguinē vulgo vel ma-  
nasse de puteis, vel in fluminibus cucur-  
risse: hic prima sub Nerone exegit plaga,  
vt vbique morientium sanguis esset, vel  
morbis in vrbe corruptus, vel bellis in  
orbe profusus. Ibi sequēs plaga prodidit,  
perstrepentes persultantesque in penetra-  
libus ranas, inedia propemodum causam  
habitoribus atque exilij fuisse: hic se-  
quens sub Domitiano pœna, similiter o-  
stendit satellitum militumque eius impro-  
bis effrenatisque discursibus cruentissimi  
iussa principis exequentium, ad inopiam  
pene omnes ciues Romanos adactos exi-  
lioque dispersos. Ibi tertia vexatio habuit  
cyniphs, musculas scilicet paruissimas  
ac seuiissimas, quæ medijs sæpe æstibus  
per loca squalida coadunatim vibrando  
densatæ, & in nullo volatu allabi solent,  
capillisque hominū ac pecudum setis cū  
vrente morlu interseri: hic itidē tertia sub  
Traiano plaga Iudæos excitauit: qui cum  
antea vbique dispersi ita iam quasi non  
essent,



essent, quiescerent, repentino omnes calore permoti, in ipsos inter quos erant, toto orbe sauerunt, absque magnis multarum urbium ruinis, quas crebri terræ motus isdem temporibus subruerunt. Ibi in quarta plaga muscæ caninæ fuerunt, reuera alumnæ putredinis, vermiumque matres: hic itidem quarta sub Marco Antonino plaga, lues plurimis infusa prouinciis, Italiam quoque cum urbe Roma vniuersam exercitumque Romanum per longinquos limites & diuersa hyberna dispersum, in mortem dissolutum, putredini simul ac vermibus dedit. Ibi quinta correptione pecorum ac iumentorum repentino interitu expleta est: hic similiter quinta ultione sub persecutione Seuero creberrimis ciuilibus bellis propria viscera & adiumenta reipub. hoc est, plebes prouinciarum, & legiones militum comminutæ sunt. Ibi sexta vexatio intulit vesicas efferuescentes, hulceraque manantia: hic eque sexta punitio, quæ post Maximini persecutionem fuit, qui specialiter episcopos & clericos omnia turba populari, hoc est, ecclesiarum primates trucidari imperauerat, intumescens crebro ira atque inuidia, non per vulgi cædem, sed per vulnera

nera mortesque principum ac potentium \* exaltata est. Ibi septima plaga numerata exhalata tur coacta aëre grandio profusa, quæ hominibus iumentisque satis exitio fuit: hic similiter VII. sub Gallo & Volufiano, qui persecutori Decio mox interfecto successerant, plaga exitit, corrupto aëre pestis infusa: quæ per omnia Romani regni ab oriente in occidentem spatia, cum omne propemodum genus hominum & pecudum neci dedit, tum etiã corruptilacus, infecit pabulatabo. Icti octauam Aegypti contritionem fecere excitatæ vndique locustæ, tenentes, terentes, tegentesque omnia: hic octauam æque in subuersione Romani orbis excitatæ vndique intulere gentes, quæ cædibus atque incendijs cunctas prouincias deleuerunt. Ibi nona turbatio diuturnas crassas ac pene tractabiles tenebras habuit, plus omnino periculi comminata quàm fecit: hic itidem nona correptione fuit, cum Aureliano persecutionem decernenti, diris turbinibus terribile ac triste fulmen sub ipsius pedibus ruit, ostendens quid, cum ultio talis exigeret, tantus posset ultor, nisi & clemens esset & patiens: quanquam intra sex ab hinc mensibus succidui tres imperatores, hoc est, Aurelianus,



Ianus, Tacitus & Florianus, diuersis cau-  
sis interfecti sunt. Ibi postredesima pla-  
ga, quæ & nouissima omnium fuit, inter-  
fectio filiorum, quos primos quiq; genu-  
erant: hic nihilominus decima, id est, no-  
uissima pœna est omnium idolorum perdi-  
tio, quæ primitus facta in primis amabât.  
Ibi rex potentiam Dei sensit, probauit, &  
timuit, ac per hoc populum Dei liberum  
abire permisit: hic rex potentiam Dei sen-  
sit, probauit & credidit, ac per hoc popu-  
lum Dei liberum esse permisit. Ibi nunquã  
populus Dei postea ad seruitutem retra-  
ctus, hic nunquam populus Dei ad idolo-  
latrîam coactus est. Ibi Aegyptiorum vasa  
pretiosa Hebræis tradita sunt: hic in eccle-  
sias Christianorum præcipua paganorum  
templa cesserunt. Sanè illud, vt dixi, de-  
nunciandum puto, quia sicut Aegyptijs  
post has decem plagas dimissos Hebræos  
persequi molientibus, irruit per superdu-  
ctum mare æterna perditio: ita & nos li-  
bere quidem peregrinantes, superuentura  
quandoque persecutio gentilium manet,  
donec mare rubrum, hoc est, ignem iudi-  
cij, ipso domino nostro Iesu Christo du-  
ce & iudice, transeamus. Hi vero in quos  
Aegyptiorum forma transfunditur, per-

missa

missa ad tempus potestate seruientes, gra-  
uissimis quidè permisso Dei Christianos  
cruciatibus persequuntur. Veruntamen  
ijdem omnes inimici Christi cū rege suo  
Antichristo accepti stagno ignis æterni,  
quod magna impediens caligine, dū non  
videtur, intratur, perpetuam perditionem  
immortalibus arluri supplicij sortiuntur.

*De Constantini magni Augusti, Maxentij, Licinij,  
& Maximiani imperij, & rebus gestis. Item de  
Ario hæretico, eiusq; dogmate damnato.*

## CAPVT XXVIII.

**I**gitur mortuo, vt dixi, Constantio in  
Britannijs, Constantinus imperator est  
creatus, primus imperatorum Christianus,  
excepto Philippo, qui Christianus annis  
admodum paucissimis ad hoc tantum con-  
stitutus fuisse mihi visus est, vt millesimus  
Romæ annus Christo potius, quàm ido-  
lis dicaretur. A Constantino autem sem-  
per omnes Christiani imperatores vsque  
in hodiernum diem creati sunt, excepto Iu-  
liano, quem impia (vt aiunt) machinantem,  
exitiabilis vita deseruit. Hæc est lenta illa  
Paganorum pœna, sed certa. Hinc sani insa-  
niunt, hinc non vulnerati compunguntur,  
hinc ridetes gemunt, hinc viuentes defici-  
unt, hinc secreto excruciantur, quos nemo  
perles



persequitur, hinc iam paucissimi remanserunt, qui nunquam aliquo persequente puniti sunt. Veruntamen qualis tunc persecutores illos, de quorum impunitate nō solum gloriari, sed etiam insultare conatur, finis mansit, expediam. Constantino in Gallijs strenuissimè rempub. procurante, prætoriani milites Romæ Maxentium filium Herculij, qui priuatus in Luca nia morabatur, Augustum nuncupauerunt. Maximianus Herculus iam ex Augusto priuatus, & adhuc publicus persecutor, occasione filij sollicitatus, qui imperium abiecerat, arripuit tyrannidem, Gallerius Augustus Seuerum Cæsarem aduersus Maxentium Romam cū exercitu misit. Seuerus cum urbem obsideret, militum suorū scelere desertus & proditus, atque ex eo fugiens, Rauēnæ interfectus est. Herculus Maximianus persecutor, & ex Augusto tyrannus, confirmatum iam in imperio filium veste ac potestate regia spoliare conatus, conuicijs autem ac tumultibus militum palam conterritus, in Galliam profectus est, vt Cōstantino genero æque dolis iunctus auferret imperium: sed per filiam deprehensus & proditus, deinde in fugam versus, Malsiliæ oppres-

sus

sus & interfectus est. Porro Gallerius occiso Seuero Licinium imperatorem creauit. Cumque persecutionem à Diocletiano & Maximiano missam ipse atrocioribus edictis accumulauisset, ac postquam per annos decem omni genere hominum exhaustis prouincias, putrefacto introrsum pectore, & vitalibus dissolutis, cum ultra horrorem humanæ miseræ etiam vermes eructaret, neque medici vltra iam foetorem ferentes, crebro iussu eius occiderentur, à quodam medico constantiam ex desperatione sumente increpitus, iram Dei esse pœnam suam, atque ideo à medicis non posse curari, edictis latè missis, Christianos de exilijs reuocauit. Ipse autem cruciatus non sustinens, vim vitæ sugattulit. Ita nunc Resp. sub nouis quatuor principibus fuit, Constantino & Maxentio filijs Augustorum, Licinio autem & Maximiano hominibus nouis. Constantinus pacem ecclesijs post decem annos, quàm à persecutoribus vexabatur, indulfit. Deinde inter Constantinū & Maxentium bellum ciuile exortum est. Maxentius sæpe multis prælijs fatigatus, vltimè ad pontem Muluiū victus & interfectus est. Maximianus persecutionis Christiano-

rum



rum incensor executorque infestissimus, apud Tarsum dūciuile bellum contra Licinium disponit, interijt. Licinius repentina rabie suscitatus, omnes Christianos è palatio suo iussit expelli. Mox bellum inter Licinium ipsum & Constantinum efferbuit. Sed Constantinus Licinium sororis suæ virum in Pannonia primum vicit, deinde apud Cibalas oppressit. Vniuersa Græcia potitus, Liciniū crebris bellis terra marique assurgentē & repressum, tandem ad deditiōem coëgit: sed Herculi Maximiāni socii sui motus exemplo, ne iterum depositam purpuram in perniciem reip. sumeret, priuatū iussit occidi, quamuis omnibus iam ministris nefariæ persecutionis extinctis, hunc quoque inquantum\* exercere potuit persecutionē, digna punitio flagitaret. Constantini filij, Crispus & Constantinus, & Licinius adolefcēs, Licinij augusti filius, Constantini autem ex sorore nepos, Cæsares sunt creati. His diebus Arius Alexādrinæ vrbis presbyter, à veritate fidei catholicæ deuians, exitiabile plurimis dogma constituit. Qui simul vt primum Alexandria vel notus vel notatus inter confusos vulgo sectatores infestatoresque factus est,

\* exercere

ab

ab Alexandro eiusdem tunc vrbis episcopo pulsus ecclesia est. Cumque homines, quos in errorem seduxerat, etiam in seditionē excitaret, apud Niceam urbem Bithyniæ cōuentus CCCXVIII. episcoporum factus est, per quos Arianum dogma exitiabile & miserū euidentissimè deprehensum, palā proditum ac reprobatū est. Sed inter hæc latent causæ, cur vindicem gladium & destinatam in impios punitiōem Constantinus imperator etiam in proprios egit affectus. Nam Crispum filium suum & Licinium filium, sororis filium interfecit. Præterea multas gentes diuersis prælijs subegit. Urbem nomine suo Romanorum regum vel primus vel solus instituit. Quæ sola expers idolorum, ad hoc breuissimo tēpore condita à Christiano imperatore prouecta est, vt sola Romæ, tot sæculis miserijque prouectæ, forma & potentia merito posset æquari. Tū deinde primus Constantinus iusto ordine & pio vicē vertit edicto, siquidē statuit citra vllā hominum cædem paganorum tēpla claudi. Mox Gothorū fortissimas & copiosissimas gentes in ipso barbarici soli sinu, hoc est in Sarmatarū regione deleuit. Calocerum quendā in Cypro aspi-

rantem



rantem nouis rebus oppressit. Tricennalibus suis Dalmatium Cæsare legit. Cumque bellum in Persas moliretur, in villa publica iuxta Nicomediam, dispositam bene rempub. filijs tradens diem obiit.

*Constantinus, Constantius & Constans imperatores. Interim de Magnentio arripiente imperiũ & Decentio.*

CAPVT XXIX.

**A**Nno ab vrbe condita millesimò nonagesimosecundo, Constantinus tricesimus quintus cū Constantio & Constante fratribus suis adeptus imperium, vigintiquatuor annis tenuit. Fuit inter successores Cōstantini & Dalmatius Cæsar fratris filius, sed continuo militari factioe decerptus est. Interea maligna semper aduersus Deum verum diaboli insectatio, quæ ab initio mūdi vsque ad nūc, à syncero fidei religionisq̃ue tramite, offusis errorum nebulis, lubrica hominum corda perturbat, postquam Christianis imperatoribus summam regiæ potestatis in meliora vertentibus ecclesiam Christi zelo idololatriæ persequi destitit, aliud machinamentum, quo per eosdem Christianos imperatores Christi ecclesiam vexaret, inuenit. Fit igitur Ario noui erroris auctori;

auctori, cæterisque discipulis ipsius ad familiaritatem Cōstantij imperatoris pròptus aditus & facilis via. Suadetur Constantio, vt quosdam in Deo gradus credat: & qui per ianuam ab errore idololatriæ fuerat egressus, reuersus in sinu eiusdem, in Deo deos quærit, & tanquam per pseudothyrum inducitur. Perverso igitur zelo potestas armatur illula, & sub nomine pietatis vis persecutionis agitatur. De noua nominis electione contenditur, vt Arrianorum potius ecclesiæ quàm catholicorum sint. Sequitur terra motus horribilis, qui plurimas orientis vrbes solo strauit. Constantinus dum Constantem fratrem bello insectatur, incauta petulantia periculis sese offerens, à ducibus eius occisus est. Constans aduersus Persas & Saporem, qui Mesopotamiam vastauerant, nouem prælijs parum prospere decertauit. Seditioe nouissimè atque intemperantia militum nocte adoriri pugnam coactus, patratam pene victoriam inluper victus amisit. Post cum se intolerandis vitijs dedisset, ac pœna prouincialium fauorem militum compararet, Magnentij dolis in oppido cui Helena nomē est, in proximo Hispaniæ interfectus est. Magnentius



ius enim apud Augustodunum arripuit imperium, quod continuo per Galliam, Africam, Italiamque porrexit. In Illyrico autem Vetricionem ætate grandævum, imperatorē sibi milites creauerunt, virum natura simplicem, cunctisque iucundum, sed qui ne prima quidē vnquam literarū elementa didicisset. Itaque cū primas literas literarumque syllabas imperator senex, interdum inuitus meditaretur, à Constantio qui tunc in Magnentium, vltione fratris accensus, bellū parabat, deponere iussus imperium, abijciens cum literis purpuris, contentusque priuatis serijs, palatium simul scholamque dimisit. Nepotianus deinde Romæ Constantini sororis filius, gladiatorum manu fretus, inuasit imperium. qui deinde cū improbus ac per hoc inuisus cunctis esset, à Magnentianis ductibus oppressus est. Sequitur bellum illud horribile inter Constantium Magnentiumque apud Mursam urbem gestum, in quo multa Romanarum virium profligatio etiā in posterum nocuit. Magnentius tamen victus aufugit, ac non multò post apud Lugdunū propria se manu interfecit. Decentius quoque frater eiusdem, quē Cæsare Gallis præfecerat, apud Senonas

laqueo

laqueo vitam finiuit. Constantius continuo Gallum patrum filium, Cæsare legit: quem rursus crudeliter ac tyrannice agentem, paulò postquam creauerat, occidit. Sylluanum quoque per Gallias rebus nouis inhiantem, mature circumueniendum opprimendumque curauit. Igitur Sylluano interfecto, Iulianum patruelē suum, Galli fratrem Cæsarem creatum misit ad Gallias. Itaque Iulianus Cæsare euerfas oppressasque ab hostibus Gallias strenuissimè in integrum restituit. Alamannorum paruis copijs magnam multitudinem fudit. Rheno Germanos reuinxit. His elatus successibus, fastigiū vsurpauit Augusti: & mox Italiam Illyricumque peruadens, Constantium Parthicis prælijs occupatum, regi parte priuauit. Constantius Iuliani scelere comperto, dimissa expeditione Parthorum, dū ad ciuile bellū reuertitur, in itinere inter Ciliciā Cappadociamque defunctus est. Ita ille qui discissa pace & vnitæ fidei catholicæ, Christianos aduersus Christianos armās, ciuili (vt ita dicā) bello ecclesiæ mēbra dilacerauerat, totū inquietum tempus imperij sui, molestissimumque spatium vitæ suæ, bellis ciuilibus etiam per propinquos & consanguineos



ne eos excitatis, exercuit, exegit, expendit.

*Fl. Claudius Iulianus Imperator Caf.*

CAPVT XXX.

**A**Nno ab vrbe cōdita millesimo cētesimo decimosexto, Iulianus dudū Cēsar, pōst aut tricesimussextus ab Augusto regno potitus, anno vno & mensibus octo imperij summā solus obtinuit, Christianam religionem arte potius quā potestate insectatus, vt negaretur fides Christi, & idolorum cultus susciperetur, honoribus magis prouocare, quā tormentis cogere studuit. Aperto tamen praecepto edicto, ne quis Christianus docendorum liberalium studiorum professor esset. Sed tamen sicut à maioribus nostris compertum habemus, omnes vbique propemodum praecepti conditiones amplexati, officium quā fidem deserere maluerunt. Iulianus autem bellū aduersus Parthos parans, cum Romanas vires contractas vndique ad destinatam secum traheret perditionem, Christianorum sanguinem dijs suis vouit, palam persecutus ecclesias, si victoriam potuisset adipisci. Nam & Amphitheatrum Hierosolymis extrui iussit, in quo reuersus à Parthis, episcopos, monachos, omnesque eius loci sanctos,

sanctos, bestijs etiam arte saeuioribus obijceret, spectaretque laniados. Itaq; postquam à Ctesiphonte castra mouit, dolo cuiusdam trāsflugæ in deserta perductus, cum vi fitis & ardore solis, atque insuper labore arenarum confectus periret exercitus, imperator tanto rerū periculo anxius, dum per vasta deserti incautius euagatur, ab obuio quodam hostium equite conto ictus interijt. Sic misericors Deus impia consilia impij morte dissoluit.

*Iouinianus imperator Caf. August.*

CAPVT XXXI.

**A**Nno ab vrbe condita millesimo cētesimo decimosextimo, Iouinianus tricesimussseptimus imperator, in summo rerum discrimine ab exercitu creatus, cū & locorum iniquitate captus, & hostibus circūseptus, nullam euadēdi facultatem nancisceretur, foedus cum Sapore Persarum rege, etsi parum putant dignum, satis tamen necessarium pepigit: quippe vt tutum & incolumem Romanum exercitum non solum ab incurso hostium, verum etiam à locorum periculo liberaret, Nisibin oppidum & partem superioris Mesopotamiæ, Persis concessit. Inde dū ad Illyricum rediens, per Galatiam iter



agit, cum in cubiculum quoddam nouum  
sele cubitum recepisset, calore prunarum  
& nidore parietum nuper calce illitoru,  
aggrauatus & suffocatus, octauo demum  
mense quam imperare ceperat, vitam fi-  
niuit.

*Fla. Valerius Valentinianus imp. Caf. Augu. cum  
Valente fratre. Deq; Gratiano iam Cesare.*

## CAPVT XXXII.

**A**Nno ab vrbe condita millesimo cen-  
tesimo decimo octauo, Valentinia-  
nus tricessimus octauus apud Niceam con-  
sensu militum imperator creatus est, man-  
sitque in eo annis vndecim: qui cum Chri-  
stianus integra fide sacramentum militiae  
gereret, & sub Iuliano Augusto tribunus  
scutariorum, iussus ab imperatore sacri-  
lego aut immolare idolis, aut militia exce-  
dere, fideliter sciens & grauiora Dei esse  
iudicia & meliora promissa, sponte disces-  
sit. Ita parua interiecta mora, Iuliano in-  
terfecto, ac mox Iouiniano mortuo, qui  
pro Christi nomine amiserat tribunatum,  
retribuente Christo, in locu persecutoris  
sui accepit imperiu: qui postea fratre suu  
Valentem participem fecit imperij, & Pro-  
copium tyrannum pluresque postea sacel-  
lites eius occidit. Terræmotus per totum  
orbem

orbem factus, ita turbatum quoque pela-  
gus exculsit, vt per vicinas terrarum cam-  
pestrium partes refulo mari, plurimæ insu-  
larum vrbes concussæ & subrutæ, perijsse  
referantur. Valens ab Eudoxio episcopo  
Arriani dogmatis assertore & baptizatus  
& persuasus, in sæuissimam hæresim de-  
clinauit: sed malignam insectationem diu  
texit, nec voluntati potestatem admiscu-  
it, quoad viuents fratris auctoritate com-  
pressus est. Contemplabatur enim de eo  
quantam vim in vlciscenda fide impera-  
tor posset exercere, qui tantam constan-  
tiam pro retinenda quondam miles habu-  
isset. Horum anno imperij tertio, Grati-  
anus Valentiniani filius imperator est fa-  
ctus. Eodem anno apud Atrebatas vera  
lana de nubibus pluuie mixta defluxit.  
Præterea Athanaricus rex Gothorum  
Christianos in gente sua crudelissimè per-  
secutus, plurimos barbarorum ob fidem  
interfectos, ad coronam martyrij subli-  
mauit, quorum tamen plurimi in Roma-  
num solum non trepidi velut ad hostes,  
sed certi, quod ad fratres pro Christi con-  
fessione fugerunt. Valentinianus Saxo-  
nes gentem in oceani litoribus & paludi-  
bus inuis sita, virtute atq; agilitate terri-  
bilem,



bilem, periculosam Romanis finibus, eruptionem magna mole meditantem, in ipsis Francorum finibus oppressit. Burgundionum quoque novorum hostium novum nomen, qui plusquam octoginta millia (vt ferunt) armatorum, ripæ Rheni fluminis insederunt. Hos quōdam subacta interiore Germania à Drulo & Tiberio adoptiuus filijs Cælaris, per castra dispositos, aiunt in magnam coaluisse gentem: atque ita etiam nomen ex opere præsumpsisse, quia crebra per limitem habitacula constituta, Burgos vulgo vocant: eorumque esse præualidam & perniciosam manum, Gallia hodieque testes sunt, in quibus præsumpta possessione consistunt: quamuis providentia Dei omnes Christiani modo facti catholica fide, nostrisque clericis quibus obedirent receptis, blande, mansuete, innocenterque vivunt, non quasi cum subiectis Gallis, sed vere cum fratribus Christianis. Anno autem vndecimo imperij sui, Valentinianus, cum Sarmatæ sese per Pannonias diffudissent, easque vastarent, bellum in eos parans, apud Brigitionem oppidum subita effusione sanguinis, quod Græce ἀπὸ πλῆθους vocatur, suffocatus & mortuus est. Post

Post quem Gratianus filius eius occidentis imperium tenuit. Valente patruo in orientis partibus constituto, Valentinianum etiam fratrem suum paruum admodum, socium creavit imperij.

*Valens imperator, quomodo Christianos punierit, & qua bella gesserit, de quo Gratiani imperio.*

## CAPVT XXXIII.

**A**Nno ab vrbe condita millesimo centesimo viceesimo octavo, Valens tricesimus nonus imperium quatuor annis Valentiniano mortuo tenuit, cui soli cum impie ageret, & potuisset erubescere, illico velut effrenata libertatis audacia legē dedit, vt monachi, hoc est, Christiani, qui ad vnum fidei opus, dimissa secularium rerum multimoda actione, se redigunt, ad militiam cogentur. Vastas illas tunc Aegypti solitudines, arenasque diffusas, quas propter sitim ac sterilitatem periculosissimamque serpētum abundantiam conuersatio humana non nosset, magna habitantium monachorum multitudo compleuerat. Huc tribuni & milites missi, qui sanctos ac veros milites Dei alio nomine persecutionis abstraherent, interfecerunt ibi agmina multa sanctorum. Quæ autem



per diuersas vbiq;e prouincias, his similibusq; iussis aduersus ecclesias catholicas, & recte fidei populos gesta sint, satis significatum ipsa reticēdi electione sufficiat. Interea in Africæ partibus Firmus sese, excitatis Maurorum gentibus, regē constituens, Africam Mauritaniamq;e vastauit. Cæsareā urbem nobilissimā Mauritanix dolo captam, deinde cædibus incendijsq;e completam, barbaris in prædam dedit. Igitur comes Theodosius, Theodosij qui post imperio præfuit, pater, à Valētiniano missus, effusas Maurorum gentes multis prælijs fregit, ipsum Firmum afflictu & oppressum coëgit ad mortem. Post cum experientissima prouidentia totam cum Mauritania Africa meliorem pristinis legibus reddidisset, instimulante & obrepente inuidia iussus interfici, apud Carthaginem baptizari in remissionem peccatorum præoptauit: ac postquam sacramentum Christi, quod quæsierat assecutus est, post gloriosam sæculi vitam, etiam de vitæ æternitate securus, percussori iugulum vltro præbuit. Gratianus interea imperator admodum iuuenis, cum inastimabilem multitudinē hostium Romanis infusam sinibus cer-

neret,

neret, fretus Christi potentia, longe impari militum numero sese in hostē dedit: & continuo apud Argentariam oppidū Galliarum, formidolosissimum bellum incredibili felicitate confecit. Nam plus quàm triginta millia Alamannorum, minimo Romanorum detrimēto in eo prælio interfecta narrantur. Tertiodecimo autem anno imperio Valentis, hoc est, paruo tempore postea quàm Valens, per totum oriētem ecclesiarum lacerationes, sanctorumq; cædes egerat, radix illa miseriarū nostrarum copiosissimos simul frutices germinauit: siquidem gens Hunnorū diu inaccessis seclusa montibus, repentina rabie percita, exarsit in Gothos: eosq;e sparsim conturbatos, ab antiquis sedibus expulit. Gothi transito Danubio fugiētes, à Valēte sine vlla fœderis pactiōe suscepti, ne arma quidem, quo tutius barbaris crederetur, tradidere Romanis. Deinde propter intolerabilē auaritiā Maximi ducis, fame & iniurijs adacti, in arma surgētes, victo Valētis exercitu, per Thracia sese miscētes, simul omnia cædibus, incendijs, rapinisq;e fœdarūt. Valens egressus de Antiochia, cū vltima infelicis belli sorte traheretur, fera peccati maximi

pœni



652  
PAVLI OROSII  
pœnitentia stimulatus, episcopus cate-  
rosque sanctos reuocari de exilijs impe-  
rauit. Itaque decimoquinto imperij sui  
año lachrymabile illud bellum in Thra-  
cia cum Gothis, iam tunc exercitatione  
virium rerumque abundãtia instructissi-  
mis, gessit. Vbi primo statim impetu Go-  
thorum, perturbata Romanorum equi-  
tum turma, nuda peditum deseruere præ-  
fidia. Mox legiones peditum vndique e-  
quitatu hostium cinctæ, ac primum nu-  
bibus sagittarum obruta, deinde cum a-  
mentes metu sparsim per deuia cogeren-  
tur, funditus cæsa, gladijs insequentum  
contisque perierunt. Ipse imperator cum  
sagitta laucius, versusque in fugam, ægre  
in cuiusdam villulae casam deportatus la-  
teret, ab insequentibus hostibus depre-  
hensus, subiecto igne consumptus est: &  
quo magis testimonium punitionis eius  
& diuinæ indignationis terribili poste-  
ris esset exemplo, etiam communi caruit  
sepultura. Consoletur se, sed in hoc solo  
peruicacia miseriaque gentilium, quia tẽ-  
poribus & regibus Christianis tantæ si-  
mul congestæ clades, pressam reipub. o-  
nerauere ceruicem: euertæ prouinciæ, de-  
letus exercitus, imperator incensus. Ma-  
gnum

LIBER SEPTIMVS.

653

gnum reuera hoc est ad nostrũ dolorem,  
magisque miserum, quo magis nouum.  
Sed quid hoc ad consolationem proficit  
paganorum, qui palam peruident & in his  
quoque persecutorem ecclesiarum fuisse  
punitũ? Vnus Deus vnã fidem tradidit,  
vnã ecclesiam toto orbe diffudit, hanc  
aspicit, hanc diligit, hanc defendit. Quo-  
libet se quisquis nomine tegat, si huic nõ  
sociatur, alienus: si hanc impugnat, inimi-  
cus est. Consoletur se gentiles inquantũ  
volunt, Iudæorum hæreticorumque sup-  
plicijs: tantum & vnũ Deum esse, & e-  
undem personarum acceptorem non esse,  
vel ex hac potissimum Valentis extincti  
probatione fateantur. Gothi antea per le-  
gatos supplices poposcerunt, vt illis epi-  
scopi, à quibus Christianæ fidei regulam  
discerent, mitterentur. Valens imperator  
exitiabili prauitate doctores Arriani do-  
gmatis misit. Gothi primæ fidei rudimen-  
tum quod acceperunt, tenuerunt. Itaque iu-  
sto Dei iudicio ipsi cum viuum incende-  
runt, qui propter eum etiam mortui, vitio  
erroris arsurus sunt.

*Gratianus imperator quanta prudentia imperiũ  
rexit. Theodosius orienti & Thracia imperat.  
deq; Arcadio & Maximo.*

Caput

PAVLI OROSII  
CAPVT XXXIII.

**A**Nno ab vrbe cōdita millesimo cētesimo XXXII. Gratianus quadragesimus ab Augusto, post mortem Valentis sex annis imperium tenuit, quamuis iam dudum antea cum patruo Valente & cum Valentiniano fratre regnaret: qui cū afflictum ac pene collapsum reip. statum videret, eadem prouisione qua quondam legerat Nerua Hispanum virum Traianum, per quem respublica reparata est, legit & ipse Theodosium & que Hispanum virum, & restituendæ reipub. necessitate apud Syrmium purpuram induit, orientisque & Thraciæ simul præfecit imperio: in hoc perfectiore iudicio, quia cum in omnibus humanæ vitæ virtutibus iste par fuerit, in fidēi sacramento religionisque cultu sine vlla cōparatione præcelsit: siquidē ille persecutor, hic propagator ecclesiæ. Ita illi ne vnus quidem proprius filius quo successore gauderet, indultus est: huius autē orienti simul atq; occidenti per succiduas vsq; ad nunc generationes gloriosa propago dominatur. Itaque vt Theodosius afflictam Remp. ira Dei reparandam credidit misericordia illius, omnem fiduciam sui ad opem Christi conferens, maximas

maximas illas Scythicas gentes, formidatasque cunctis maioribus, Alexandro quoque illi Magno, sicut Pompeius Corneliusque testati sunt, euitatas, nunc autem extincto Romano exercitu, Romanis equis armisque instructissimas, hoc est, Alanos, Hunnos & Gothos, incunctanter aggressus, magnis multisque prælijs vicit. Urbem Constantinopolim victor intravit: & ne parua ipsam Romani exercitus manu assidue bellando deterreret, scœdus cum Athanarico rege Gothorū percussit. Athanaricus autem continuo vt Constantinopolim venit, diem obiit. Vniuersæ Gothorum gentes, rege defuncto, aspicientes virtutem benignitatemque Theodosij, Romano sese imperio dederunt. In iisdem etiam diebus Persæ, qui Iuliano interfecto alijsque imperatoribus sæpe victis, nunc etiā Valente in fugam acto, recentissimæ victoriæ latietatē cruda insultatione ructabant, vltro Constantinopolim ad Theodosium misere legatos, pacemque supplices poposcerunt: ictumque tūc scœdus est, quo vniuersus orientis vsque ad nunc tranquillissimè fruitur. Interea cum Theodosius in oriente subactis barbarorum gentibus, Thracias tandem



dem ab hoste liberat reddidisset, & Arcadium filium suum consortem fecisset imperij, Maximus vir quidem strenuus & probus, atque Augusto dignus, nisi contra sacramenti fidem per tyrannidem emerfisset, in Britannia inuitus propemodum ab exercitu imperator creatus, in Galliam transijt: vbi Gratianum Augusti subita incursione perterritum, atque in Italiam transire meditantem, dolis circumuentum interfecit, fratremque eius Valentinianum Augustum Italia expulit. Valentinianus in orientem fugiens, à Theodosio paterna pietate susceptus, mox etiam imperio restitutus est.

*Theodosius imperator Cesar Augustus qua bella gesserit. Interim de Maximi, Andragathij & Valentinianij interitu. deq; Arbogaste & Eugenio tyranno. per Theodosium deletis.*

## CAPVT XXXV.

**A**Nno ab vrbe condita millesimo centesimo XXXVIII. Theodosius XLII interfecto per Maximum Gratiano, imperium Romani orbis solus obtinuit, mansitque in eo annis vndecim, cum iam in orientis partibus sex annis Gratiano viuento regnasset. Itaque iustis necessarijsq; causis ad bellum ciuile permotus, cum è duobus

duobus Augustis fratribus, & vltionem vnus interfecti sanguis exigeretur, & restitutionem miseria alterius exulantis oraret, posuit in Deo spem suam, seque aduersus Maximum tyrannum sola fide maior (nam longe minor erat vniuersa apparatus bellici comparatione) proripuit. Aquileiæ tunc Maximus victoriæ suæ spectator infederat. Andragathius comes eius summam belli administrabat: qui cum largissimis militum copijs, ipsaque magnarum copiarum fortitudine, præcellente consilio, omnes incredibiliter Alpium ac fluminum aditus communisset, ineffabili iudicio Dei, nauali expeditione dum incautum hostem præuenire & obruere parat, (ponte eadē, quæ obstruxerat claustra, deseruit. Ita Theodosius nemine sentiente, vt non dicam repugnante, vacatas trāsmisit Alpes, atque Aquileiam improuisus adueniens, hostem illū magnum Maximū trucē, & ab immanissimis quoque Germanorum gētibus tributa ac stipendia solo terrore nominis exigentem, sine dolo & controuersia clausit, cepit & occidit. Valentinianus, recepta Italia, potitus imperio est. Andragathius comes cognita Maximi nece, præcipitem sese è



658  
PAVLI OROSII  
naui in vndas dedit, ac suffocatus est. Theodosius incruentam victoriam Deo procurante suscepit. Ecce regibus & temporibus Christianis qualiter bella ciuilia cum vitari nequeunt, transiguntur. Ad victoriam peruentum est, irrupta est ciuitas, correptus tyrannus, & hoc parum est. Ecce a parte alia victus hostilis exercitus, atque ipso tyranno truculentior comes tyranni ad mortem coactus, tantae dissolutae elusaeque insidiae, tanti apparatus exinaniti sunt: & tamen nullus dolos instruxit, nullus aciem disposuit, postremo nullus (si dici licet) gladium de vagina extulit. For midolofissimum bellum sine sanguine usque ad victoriam, & in victoria duorum morte confectum est. Et ne hoc quisquam casu factum putet, quo magis potentia Dei qua & dispensantur & iudicantur vniuersa, propalato sui testimonio declarata, obstrepentium mentes vel ad confusionem, vel ad fidem cogat, dicorem & ignotam omnibus, & omnibus notam. Post hoc bellum quo Maximus interfectus est, multa utique, sicut omnes recognoscimus, Theodosium filiumque eius Honorium usque ad nunc & externa bella & ciuilia subsecuta sunt: & tamen omnia pene usque

LIBER SEPTIMVS. 659  
que in hodiernum diem, & quidem cum fructu simplicis sanctaeque victoriae, vel nullo, vel minimo sanguine quieuerunt. Igitur Valentinianus iunior regno restitutus, extincto Maximo, eiusque filio Victore, quem imperatorem Gallis Maximus reliquerat, ipse in Galliam transiit: vbi cum tranquilla rep. in pace ageret, apud Vienne dolo Arbogastis comitis sui, ut ferunt, strangulatus, atque ut voluntaria sibi consciuisse mortem putaretur, laqueo suspensus est. Mortuo Valentiniano Augusto, Arbogastes Eugenium tyrannum mox creare ausus est, legitque hominem cui titulum imperatoris imponeret, ipse acturus imperium: vir barbarus animo, consilio, manu, audacia, potentiaque nimis, contraxit vndique innumeras, inuitasque copias, vel Romanorum praesidijs, vel auxilijs barbarorum, alibi potestate, alibi cognatione subnixus. Historiam notam etiam oculis plurimorum, quam melius qui spectauerunt nouerunt, dilatari verbis non opus est. Potentia Dei, non fiducia hominis, victorem semper extitisse Theodosium, Arbogastes iste praecipuum in utroque documentum est: qui & tunc, cum Theodosio paruit, tantis instructum praesidijs

Tt 2 dijs



dijs Maximū i ple minimus cepit: & nunc cum aduersus eundem Theodosium collectis Gallorum Francorumque viribus exundauit, nixus etiam præcipuo cultu idolorum, magna tamen facilitate succubuit. Eugenius atque Arbogastes instructas acies campis expedierant, arcta Alpium latera atque ineuitabiles transitus, præmissis callidè insidijs occuparant: ut etiam si numero ac viribus impares forent, sola tamen belli dispositione victores. At vero Theodosius in summis alpidibus constitutus, expers cibi ac somni, sciens quod destitutus suis, nesciès quod clausus alienis, dominum Christum solus solū qui posset omnia, corpore humi fusus, mète cælo fixus, orabat. Dehinc postquā in somnè noctem præcū continuatiōne tranlegit, & testes propemodū, quas in pretiū præsidij cœlestis appenderat, lachrymarum lacunas reliquit, fiducialiter arma corripuit solus. Sciens se esse nō solū signo crucis tuendū, sed & victoriā adepturū, signo crucis se muniens, signū victoriæ dedit, ac signo crucis signū prælii dedit, ac se in bellū, etiā si nemo se queretur, victor futurus immisit. Prima salutaris via exitit Arbitrio, hostiliū partium com-

mes:

mes: qui cum ignarum imperatorem circumpositis excepisset insidijs, conuersus ad reuerentiam præsentis Augusti, nō solum periculo liberauit, verum etiam instruxit auxilio. At vbi ad contigua immiscendæ pugnæ spatia peruentum est, continuo magnus ille & ineffabilis ventorum in ora hostium ruit. Ferebantur per aërem spicula missa nostrorum atque vltra mensurā humani iactus manu in aëre reportata, nusquam propemodum cadere, priusquam impingerent, sinebantur. Porro autem turbo cōtinuus ora pectoraque hostium nunc illis grauiter scutis euerberabat, nunc imprelsus pertinaciter obstructa claudebat, nūc auulsus violēter destituta nudabat, nūc oppositis iugiter in terga trudebat: tela etiā quæ ipsi vehemēter intorserāt, excepta vêtis impetu supinata, ac retrorsum coacta, ipsos infeliciter configebant. Prospexit sibi humanæ conscientiæ pavor: Nam continuo sese, parua suorum manu fusa, victori Theodosio hostilis prostravit exercitus. Eugenius captus atque interfectus est. Arbogastes sua se manu perculit. Ita & hic duorum sanguine bellum ciuile restinctum est, absque illis decem millibus Gothorū, quos

T t 3



quos præmissos à Theodosio Arbogastes delesse funditus fertur, quos utiq; perdidisse lucrum, & vinci vincere fuit. Nō insulto obrectatoribus nostris. Vnū aliq̄d ab initio vrbis condite bellum proferant, tā pia necessitate susceptū, tam diuina felicitate confectū, tā clemēti benignitate lopitū, vbi nec pugna graue cædem, nec victoria cruentā exegerit vltionem: & fortasse concedā, vt nō hæc fidei Christiani ducis cōcessa videantur, quāuis ego hoc testimonio non laborē, quando vnus ex ipsis poēta quidē eximius, sed paganus prouicacissimus, huiusmodi versibus & Deo & homini testimonium tulit, quibus ait:

*Oninium dilecte Deo, tibi militat ather,  
Et coniuurati veniunt ad classica venti.*

Ita cœlitus iudicatū est, inter partē etiam sine præsidio hominū de solo Deo humiliter sperantē, & partē arrogantissimē de viribus suis, & de idolis præsumētē. Theodosius autē cōposita tranquillataq; Rep. apud Mediolanū constitutus, diem obiit.

*De imperio & rebus gestis Arcadij, Theodosij iunioris & Honorij Caesarum. De Gildonis perfidia ac molitionibus, tamen per Mascezilem compressis.*

**A**Nno ab vrbe condita millesimo cētesimo XLIX. Arcadius Augustus, cuius nunc filius Theodosius orientem regit, & Honorius Augustus frater eius, cui nunc Respub. innititur, XLII. loco commune imperium, diuisis tantum sedibus tenere cœperunt: vixitque Arcadius post patris excessum annis duodecim, imperijque summam Theodosio filio suo paruo admodum moriēs, tradidit. Interea Gildo comes, qui in initio regni eorū Africæ præerat, simul vt defunctū Theodosium comperit, siue, vt quidam ferunt, quadam permotus inuidia, Africam orientalis imperij partibus iungere molitus est: siue, vt alia tradit opinio, minimam in paruulis spem fore arbitratus, præsertim cum absque his non facile antea quisquam pusillus in imperio relictus, ad maturitatem virilis ætatis euaserit: isti que propemodum soli inueniantur, quos ob egregiam patris ac suam fidem & diuitiosos & destitutos Christi tutela prouexerit. Africam excerptam à societate Reip. sibi vsurpare ausus est, gentili magis licentia contentus, quàm ambitu regie affectionis inflatus. Huic Mascezil frater fuit, qui nouarum rerum molitiones in



fratre perhorrescens, relictis apud Africanam militiam duobus filijs adolescentibus, in Italiam redijt. Gildo & absentiam fratris & præsentiam filiorum eius suspectam habens, adolescentes dolo circumventos interfecit. Ad hunc iam vt hostem bello insequendum Mascezil frater missus est, quem idoneum procurandæ reip. fore propriae orbitatis recens dolor pollicebatur. Igitur Mascezil iam inde à Theodosio sciens, quantum in rebus desperatissimis oratio hominis per fidem Christi à clementia Dei impetraret, Caprariam insulam adijt, vnde secum sanctos seruos Dei aliquot permotos precibus suis sumpsit: cum his, orationibus, ieiunijs, psalmis dies & noctes continuans, sine bello victoriam meruit, ac sine cæde vindictam. Ardalio fluminis nomen est, quod fluit inter Thebasterium & \* Metrideram ciuitates: vbi cum parua manu, hoc est, cum quinque millibus (vt aiunt) militum, contra septuaginta millia hostium castra metatus, cum interiecta mora excedere loco, oppositalq; præiacentis vallis angustias transgredi vellet, intercurrente nocte, beatum Ambrosium episcopum, Mediolani paulo ante

\* Amme-  
deciam

antè defunctum, per somnium sibi videre visus est, significantem manu & impacto ad humum ter baculo dicentem: Hic, hic, hic. Quod ille prudenti coniectura intellexit, merito annuntiatis fidem victoriæ, verbo locum, numero diem significari. Subsistit, ac tertio demum die, post nocte orationibus hymnisque peruiigilem ab ipsis cœlestium sacramentorum mysteriis, in hostem circumfusum processit: & cum ad eos qui primi occurrerant, pia pacis verba iactaret, signiferum quendam insolenter obstitentem, & iamiamque pugnam excitantem, gladio percussit in brachio: eumque manu debilem, ipso vulnere coëgit pronum inclinare vexillum. Quo viso, reliquæ cohortes deditionem iam fieri priorum existimantes, certatim sese ad Malcezilem signis tradidere conuersis. Barbari quorum magnam multitudinem Gildo ad bellum deduxerat, defestum militum destituti, in diuersa fugerunt. Gildo & ipse fugam molitus, arrepta nauis, vt in altum prouectus, ac deinde reuocatus in Africam est, post aliquot dies strangulatus interiit. Periclitaremur substantorum miraculorum relatu, quasi præsumpta mentiendi impudentia, nisi adhuc



vocem nostram consciētia eorum, qui interfuere, præcurreret. Nullę aguntur insidię, nulla corruptio, septuaginta millia hostium vincuntur pene sine pugna: fugit victus ad tēpus, ne plus audeat victor iratus. Trāsportatur in diuersum locū, vt nesciat frater occidi, quo vindicatur occiso. Sane idē Mascezil elatus rerum secundarum insolentia, posthabito sanctorum confortio, cum quibus antea Deo militās vicerat, etiam ecclesiā temerare ausus est, atque ex ea quosdam non dubitauit extrahere. Secuta est pœna sacrilegū. Nam isdem superstitibus atq; insultātibus, quos ab ecclesia ad pœnam protraxerat, post aliquantum tempus solus & ipse punitus est: probauitque in se vno, ad vtrunq; semper diuinum vigilare iudicium: quando & cum sperauit, adiutus, & cum contempsit, occisus est.

*De Ruffini & Stiliconis scelere: itē Rhadagais regis Gothorum, quomodo Romam terruerit & victus sit.*

## CAPVT XXXVII.

**I**Nterea cum à Theodosio imperatore seniore, singulis potissimis infantū cura & disciplina vtriusque palatij commissa esset, hoc est, Ruffino orientalis aulę,  
Stili-

Stiliconi occidē talis imperij, quid vterque egerit, quid dūc agere conatus sit, exitus vtriusque docuit: cum alius sibi, alius filio suo affectans regale fastigium, vt rebus repente turbatis, necessitas Reip. scelus ambitus tegeret, gentes barbaras ille immisit, hic fouit. Taceo de Alarico rege cum Gothis suis sæpe victo, sæpe concluso, semperque dimisso. Taceo de infelicitibus illis apud Polentiam gestis, quū barbaro & pagano duci, hoc est, Sauli, summa belli commissa est: cuius improbitate reuerēdissimi dies & sanctū pascha violatum est, cedenti que hosti propter religionē, vt pugnaret extortum est: cū quidē, ostēdente in breui iudicio Dei, & quid fauor eius posset, & quid vltio exigeret, pugnares vicimus, victores victi sumus. Taceo de ipsorū inter se barbarorum crebris dilacerationibus, cū se inuicē Gothorū cunei duo, deinde Alani atque Hunni varijs cædibus populabantur. Rhadagaisus omnī antiquorū presentiumq; hostium longe immanissimus, repētino impetu totam inundauit Italiam. Nam fuisse in populo eius plusquam ducenta millia Gothorum ferunt. Hic supra hanc incredibile multitudinem indomitamq; virtutem



tem paganus & Scythia erat : qui , vt mos est barbaris huiusmodi gentibus, omnem Romani generis sanguinem dijs suis propinare deuouerat. Hoc igitur Romanis arcibus imminente, fit omnium paganorum in vrbe concursus. Hostem esse cum vtique virium copia, tum maxime præsidio deorum potètem : urbem autem ideo destitutam & mature periturã, quia Deos & sacra perdiderit. Magnis querelis vbi- que agitur & continuo de repetendis sacris celebrandisq; tractatur. Feruent tota vrbe blasphemix, vulgo nomen Christi tanquam lues aliqua præsentium temporum probris ingrauat. Itaque ineffabili iudicio Dei factum est, vt, quoniam in permixto populo pijs gratia, impijs pœna debebatur, oportebatq; permitti hostes, qui insuadibilem in plurimis, & contradicentem ciuitatem seuerioribus solito flagris coarguerent, non tamen eos qui indiferece cunctos intemperata cæde delerent, duo tunc populi Gothorum cû duobus potentissimis regibus suis per Romanas prouincias baccharentur: quorum vnus Christianus priorq; Romano, & (vt res docuit) timore Dei mitis in cæde, alius paganus barbarus, & vere Scythia,

tha, qui non tantum gloriam aut prædam quãtum inexaturabili crudelitate ipsam cædem amaret in cæde: & hic iã receptus sinu Italiae, Romam è proximo tremente terrore quassabat. Itaque si huic vltioni potestas permetteretur, quem Romani hoc præcipue timendum arbitrabantur, quia fauorem Deorum sacrificiorum obsequijs inuitaret, & immoderatio cæde sine fructu emendationis arsisset, & error nouissimus peior priore creuisset: quando quidem in pagani & idololatrx manus incidisse, non solum paganis residuis de instaurando cultu idolorum esset indubitata persuasio, sed etiam Christianis periculosa confusio, cum & hi terrentur præiudicio, & illi confirmarentur exemplo. Quamobrem iustus dispensator humani generis Deus perire paganum hostem voluit, & Christianum præualere permisit, vt pagani blasphemantesq; Romani, & illo confunderentur perdito & hoc punirentur immisso: maxime cum imperatoris Honorij admiranda in rege cõ- tinentia, & sanctissima fides non parum diuinæ misericordiæ mereretur. Conceduntur quidem aduersus immanissimum illum hostem Rhadagaisum, aliorum ho- stium



stium cum copijs suis inclinati ad auxiliū  
animi. Ad sunt Vldin & Sarus Hunnorū  
& Gothorum duces præsidio Romano-  
rum: sed non finit Deus rē potentia suā,  
virtutē hominum & maxime hostium vi-  
deri. Conterritum diuinitus Rhadagai-  
sum, in Fæsulanos montes cogit: eiusque  
(secundum eos qui parcissimè referunt)  
ducenta millia hominū inopum consilij  
& cibi, in arido & aspero mōtis iugo, vr-  
gente vndiq; timore cōcludit: agminaq;  
quibus dudum angusta videbatur Italia,  
latendi spe in vnum ac paruum verticē tru-  
dit. Quid multis morer? Non disposita in  
bellum acies fuit, non furor timorq; in-  
certa pugna prætulit, non cædes acta, nō  
sanguis effusus est, non postremo (quod  
felicitatis loco deputari solet) damna pu-  
gnæ euentu compensata victoria, edenti-  
bus, bibētibus ludentibusq; nostris, tanti  
illi tamq; immanes hostes, esurientes &  
sitientes languentesq; confecti sunt. Pa-  
rum hoc est, nisi captum & catenatum ac  
subiugatum sciant, quem timere Roma-  
ni: illumq; idololatrā suum, cuius sacrī-  
ficia se magis pertimescere quā arma fin-  
gebāt, sine prælio victum ac vinctum sub  
iugo catenisq; despiciant. Igitur rex Rha-  
dagai-

dagaisus solus spem fugæ sumens, clā suos  
deseruit, atq; in nostros incidit: à quibus  
captus, ac paulisper retentus, deinde in-  
terfectus est. Tanta vero multitudo capti-  
uorum Gothorum fuisse fertur, vt vilissi-  
marum pecudū modo, singulis aureis pas-  
sim greges hominū venderentur. Sed ni-  
hil superesse Deus de eodē populo finit.  
Nam illico cunctis qui emebantur moriē-  
tibus, quod improbi emptores eorum nō  
impēderunt turpiter pretijs, expēderunt  
misericorditer sepulturis. Igitur ingrata  
Roma, quæ sicut nunc sensit, non ad re-  
mittēdam, sed ad reprimēdā idololatrię  
præsumptionem, iudicis Dei obliquā mi-  
sericordiam, ita continuo propter viuo-  
rum mortuorumq; sanctorum piā re-  
cordationem, Dei iram passura non ple-  
nam, si forte cōsula pœniteat, & per expe-  
rientiam fidem discat, ab incurso Alarici  
regis & hostis, sed Christiani, aliquantu-  
lo ad tempus spatio, differtur.

*De molitionibus Stiliconis comitis, eiusq; & Eu-  
cherij interitu.*

## CAPVT XXXVIII.

**I**Nterea comes Stilico Vadalorum im-  
bellis, auaræ, perfidæ & dolosæ gentis  
genere editus, paruipēdens quod lub im-  
peratore



672 PAVLI OROSII  
peratore imperabat, Eucherium filiū su-  
um, sicut à plerisque traditur, iam inde  
Christianorum persecutionem à puero  
priuatoque meditantem, in imperio quo-  
quo modo substituere nitentur. Quam-  
obrem Alaricum cunctamque Gothorū  
gentem pro pace optima & quibuscun-  
que sedibus suppliciter ac simpliciter o-  
rantem, occulto sœdere vouens, publicè  
autem & belli & pacis copia negata, ad ter-  
rendam terrendamque Rempub. referua-  
uit. Præterea gentes alias copijs viribus-  
que intolerabiles, quibus nunc Galliarum  
Hispaniarumque prouinciæ premuntur,  
hoc est, Alanorum, Sueuorum, Vandalor-  
um, ipsoque simul motu impulsorū Bur-  
gundionum, vltro in arma sollicitans, de-  
terso semel Romani nominis metu, susci-  
tauit eas interim ripas Rheni quaterere, &  
pulsare Gallias voluit, sperans miser sub  
hac necessitatis circumstantia, quia & ex-  
torquere imperium genero posset in fili-  
um, & gentes barbaræ tam faciliè compri-  
mi quam commoueri valerent. Itaque ubi  
imperator Honorio exercituiq; Roma-  
no hæc tantorum scelerum scena patefa-  
cta est, commoto iustissimè exercitu, oc-  
ciscus est Stilico: qui vt vnum puerum pur-  
puram

LIBER SEPTIMVS. 673  
puram indueret, totius generis humani  
sanguinem dedit. Occiscus est & Euche-  
cherius, qui ad conciliandum sibi fauorè  
paganorum, restitutione templorum &  
euerfione ecclesiarum imbuturum se re-  
gni primordia minabatur, pauci que cum  
ijsdem satellites tatarum molitionum pu-  
niti sunt. Ita minimo negotio paucorum-  
que pœna, ecclesiæ Christi cum impera-  
tore religioso & liberatæ sunt & vindi-  
cata. Itaque post hæc tanta augmēta blas-  
phemiarum, nullamque pœnitentiam, vl-  
tima illa diuque suspensa vrbe pœna con-  
sequitur.

*Quomodo Roma per Gothos irrupta fuerit, de-  
pradata & incensa, solis Christianis tutis & li-  
beris.*

#### CAPVT XXXIX.

**A**dest Alaricus, trepidā Romam, ob-  
sidet, turbat, irrumpit. Dato tamen  
præcepto prius, vt si qui in sancta loca  
præcipueque in sanctorum apostolorum  
Petri & Pauli basilicas confugissent, hos  
in primis inuiolatos securosque esse sine-  
rent. Tum deinde inquantū possent præ-  
dæ inhiantes, à sanguine temperaret. Ac-  
cidit quoque, quo magis illa vrbe irruptio  
indignatione Dei acta, quam hostis for-  
Vu titudi-



titudine probaretur, vt beatus Innocentius Romanæ ecclesiæ episcopus, tanquam iustus Loth subtractus à Sodomis, occulta prouidētia Dei apud Rauēnam tūc positus, peccatoris populi non videret excidium. Discurrētibus per urbem barbaris, sorte vnus Gothorum idemque potēs & Christianus, sacram Deo virginem iā etate prouectam, in quadam ecclesiastica domo reperit: cum que ab ea aurū argentumque honestè exposceret, illa fidei constantia esse apud se plurimum, & mox profereendum spondit, ac protulit. Dumque expositis opibus, attonitum barbarū magnitudine & pondere ac pulchritudine, ignota etiā vasorum qualitate intelligeret, viro Christi ad barbarum ait: Hæc Petri apostoli sacra ministeria sunt. Præsume, si audes, de facto tu videris. Ego quia defendere nō valeo, neque tenere audeo. Barbarus vero ad reuerentiam religionis, timore Dei & fide virginis motus, ad Alaricū hæc per nuntiū retulit: qui continuo reportari ad apostoli basilicam vniuersa, vt erant, vasa imperauit: virginē etiam simulque omnes qui se adiungerēt Christianos, eodem cum defensione deduci. Ea domus à sanctis sedibus longo,

vt se

vt ferunt, & medio interiectu vrbs aberat. Itaque magno spectaculo omnium disposita per singulos singula, & super capita elata palam aurea atque argentea vasa portantur, exertis vndiq; ad defensionem gladijs, pia pompa munitur. Hymnis Deo Romanis barbarisque concinētibus, publice canitur. Personat latè in excidio vrbis salutis tuba, omnesque etiā in abditis latentes, inuitat ac pullat. Concurrunt vndique ad vasa Petri, vasa Christi: pluri mi etiam pagani Christianis professione, si non fide, admiscuntur: & per hoc tamen ad tēpus, quo magis confundantur, euadunt. Quanto copiosius aggregātur Romani confugientes, tanto auidius circumfunduntur barbari defensores. O sacra & ineffabilis diuini iudicij discretio. O sanctum istud & salutare flumē, quod parua exortū domo, dū beato alueo in sanctorum sedes tendit, oberrantes periclitantesq; animas in salutis sinum pia rapacitate peruexit. O præclara illa Christianæ militiæ tuba, quæ generaliter cūctos dulcissimo ad vitā modulamine inuitās, quos ad salutem inobedientes non suscitauit, inexcusabiles reliquit ad mortem. Mysterium hoc quod in transferendis vasis,

Vu 2 dicen.



dicendis hymnis, ducendis populis fuit, tanquam magnum cribrū fuisse arbitror, per quod ex congregatione populi Romani tanquam ex magna massa frumenti, per omnia ex vniuerso ambitu ciuitatis latebrarum foramina effluxere grana viua, siue occasione siue veritate cōmota, omnia tamen de præsente salute credentia, ex horreo dominicæ præparationis accepta sunt. Reliqua vero sicut sterco-  
ra, & velut paleæ, ipsa vel incredulitate vel inobedientia præiudicata, ad exterminium atque incendium remanserūt. Quis hæc perpẽdere plenis miraculis, quis prædicare dignis laudibus queat? Tertia die barbari, quam ingressi urbem fuerant, sponte discedunt, factio quidem aliquantarum ædium incendio, sed ne tanto quidem, quantum septingentesimo conditinis eius anno calus effecerat. Nam si exhibitam Neronis imperatoris sui spectaculis inflammationem recenseam, procul dubio nulla comparatione æquiparabitur secundum id, quod excitauerat lasciuia principis, hoc quod nũc intulit ira victoris. Neque vero Gallorum meminisse in huiusmodi collatione debeo, qui continuo pene anni spatio incensæ euersæque  
urbis

urbis attritos cineres possederunt. Et ne quisquam forte dubitaret, ad correptionem superbæ lasciuia, & blasphemæ ciuitatis hostibus fuisse permissum, eodem tempore clarissima urbis loca fulminibus diruta sunt, quæ inflammari ab hostibus nequuerunt.

*De irruptione vastationeq, Alanorum, Sueuorū & Vandalorum. Item de Gratiano tyranno & Constantino imperatore apud Britānos. Deq, Didymi & Veriniani gestis & interitu.*

CAPVT XL.

**A**Nno itaque ab vrbe condita M. cē-tesimo sexagesimo quarto, irruptio urbis per Alaricū facta est: cuius rei quāuis recens memoria sit, tamen si quis ipsius populi Romani & multitudinē videat, & vocem audiat, nihil factum, sicut etiam ipsi fatentur, arbitrabitur, nisi aliquātis adhuc existentibus ex incendio ruinis forte doceatur. In ea irruptione Placidia Theodosij principis filia, Arcadij & Honorij imperatorum soror, ab Ataulpho Alarici propinquo capta est, atq; in vxorem assumpta, quasi eam diuino iudicio velut speciale pignus obsidem Roma tradiderit, ita iuncta barbari potētissimi regis coniugio, multo Reip. cōmodo fuit.



## PAULI OROSII

Interea antebiennum Romanę irruptionis, excitatę per Stiliconem gentes Alanorum, vt dixi, Sueuorum Vandalorum, multęque cum his alię, Francos proterunt, Rhenum transeunt, Gallias inuadunt, directoque impetu Pyrenęum vsque perueniunt: cuius obice ad tempus repulsę, per circũiacentes prouincias refunduntur. His per Gallias bacchantibus, apud Britannias Gratianus municeps eiusdem insulę tyrannus creatur, & occiditur. Huius loco Constantinus, ex infima militia propter solę spem nominis, sine merito virtutis eligitur. qui continuo vt inuasit imperiũ, in Gallias transijt. Ibi sæpe à barbaris incertis foederibus illusus, detrimento magis Reipub. fuit. Misit verò in Hispaniam iudices, quos cũ prouincię obediēter accepissent, duo fratres iuuenes nobiles & locupletes, Didymus & Verinianus non assumpserunt, ne aduersus tyrannum quidem tyrannidem, sed imperatori iusto aduersus tyrannum & barbaros, tueri sese patriamque suam moliti sunt. Quod ipso gestę rei ordine patuit. Nam tyrannidem nemo, nisi celeriter maturatã secretò inuadit, & publicè armatur. cuius summa est assumpto diademate ac purpu-

## LIBER SEPTIMVS.

679

purpura, videri antequam sciri. Hi vero plurimo tempore seruos tantum suos ex proprijs prædijs colligētes, ac vernaculis alentes sumptibus, nec dissimulato proposito absque cuiusquam inquietudine ad Pyrenęi claustra tendebant. Aduersus hos Constantinus Constantem filiũ suum, proh dolor, ex monacho Cæsarem factum cum barbaris quibusdã, qui quondam in foedus recepti atque in militiã allecti, Honoriaci vocabantur, in Hispanias misit. Hinc apud Hispanias prima mali labes. Nam interfectis illis fratribus, qui tutari priuato præsidio Pyrenęi alpes moliebantur, his barbaris quasi in pretium victorię, primum prædandi in Palatinis campis licentia data: dehinc supradicti montis claustrorumque eis cura permissa est, remota rusticanorum fideli & vtili custodia. Igitur Honoriaci imbuti præda, & illecti abundantia, quo magis scelus impunitum foret, atque ipsis sceleris plus liceret, prodita Pyrenęi custodia, claustrisque patefactis, cunctas gentes quę per Gallias vagabantur, Hispaniarum prouincijs immittunt, iisdemque ipsi adiunguntur: vbi actis aliquamdiu magnis cruentisque discursibus, post graues re-



rum atq; hominum vastationes, quarum ipsos quoque modo pœnitet, habita sorte, & distributa vsque ad nunc possessione consistunt.

*Dictorum velut epilogus. Item omnes omnia iuste sustinuisse. siue p̄ij siue impij fuerint.*

CAPVT XLI.

**M**Ultanunc mihi de huiusmodi rebus facultas loquendi foret, si nõ secundum omnes homines apud vniuersiusque mentem consciẽtia secreta loqueretur. Irruptæ sunt Hispaniæ, cædes vastationesque passæ sunt. Nihil quidem nouum. hoc enim nunc per biennium illud, quo hostilis gladius sæuit, sustinere à barbaris, quod per ducentos quondam annos passæ fuerunt à Romanis, quod etiam sub imperatore Galieno per annos propemodum duodecim, Germanis euer tentibus exceperunt. Veruntamen quis non se, qui sui suorumque actuum vel etiam cogitationum conscius, iudicia Dei metuit, iuste omnia passum, vel etiam parua sustinuisse fateatur? aut qui se non intelligit, Deumque non metuit, quomodo non iuste ista & quidem parua sustinuit? Quæ cuncta ita sint, illud tamen clementia Dei eadem pietate qua dudum prædixerat,

xerat, procurauit, vt secundum euangelium suum, quo incessabiliter commonebat, Cum vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam, quisque egrediens quò abire vellet, ipsis barbaris mercenariis ministris ac defensoribus vteretur. Hoc tunc vltro ipsi offerebant. Et qui auferre omnia interfectis omnibus poterant, particulam stipendij ob mercedem seruitij sui & transfucti oneris flagitabāt. Et hoc quidem à plurimis factum est. Qui autem non crediderunt euangelio Dei, quasi contumaces, vel si etiam non audierunt, dupliciter contumaces, non dederunt locum iræ, iuste à superueniente ira comprehensi & oppressi sunt. Quanquã & post hoc quoque cõtinuo barbari execrati gladios suos, ad aratra conuersi sunt, reliquosque Romanos vt socios modo & amicos fouent, vt inueniantur iam inter eos quidam Romani, qui malint inter barbaros pauperẽ libertatẽ, quàm inter Romanos tributariam sollicitudinem sustinere. Quanquam si ob hoc solum barbari Romanis finibus immisi forent, quod vulgo per orientem & occidentem ecclesiæ Christi Hunnis, Sueuis, Vandalis & Burgundionibus, diuersisque & in-

Matth. 10.



numeris credentium populis replentur, laudanda & attollenda Dei misericordia videretur: quandoquidē & si cum labefactione nostri, tāæ gentes agnitionē veritatis acciperent, quā inuenire vtique nisi hac occasione nō possent. Quid enim damni est Christiano ad vitā eternam inhiantī, huic seculo quolibet tēpore & quoquo pacto abstrahi? Quid autē lucri est pagano in medio Christianorum aduersus fidem obdorato, si paulo diutius diē protrahat, quandoquidem morituro desperata conuersio est? Et quia ineffabilia sunt iudicia Dei, quæ nec scire omnia, nec explicare quæ scimus, possumus, breuiter expresserim correptionem iudicis Dei, quoquo pacto accidat, iustē sustinere qui sciunt, iuste sustinere qui nesciunt.

Rom. 11.

*Recitat catalogum quendam tyrannorum, qui tandem omnes opera Constantij comitis deleuerint.*

CAPVT XLII.

**A**Nno ab vrbe condita millesimo cētesimo sexagesimo quinto, Honorius imperator videns, tot oppositis tyrannis, nihil aduersum barbaros agi posse, ipsos prius tyrānos delere iubet. Constantio comiti huius belli summa commissā est.

est. Sensit tunc demum Resp. & quam utilitatem in Romano tandem duce receperit, & quam eatenus perniciem per longa tempora barbaris comitibus subiecta tolerarit. Igitur Constantius comes in Gallia cum exercitu profectus, Constantinū imperatorem apud Arelatū ciuitatē clausit, cepit & occidit. Iam hinc, vt de catalogo tyrannorū quā breuissimē loquar, Constantem filium Constantini, Gerontius comes suus, vir nequā ac improbus, apud Viennam interfecit, atque in eius locum Maximum quendam substituit. Ipse vero Gerontius a suis militibus occisus est. Maximus exutus purpura, destitutusque a militibus Gallicanis, qui in Africā traiecti, deinde in Italiam reuocati sunt, nunc inter barbaros in Hispania egens exulat. Iouinus postea vir Galliarum nobilissimus, in tyrannidem mox vt assurrexit, cecidit. Sebastianus frater eiusdem, hoc solum vt tyrannus moreretur, elegit. Nam continuo vt est creatus, occisus est. Quid de infelicissimo Attalo loquar, cui occidi inter tyrannos honor & mortis lucrum fuit? In hoc Alaricus imperatore facto, infecto, relecto ac defecto, citius his omnibus actis pene quā dictis, mimum



PAVLI OROSII

mimum risit, & ludum spectavit imperij. nec mirum si iure hac pompa miser lusus est, cuius ille umbratilis consul Tertullus aulus est in curia dicere, Loquar vobis patres conscripti consul & pontifex, quorum alterum teneo, alterum spero, sperans ab eo qui non habebat spem, & maledictus utique quia spem suam poluerat in homine. Attalus itaque tanquam inane imperij simulachrum cum Gothis usque ad Hispanias portatus est: unde \*descendens nauis, incerta moliens, in mari captus, & ad Constantium comitem deductus, deinde imperatori Honorio exhibitus, truncata manu, vitæ relictus est. Heraclianus interea Africæ comes missus, cum idem Attalus umbram gestaret imperij, Africam strenuè aduersum iudices ab eo missos tutatus, consulatum assecutus est. quo elatus supercilio, Sabinum domesticum suum, virum ingenio calidum, industriaque solertem & sapientem nominandum, si animi vires tranquillis studijs accommodauisset, generum allegit: cum quo quorundam periculorum suspiciones dum patitur, fecit, atque aliquandiu Africana annonæ extra ordinem retenta, ipse tandem cum immentia, certe temporibus nostris & la-

\* descen- dens

LIBER SEPTIMVS.

& satis incredibili classe nauium, Romam contendit. Nam habuisse tunc IIIIICC. naues dicitur: quem numerum ne apud Xerxem quidem præclarum illum Persarum regem, nec Alexandrum magnū, vel quenquam alium regum fuisse, historiæ ferunt. Is simul ut cum agmine militum ad urbem pergens litore egressus est, occursum comitis Marini territus & in fugam versus, arrepta nauis, solus Carthaginem redijt, atque ibi continuo militari manu interfectus est. Sabinus gener eius Constantinopolim fugit. unde post aliquantum temporis retractus, exilioq; damnatus. Hunc omnem catalogum, ut dixi, vel manifestorum tyrannorum, vel inobedientium ducum, optima Honorius imperator religione & felicitate meruit, magna Constantius comes industria & celeritate confecit: meritò sane, quia in his diebus præcipiente Honorio & adiuuante Constantio, pax & vnitas per vniuersam Africam ecclesiæ catholicæ reddita est: & corpus Christi, quod nos sumus, redintegrata discissione sanatum est. Imposita executione sancti præcepti Marcellino tribuno viro, in primis prudenti & industrio, omniumque studiorum bonorum



norum appetentissimo, quem Marinus comes apud Carthaginem (incertum zelo stimulatus, an auro corruptus) occidit: qui cōtinuo reuocatus ex Africa, factusque priuatus, vel ad pœnam, vel ad pœnitentiam conscientia suæ dimissus est.

*Quomodo Gothi expulsi, quid Ataulphus rex eorum instituerit. De Segerico & Vallia regibus Gothorum.*

CAPVT XLIII.

**A**Nno ab vrbe condita millesimo centesimo sexagesimo octauo, Constantius comes apud Arelatum Gallia: urbem consistens, magna rerum gerendarum industria, Gothos Narbona expulit, atque abire in Hispania coëgit, interdicto præcipue, atque intercluso omni comœtatu nauium, & peregrinorum vsu commerciorum. Gothorū tunc populis Ataulphus rex præerat: qui post irruptionem vrbis ac mortem Alarici, Placidia, vt dixi, captiua sorore imperatoris in vxorē assumpta, Alarico in regnum successerat. Is vt sæpe auditum, atque vltimo exitu eius probatū est, satis studiosè sectator pacis, militare fideliter Honorio imperatori, ac pro defendenda Romana republica impendere vires Gothorū præoptauit. Nam  
ego.

Nam ego quoq; ipse virum quendā Narbonēsem illustris sub Theodosio militia, etiam religiosum prudentemque & gratum apud Bethleem oppidum Palæstina, beatissimo Hieronymo presbytero referente, audiui se familiarissimum Ataulpho apud Narbonam fuisse: ac de eo sæpe sub testificatione didicisse, quod ille, cum esset animo, viribus, ingenioque nimius, referre solitus esset, se in primis ardentè inhiasse, vt obliterato Romano nomine, Romanum omne solum, Gothorum imperium & faceret & vocaret: essetque, vt vulgariter loquar, Gothia, quod Romania fuisset. fieretq; nunc Ataulphus, quod quondam Cæsar Augustus. At vbi multa experientia probauisset, neque Gothos vllō modo parere legibus posse propter effrenatam barbariem, neque reipub. interdici leges oportere, sine quibus Resp. non est Resp. elegisse se salutem, vt gloriam sibi de restituendo in integrum, augendoque Romano nomine Gothorum viribus quæreret, habereturque apud posteros Romanę restitutionis auëtor, postquam esse non poterat immutator. Ob hoc abstinere à bello, ob hoc inhiare pacē nitebatur, præcipue Placidæ vxoris suæ,   
fæminæ



foeminæ sane ingenio acerrimæ & religionis satis probatæ, ad omnia bonarum ordinationum opera persuasû & consilio temperatus. Cumque eidem paci petendæ atque offerendæ studiosissimè insisteret, apud Barcinonem Hispaniæ urbem dolo suorum, vt fertur, occisus est. Post hunc Segericus rex à Gothis creatus, cum itidem iudicio Dei ad pacem pronus esset, nihilominus à suis interfectus est. Deinde Vallia successit in regnum, ad hoc electus à Gothis, vt pacem infringeret: ad hoc ordinatus à Deo, vt pacem cõfirmaret. Hic igitur territus maxime iudicio Dei, quia cum magna superiore ab hinc anno Gothorum manus instructa armis nauigijsque, transire in Africam moliretur, in XIII. passuum Gaditani freti tempestate correpta, miserabili exitu perierat: memor etiam illius acceptæ sub Alarico cladis, cum Gothi in Siciliam transire conati, in conspectu suorum miserabiliter arrepti & demersi sunt, pacem optimam cum Honorio imperatore, datis lectissimis obsidibus pepigit. Placidiam imperatoris sororem honorifice apud se honesteque habitam, fratri reddidit. Romanæ securitati periculum suum obtulit, vt aduersum

uersum cæteras gentes, quæ per Hispanias confedissent, sibi pugnaret, & Romanis vinceret: quamuis & cæteri Alanorû, Vandalorum, Sueuorumque, reges eodem nobiscum placito de pacti forent, mandantes imperatori Honorio: Tu cum omnibus pacem habe, omniumque obsides accipe: nos nobiscum confligimus, nobis perimus, tibi vincimus: immortalis vero quæstus erit Reipub. tuæ, si vtrique pereamus. Quis hæc crederet, nisi res doceret? Itaque nunc quotidie apud Hispanias geri bella gentium, & agi strages, ex alterutro barbarorum crebris certisque nuntijs discimus, præcipue Valliam Gothorum regem insistere patrandæ paci ferunt. Ex quo vtcunque concesserim, vt licenter Christiana tempora reprehendantur, si quid à conditione mundi usque ad nunc simili factum felicitate doceatur. Manifestauimus, vt arbitror, atque ostendimus, nõ magis verbo penè, quam digito innumera bella sopita, plurimos extinctos tyrannos, compressas, coangustatas, addictas, exinanitasque immanissimas gètes minimo sanguine, nullo certamine, ac pene sine cæde. Superest vt obtretractores nostros molitionum suarum



690 PAVLI OROSII LIB. VII.  
pœniteat, veritatiq̄ue erubescant, deum-  
que verũ & solum, qui potest omnia, cre-  
dant, timeant, diligant, sequantur: cuius  
omnia, & quæ mala putant, bona esse di-  
dicerunt. Explicui, adiuuante Christo, se-  
cundum tuum præceptum, beatissime pa-  
ter Augustine, ab initio mundi vsque in  
præsentem diem, hoc est, per annos quin-  
que M.DCX. & VIII. cupiditates & pu-  
nitiones hominum peccatorum, confi-  
ctationes sæculi & iudicia Dei, quàm bre-  
uissimè & quàm simplicissimè potui, Chri-  
stianis tamen temporibus, propter præ-  
sentem magis Christi gratiam, ab illa in-  
credulitatis confusione discretis. Ita iam  
ego certo & solo, quem cõcupiscere de-  
bui, obedientiæ, meæ fructu fruor.

De qualitate autem opusculo-  
rum tu videris; qui præ-  
cepisti: tibi adiudican-  
da, si edas: per te  
iudicata, si  
deleas.

FRANC.

691  
FRANC. FA-  
BRICII MARCO-  
DVRANI IN PAVLI  
Orosij librum Septimum

Annotationes.

*In Caput secundum.*

**P**Rincipio secundi.) *Lege caput primum libr.*  
2. Emenso propemodum anno 42.) *Hic*  
*numerus Christi nati est etiam apud Eusebium. sunt*  
*tamen qui 41. & alij, qui 44. imperij Augusti Chri-*  
*stum natum scribunt.*

*In Caput tertium.*

Anno ab V.C.DCCLII.) *Cassiodorus scribit*  
*Christum natum Cn. Lentulo, M. Messalla Coss. qui*  
*cadunt in annum vr̄bis DCCL. Sicut Suetonius.)*  
*In Augusto cap. 93. Capta vr̄be Hierosoly.) Lege*  
*infra cap. 9.*

*In Caput quartum.*

*Tiberij vitam & res gestas hic breuiter perstri-*  
*ctas copiose habes à Dione, Tacito, Suetonio & Zo-*  
*nara descriptas. Pilatus præses) De Pontio Pilato*  
*Palastina præside, eiusq; rebus lege Iosephũ Antiquit.*  
*libr. 18. Epistola Pilati ad Tiberium de resurrectione*  
*Christi extat apud Egesippum. Deinde anno ciui-*  
*dem XVII.) Numerum hunc reliquimus, quamuis*  
*non sine causa Eusebium sequantur plures, qui pas-*  
*sionem*



IN LIBRVM SEPTIMVM  
sionem Christi in Tyberij annum XVIII. confert.

In Caput quintum.

De Caligula Suetonius & Dio, item Eutropius libro 7. & Eusebius in historia Ecclesiast. libro 2. Minocynobellinum) Suetonius in Caligula cap. 44. Admimocinum Bellini Batauorum regis filium, habet. Spreta legatione Philonis) De hac legatione Eusebius libro 2. cap. 5. Iosephus libro 18. Antiquit. cap. 10. Pilatus autem) Pilatus anno secundo imperij Caligula sibi manus intulit. Casiodorus & Eusebius.

In Caput sextum.

De Claudio Casare, Suetonius, Dio, Eutropius & Sex. Aurelius. Imperauit annis XIII. mensib. viii. dieb. xx. Iosephus li. 20. Antiq. ca. 5. Xiphilinus in Epitoma Dionis. Exordio regni) Anno secundo, Saturnino & Venusto Coss. Casiodorus. Lege Euseb. in Chronic. Biduum illud) Hic locus ita recte legitur in manuscriptis, vt cognoscitur ex Suetonij Claudio ca. 11. Vt verbis Suetonij) Suetonius in Claudio ca. 17. Fames grauissima) De hac fame Lucas in Actib. Apostol. ca. 11. Iosephus Antiq. li. 20. ca. 2. Eusebius historia Eccles. li. 2. ca. 8. Inter Therani) Idē Casiod. & Euseb. in Chronicis. De Thera & Therasia Strabo li. 10. Anno eius VII. De hac seditione Iosephus Antiq. li. 20. ca. 4. Eusebius Eccles. hist. lib. 2. cap. 19. Sed me magis Suetonio.) Sueton. in Claudio ca. 24.

In Caput septimum.

Neronis vitam & res gestas si vis cognoscere, lege  
prater

prater Suetonium & Dionis epitomam. Taciti lib. 13. 14. 15. & 16. Urbis Romæ incendium.) De hoc incendio Tacitus lib. 15. Christianos supplicij) Meminit Tacitus li. 15. Suetonius ca. 16. lege Augustinū de Ciuit. Dei li. 18. ca. 52. Egesippum li. 3. Euseb. historia Eccles. li. 2. cap. 25.

In Caput octauum.

Galba apud Hispanias) Lege Tacitum li. 15. & Sueton Sed Galba vita diligēter à Plutarcho scripta in primis legenda. Idem Orthonem descripsit, de quo Xiphilinus, Suetonius, Eutrop. & alij. Bebricum) Bebricum habet etiam Tacitus li. 18. Eutrop. libr. 7. Suetonius & Sex. Aurelius. Sed non puto negligendū quod in Gualtheri libro est, Betriacum: nam & Plutar. in Othone βητριάκων habet. Sabinum Vespas. fratrem) Xiphilinus in Vitellio de Sabino inquit, ουγγυνης ουτος οβερτασιανος. Cum Orofio Tacitus, Eutropius, cateriq; faciunt.

In Caput nonum.

In Carmelo monte) Ita recte legitur in manuscriptis. Lege Suetonium in Vespasiano cap. 4. Sed de bello Iudaico Iosephi libri omnia abunde suppeditabunt. DC. millia Iudæor.) Idem numerus est apud Eusebium. Tu prater Iosephum lege Egesippum libro. 5. Iosephus vero) De bello Iudaico libro 7. ca. 17. Siquidem Achaia, Lycia) Eadem Eutrop. lib. 7. Suetonius in Vespasiano ca. 8. Anno ab V. C.) Titi vitam scribunt copiosè Xiphilinus & Suetonius, breuiter Eutropius & Sex. Aurelius. Vespasij) Incendium Vespasij montis lege apud Xiphilinum



linum in Tito. Meminit Suetonius in Tito cap. 8. & Plinius in Epistolis.

In Caput X.

De Domitiano Xiphilinus, Suetonius, Eutrop. & Aurelius victor. Diurpanei) In Gualtheri li. est, Diurpanis. Xiliphinus Dacorum regem, Decebalum, nominat. Eum lege, quando Tacitus, cuius Orosius meminit, ad nos non peruenit. Beatissimus Iohannes) Sophronius scribit Iohannem Apost. in exilium relegatum anno XIII. imperij Domitiani. Idem est in Eusebij Chronicis.

In Caput XI.

De Nerua lege Xiphilinum, Eutropium, & Aurelium. Quamuis Eutropius) Eutropius initio libri octau.

In Caput XII.

Per annos XIX. ) His Xiphilinus ex Dione addit, menses VI. (Casiodo. IIII. habet) dies XV. Plinij Secundi) Epistola Plinij ad Traianum de Christianis extat li. 10. Terræmotu) De hoc terræmotu Eusebius in Chronic. De Antiochia terræmotu Xiphilinus in Traiano. Apud Seleuciam. ) Sic Eutrop. Euseb. & Casiodo. At Xiphilinus ita, & ες σελινοῦντα κιλικίας ἐλθὼν, ἢν δὴ & τραϊανέπολιν καλεῖσθαι, & χαίρωνος ἀπέψυξε.

In Caput XIII.

Hadriani vita ex Dione à Xiphilino, & à Spartiano descripta extat. Per epistolâ ad Minucium) Huius epistola exemplum legitur in Ecclesiast. historia E-

ria Eusebij lib. 4. ca. 9. Iudæis sane perturb.) De hoc bello Xiphilinus, qui scribit Hadrianum colonia Hierosolymam deducta urbem, Aeliam Capitolinam appellasse.

In Caput XIII.

Antonini Pij vita ad Diocletianum scripta à Capitolino extat. Valentinus hæresiarches) Lege Eusebij historiam libr. 4. cap. 10. & deinceps. Iustini liber inter opera ipsius à Roberto Stephano impressus extat.

In Caput XV.

M. Antoninus) Huius quoque Antonini vitam Capitolin. descripsit. De eodem Xiphilinus è Dione. Secuta est lues) De hac peste Lampridius. & Eusebius in Chronico. Quidam milites) Miletensi hi milites erant. de quibus contra Dionem Xiphilinus in Antonino philosopho. Lege præterea Eusebium historia Eccles. lib. 5. cap. 5.

In Caput XVI.

Commodi vitam descripserunt Lampridius. Xiphilinus, & Herodianus li. 1. Aelius Pertinax) Pertinacis vitam Capitolinus descripsit. De eodem Herodianus lib. 2. Xiphilinus & Eutropius. Iuliani Iurispriti.) De hoc Iuliano Spartianus, Xiphilinus, Herodianus, & alij. Pontem Maluium) Sic libri manuscripti hoc nomen infra quoque, edunt cap. 28. nec aliter in vetustis Sallustij libris scriptum inuenio.

In Caput XVII.

Seuerus genere Afer) Seueri vitam Spartianus scripsit.



656 IN LIBRVM SEPTIMVM.  
 scripsit. De eodem Xiphilinus & Herodianus lib. 2 & 3. Contra Pescennium) De Pescenio Negro ydem, quos modo nominavi. Victor in Britannias. De Severi expeditione in Britannias prater superiores scribit Casiodorus.

**In Caput XVIII.**

Caracalla) Xiphilinus huius nominis ratione explicans καρακαλλος habet. Eius vitam Spartianus descripsit. De eodem Herodianus lib. 4. Opilius Macrinus) De hoc Capitolinus, Xiphilinus & Herodianus lib. 4. & 5. M. Aurelius Anto.) De Antonino Hellogabalo Lampridius, & Herodianus lib. 5. Aurelius Alexander) Alexandri vitam Lampridius quoque scripsit. de eodem Herodianus lib. 6. Xerxem) Ita nominatur etiam a Casiodoro, qui Herodiano est, αγραξέρξης ο βασιλεύς.

**In Caput XIX.**

Maximinus) Duorum Maximinorum patris & filij vitam descripsit Capitolinus. de eodem Herodianus lib. 7. & 8. Pupienus interf.) De Pupieno & Albino Eutropius li. 9. Pro Pupieno Capitolinus & Herodianus, Maximum habent. Idē tres Gordianos vno libro complexus est.

**In Caput XX.**

De Philippo patre, & Philippo filio Entr. & Sex. Aurel. Millefimus a conditione) Millefimus annus urbis expletus est. 3. anno imperij Philip. Casi.

**In Caput XXI.**

De Decio, item de Gallo & Volusiano Eutrop. lib. 9. &

ANNOTATIONES.

9. & Sex. Aurel. Morborum pestis) Huius pestis inquit Euseb. testis est Cyprian. de mortal. lib.

**In Caput XXII.**

Valerianus in Rhetia) De Valeriano & Gallieno legendus est Trebellius Pollio, qui utriusque vitam scripsit. Conspirant intrinsecus tyranni) Triginta tyranni eo tempore imperio Romano extiterunt: de quibus Polliionis liber extat.

**In Caput XXIII.**

Claudij vitam Trebellius scripsit, Aureliani Vopiscus, qui etiam Quintilli meminit. Lege prater ea Eutropium & Aurelium. Eripe me his) Lege Polliionem in Tetrici tyranni vita.

**In Caput XXIII.**

Taciti, Floriani, Probi, Saturnini, Proculi & Bonosi vita a Flavio Vopisco descripta extant: quas lege. Syrmium) Herodiano libro 7. σιρμιον μανιση παρόντων πόλις est. Carus Narbon) De Caro Vopiscus, & Sex. Aurel. Eosdem de Carino & Numeriano consule. Cochem) Schonhouij Eutropius, Corchen, habet: meus manuscriptus, Soanen.

**In Caput XXV.**

Vacaudas) Schonhouij Eutropius habet, Bagaudarum nomen, meus, Bagaudarum. Quae autem hic ab Orofio scribuntur, ea sunt quoque, in Eutropij lib. 9. & apud Sext. Aurelium.

**In Caput XXVIII.**

Constantinus imperat) Constantini vitam copiosè



698 IN LIB. VII. ANNOTAT.  
 piusè Eusebius libris quinque descripsit. De eodè Sex.  
 Aurelius & Eutropius. Arrius Alexandrinæ vrbs)  
 De Arrio & concilio Niceno tam multa scriptores ec-  
 clesiastici, vt mihi tacendum putem. Vrbe(n) nomi-  
 ne suo) Constantinopolim intelligit, quæ prius By-  
 zantium erat.

In Caput XXIX.

De Constantini tribus filijs, qui illi in imperio suc-  
 cesserunt, Eutropius libro vlt. Cui Helena) Eutropi-  
 us scribit Constantem perijisse haud longe ab Hispa-  
 nijs in castro, cui Helena nomen est. Schonhouius nõ  
 recte, castris, legit, quod ex Casiodoro & Hieronymi  
 Chronico perspicitur. Vetracionem) Ita hoc nomen  
 scribitur etiam in meo Eutropio.

In Caput XXX.

De Iuliano Eutropius & Sex. Aurelius: copiosissi-  
 me vero Ammianus Marcellinus libro 22. & dein-  
 cept.

In Caput XXXI.

Iouimanus) De hoc Eutropius extremo libro de-  
 cimo, Ammianus lib. 25 & Sex. Aurelius.

In Caput XXXII.

Quæ deinceps Orosius scribit, ea Paulus Diaconus  
 quoque persequitur in sua historia, quam Eutropio  
 adiunxit. Vnde qui volet, ea petere potest: nos,  
 qui in ijs nihil quod annotatione  
 opus habeat, inueni-  
 mus, hic finem fa-  
 cimus.

PAVLI

PAVLI OROSII,  
 VIRI DOCTISSIMI  
 LIBER APOLOGETI-  
 CVS, CONTRA PELAGI-  
 um, de arbitrij li-  
 bertate.

**P**ossibilitatis non est, ne-  
 que præsumptionis meæ,  
 beatissimi sacerdotes, sed  
 arctissimæ ac penè extremæ  
 vt ipsi agnoscitis, neces-  
 sari-  
 tatis: vt ego nunc videar. Quod qui-  
 dem vt facerem, iniuria coactus sum:  
 non solum defensor fidei meæ, sed etiam  
 perfidiæ manifestator alienæ. Sicut enim  
 purgationi propriæ studere debeo pro-  
 pter conscientiam: conscientiam autè di-  
 co non meam, sed alterius: ita & depren-  
 sos in grege ouium lupos ostentare ad di-  
 gitum cogor, propter fidem & zelum: ze-  
 lum autem non meum dico, sed Christi: sed  
 neque ego cum sim minimus omnium, ali-  
 quid temeritate præsumo. Mihi neces-  
 sitas est iniuriam manifestare quam passus  
 sum: cunctis pateat qui fecerunt. Dei enim  
 & vo-



700 PAVLI OROSII APOLOGIA:  
& voluntas & ordinatio est, vt malum  
quod per patientiam tolerabatur, neces-  
sariè proderetur, & per contentionem  
furoris eorum ipsis dignam mercedem  
quam oportuit erroris sui recipientibus,  
non solum pessimorum denotatio fieret  
dogmatum: sed corripiendarum manife-  
statio personarum. Patres enim & qui  
iam quieuerunt martyres & concordēs,  
Cyprianus, Hilarius & Ambrosius, &  
quibus etiam nunc permanere adhuc in  
carne necessarium est, qui sunt columna  
& firmamenta Ecclesie Catholice, Au-  
relius Augustinus & Hieronymus, mul-  
ta iam aduersus hanc nefariam hæresim  
absque designatione nominum hæreti-  
corum scriptis probatissimis ediderunt:  
quanquam & hæc venenatissimorum do-  
gmatum abominatio habet etiam nunc  
viuentes mortuos, mortuosque viuen-  
tes. Nam Origenes & Priscillianus, &  
Iouinianus olim apud se mortui, in his  
viuunt: & non solum viuunt, verum et-  
iam loquuntur: nunc verò Pelagius, &  
Cælestius, si in his perseuerauerint vi-  
uentes mortui, ecce aduersus Ecclesiam,  
quod miserum est, & quod multò mi-  
serius est, in Ecclesia palam sibilant, im-  
pijque

DE ARBITRII LIBERTATE. 701  
pijque serpentes vibrantibus infecta lin-  
guis ora lambentes, dum sanctam & mu-  
nitissimam sedem, cui subtiliter irrepre-  
re obsident: cunctos fideles ne ad illud  
firmissimum quondam in Syon refugi-  
um conuelemus, exterrent. Contra hunc  
serpentem suffocatemque halitum mul-  
ta utique beatissimi quos supra memo-  
rauimus viri, & multifaria suaueolen-  
tia scripturarum vnguenta conficiunt:  
& ad rescienda æstuantium corda po-  
pulorum, fragrantissimum thymiana  
cum oblatione orationis incendunt. Sed  
hoc parum est, incerto propemodum  
autore contendere, & contraria sub-  
stituendo contrarijs, infectum pestife-  
ro halitu aërem temperare: nisi ipsi in  
medium protrahantur proteranturque  
serpentes. Qui cum tuendi solius capi-  
tis caula, reliquum concisioni atque  
iniurie corpus exponunt, nihil damni  
arbitrantes, ea tantum sui parte à peri-  
culo libera, quæ multimodas venena-  
tasque in se obtinet linguas, si etiam mem-  
bris omnibus amputentur, nobis suffi-  
cere videtur, temperando saltem putori  
satisfacere, ipsos autem à penetrabilibus  
non mouere, quasi vllus exalationis foeti-  
dæ finis



702 PAVLI OROSII APOLOGIA.  
de finis sit, nisi auctore finito: & inter hæc  
illud Salomonis testimonium non occur-  
rit, vnus ædificans, alius destruens, quis  
eorum proficiet nisi labor? Stat etiam  
immanissimus superbia Goliath, carnali  
potentia tumidus, omnia se per se pos-  
se confidens: caput, manus, totum in super  
corpus plurimo apparatu vestitus, habes  
post se armigerum suum: Qui & si ipse  
non dimicat, cuncta tamen æris & ferri  
suffragia subministrat. Et non mirum est,  
si competenter hunc locum prouidens  
scriptura pronunciat: vbi ait, Philistinim  
stabant super montem ex hac parte. Ab  
ecclesia siquidem, hæreseos impugnator  
expellitur & nutrir in sinu Ecclesie hæ-  
reticus inuenitur: & ppter hoc per spiri-  
tū sanctū inde Israel stare pronunciat,  
hinc hostis. Et hoc sæpe. Nam & rex Da-  
uid vsque ad impium filium pius pater ab  
Hierusalem deposito regis habito fuga-  
tur: vbi protinus Absolon tyrannus in-  
greditur. Stat ergo Goliath, pro dolor,  
ex hac parte, id est, in Ecclesia, & non so-  
lum stat, verum & prouocat: simulque  
per dies plurimos sanctum Israel manife-  
stis timoris exprobrat. Ne, quælo, beatissi-  
mi sacerdotes quisquam me arbitretur  
sub

DE ARBITRII LIBERTATE. 703  
sub prætextu speciei Goliath, David nomi-  
ne gloriari, vos me participem certami-  
nis vestri esse voluistis, vt auxiliator non  
auctor accederem. Latebam siquidem in  
Bethleem ignotus aduena pauper. Quid  
miser ego sic loquor, iterum forsitan in-  
stantiæ notandus? Quoniam quidem &  
ipse David, & talis & inde processit. La-  
tebam ergo in Bethleem, traditus à patre  
Augustino vt timorē Domini discerem,  
sedens ad pedes Hieronymi: inde Hierusa-  
lem vobis accersentibus vocatus adueni.  
Dehinc in conuentum vestrum vnā vo-  
bis cum, Ioanne Episcopo præcipiente, cō-  
fedi. Illic à pusillitate mea postulastis v-  
niuersi, vt si quid super hac hæresi, quam  
Pelagius & Celestius seminarūt, in Affri-  
ca gestum esse cognoscerem, fideliter ac  
simpliciter indicarem. Exposui coronæ  
vestræ breuiter, vt potui, Celestium iam  
ad honorem presbyteri subrepentem, a-  
pud Carthaginem plurimis Episcopis iu-  
dicantibus proditum, auditum, conuictū,  
cōfessum, detestatumq; ab Ecclesia, ex Af-  
rica profugisse: contra librum verò Pela-  
gij B. Augustinum discipulis ipsius Pela-  
gij prodentibus ac petentibus plenissimè  
respondere, extare etiam in manibus meis  
episto-



704 PAVLI OROSII APOLOGIA.  
 epistolâ supra memorati Episcopi, quam  
 nuper ad Siciliam ordinasset, in qua mul-  
 tas quæstiones hæreticorum retulit. Quâ  
 etiam ibidem vt legerem, præcepistis: &  
 legi. Ad hæc Ioannes Episcopus vt Pela-  
 gius coram intromitteretur expetijt. Cui  
 & propter paternitatis ipsius reuerenti-  
 am, & propter actionis vtilitatem dū præ-  
 sentē ab Episcopo rectius crederetis con-  
 futandum, intromittendi cōniuentia præ-  
 stita est. Intromissum Pelagium vnanimi-  
 ter oēs interrogastis: an hæc quibus Au-  
 gustinus Episcopus respōdisset se docuis-  
 se cognosceret. Illicō ille respondit, Et  
 quis est mihi Augustinus? Cumque vni-  
 uersi acclamarent blasphemantem in E-  
 piscopum, ex cuius ore dominus vniuer-  
 sæ Africæ vnitatis indulserit sanitatem,  
 non solum à conuētū illo, verum ab om-  
 ni Ecclesia pellendum, Episcopus Ioan-  
 nes illico eum hominem videlicet laicum  
 in confessu presbyterorum reum hærese-  
 os, manifestē in medio catholicorum se-  
 dere præcepit? & deinde ait, Augustinus  
 ego sum: vt scilicet persona quasi præsen-  
 tis assumpta, liberius ex autoritate eius  
 qui lædebat ignosceret, & dolentium  
 animos temperaret. Cui mox à nobis di-  
 ctum

DE ARBITRII LIBERTATE. 705  
 ctum est, Si Augustini personam sumis,  
 Augustini sententiam sequere. Tunc idē  
 episcopus nobis omnibus ait, Hæc quæ le-  
 guntur, in alios dicta sunt, aut de Pelagio  
 suggerendum putas? Si in ipsum autem Pe-  
 lagium, quid dicatis expromite. Ego autē  
 vobis annuentibus dixi. Pelagius mihi di-  
 xit, docere se, hominem posse esse sine pec-  
 cato, & mandata Dei facile custodire, si  
 velit. Respondit Pelagius, audiētibus vo-  
 bis: Hoc & dixisse me & dicere, negare  
 non possum. Ego illicō prosecutus sum:  
 Hoc in Cælestio Africana Synodus dete-  
 stata est: hoc Augustinus episcopus scri-  
 ptis suis, sicut audistis, exhorruit: hoc in  
 ipsius nunc Pelagij scriptis sua responsi-  
 one condemnat: hoc & B. Hieronymus,  
 cuius eloquium vniuersus Occidens, sic-  
 ut ros in vellus, expectat. Multi enim iam  
 hæretici cum dogmatibus suis ipso oppu-  
 gnante suppositi sunt, & in epistola sua  
 quam nuper ad Ctesiphontem edidit, cō-  
 demnauit. Similiter & in libro quē nunc  
 scribit, collata in modum dialogi alterca-  
 tione confutat. Hoc est enim lubricum in  
 anchistro draconem tenere, ne possit ef-  
 fugere. Porro autem Episcopus Ioannes  
 nihil horum audiens, à nobis exigere co-  
 nabatur,

Agit de Di-  
 alogo, quē  
 cōtra Pela-  
 gianos cō-  
 scripsit.



706 PAVLI OROSII APOLOGIA  
 nabatur, vt accusatores nos, ipſo iudice  
 fateremur. Reſponſum ſapiffimè eſt  
 ab vniuerſis. Nos accuſatores huius non  
 ſumus, ſed quid fratres tui, patres noſtri  
 ſenſerint & decreuerint ſuper hac hæreſi,  
 quã nunc laicus vulgò prædicat, intima-  
 mus: ne Eccleſiam tuam præfertim,  
 ad cuius finum conuolauimus, te igno-  
 rante conturbet. At ille cum sæpe nos  
 docendi ſimulatione in aliquam profeſ-  
 ſionis ſpeciem tentaret inducere dicebat,  
 Quia ad Abraham dictum eſſet à domi-  
 no, Ambula coram me & eſto ſine ma-  
 cula: & Zachariam & Elizabeth pro-  
 nunciatos eſſe iuſtos ambos ante domi-  
 num, incedentes in omnibus iuſtificationi-  
 bus Domini ſine quærela: quod quidẽ  
 ab Origene dictum, ab eo proferri com-  
 pluribus nobis notum erat. Cui reſpon-  
 ſum per me eſt, Nos filij Eccleſiæ catho-  
 licæ ſumus. Non exigas à nobis pater, vt  
 doctores ſuper doctores eſſe audeamus,  
 aut iudices ſuper iudices. Patres quos v-  
 niuerſa per orbem Eccleſia probat, quo-  
 rum communioni nos adherere gaude-  
 tis, damnabilia hæc eſſe dogmata decre-  
 uerunt. Illis probantibus, nos obedire di-  
 gnum eſt. Quis interrogas filios quid  
 ſenti-

Gen. 17.

Luc. 1.

DE ARBITRII LIBERTATE. 707  
 ſentiant; cùm patres audias quid decer-  
 nant? At quod ille diu diſputas, & noſtris  
 propter imperitiam ignoti nobis inter-  
 pretis, quem ſapiffimè viri primarij & re-  
 ligioſi Poſſerius & Auitus preſbyteri, &  
 Dominus ex duce, vel prauè interpretan-  
 tem, vel plura ſupprimentem, vel alia ex  
 alijs ſuggerentem cõfutauerunt: noſtris,  
 vt dixi, actionibus vel interpolatis plerũ-  
 que vel tacitis, Epifcopus Ioannes ait. Si  
 ſine adiutorio Dei hoc hominem poſſe di-  
 ceret, peſſimum & damnabile erat. Nunc  
 autem cum adijciat, poſſe hominem eſ-  
 ſe ſine peccato, non ſine adiutorio Dei,  
 vos quid dicitis? An fortè vos Dei ad-  
 iutorium denegatis? Cui reſpondi ego:  
 Teſtibus & teſtificantibus etiam nunc  
 nobis & ſupra memoratis viris, anathe-  
 ma ei, qui negat adiutorium Dei. Ego cer-  
 tẽ non nego: præcipue cùm econtrariò in  
 hæreticos conſutarim. Deinde cum intel-  
 lecto iudice, & interprete prodito, cla-  
 maremus Latinum eſſe hæreticum, nos  
 Latinos hæreſim Latinis magis partibus  
 notam, Latinis iudicibus diſſerendam, à ſe  
 penè impudenter ad iudicandum, cùm  
 quidem nos accuſatores non eſſemus,  
 & vnus & ſuſpectus ingererer, dici à  
 Yy 2 pluribus



708 PAVLI OROSII APOLOGIA  
pluribus necessarium fuit, Non potest  
quisquam idem & hæreticus esse & adu-  
catus & iudex. Mul isque alijs actitatis,  
Ioannes Episcopus nouissimam sententi-  
am protulit, confirmans tandem postu-  
lationem intentionemque nostram, vt ad  
beatum Innocentium Papam Romanum,  
Fratres & epistolæ mitterentur, vniuersi  
quod ille decerneret secuturi: sed vt hæ-  
reticus Pelagius imposito sibi eatenus si-  
lento conticesceret, & vt nostri ab insultatione conuicti Ioannis confusi que tem-  
perarent, vniuersi in hanc sententi-  
am consensimus: gratiarum actione celebrata, pa-  
ce facta, & consummata ad pacis testimo-  
nium oratione discessimus. Nunc autem  
post dies quadraginta & septem, cum pri-  
mo Enceniorum die, vt solitus erā, quan-  
do aderam ad obsequium Ioannis Episco-  
pi cucurissem, statim ab eo notam falsi cri-  
minis pro gratia salutationis accepti. Ait  
enim mihi: Quare ad me venis homo, qui  
blasphemasti? Volens, vt credo, intelligi,  
noli me tangere, quia mundus sum & abs-  
que peccato. At ego nihil mihi conscius,  
interrogavi, quando, aut quo audiente,  
aut cuiusmodi illud est dictū, quod blas-  
phemiæ possit adscribi. Episcopus res-  
pondit,

DE ARBITRII LIBERTATE. 709  
pondit, Ego te audiui dixisse: quia nec cū  
Dei adiutorio possit esse homo sine pec-  
cato. Ego quidem beatissimi Sacerdotes,  
sicut & vos testes estis, & vniuersa frater-  
nitas, & præterea sancti viri, qui huic te-  
stimonio amore veritatis assistunt, statim  
testificatus sum, dicens, quia eiusmodi  
verbum, quod nunc à me dictum Episco-  
pus intenderit, nunquam de ore meo an-  
tea procelssisset: quanquam hanc inconti-  
nentiam miseræ falsitatis ruminare sæpi-  
us crebra expositione, non tam me pro-  
basse, quàm aliū videar prodidisse. Con-  
cedo enim, vt qualecunque dictum illud  
est, dixerim, quomodo Latinum expert  
latin itatis Græcus audiuit? Aut si audiuit  
sacrilegum verbum, cur non statim coar-  
guit blasphemantem, vel vt leuius ageret,  
quasi incautum filium pius pater de cohi-  
benda licentia periculosi sermonis admo-  
nuit? Sed contrario post plurimam magni  
temporis obliuionem, ipse per se accusa-  
tionem intulit, ipse testimonium perhibu-  
it, ipse iudicium promulgauit, omnium sce-  
lerum officia in suæ personæ autoritate  
suscipiens: præsertim Evangelica lectio-  
ne instructus, Dominum nostrum Iesum  
nisi testimonio principis non fuisse dam-  
natum



710 PAVLI OROSII APOLOGIA  
 natum. Et alio mihi latere fratres mei assis-  
 tebant: ex alio falsi fratres. Deinde in cō-  
 fessu eodem, ex vna mecum parte conse-  
 derant Auitus & Vitalis presbyteri, ex al-  
 ianelcio quis ignotus interpres, & dein-  
 de probati & seculo & Deo viri Passerius  
 presbyter & Dominus ex Duce: qui am-  
 bo vt pro experientia ac fide sua adesse in-  
 terpres dignarentur, ipso conueniente  
 Episcopo Ioanne à corona vestra conro-  
 gati deductique conuenerant. Medius  
 quoque vobis ipse fuit, quem in illa tunc  
 circumstantia non minus audisse, quàm  
 vidisse mirandum est, quomodo sermo  
 dimissus tantus aduersarios collegas au-  
 ditoresque præterierit, & inscias aures  
 gnari auditoris intrauerit. Sed ego calo-  
 re veritatis impulsus, satis vrgeor. Exce-  
 do professionis modū, Concedendū est  
 magis, vt Interpres errasse dicēdo, quàm  
 Episcopus audiendo finxisse videatur,  
 & nunc ad vicem mercedis quam hæreti-  
 cis præstitit exigendæ, falsos in adiutori-  
 um sui testes quærere: quippe cū mira-  
 ri iam nemo debeat\* conquiri, & existe-  
 re falsos testes in Hierusalem à sacerdoti-  
 bus atque senioribus: hoc sanguis Step-  
 hani clamat: hoc dominicæ crucis vexilla si-  
 gnificant:

conquiri

DE ARBITRII LIBERTATE. 611  
 gnificant: hoc etiam nūc excitata per eos  
 persecutio manifestat. Sed hæc vtrum ab  
 Episcopo temerè credita, an maliosè fi-  
 cta, an ignarè subaudita videantur, Chri-  
 sto iudici discutienda commendo. Absit  
 à me vnquam, vt ego pauper, peccator,  
 ignotus, Episcopum & præcipue Hiero-  
 solymæ audeam ad Episcopos prouoca-  
 re. Mea mihi apud eminentissimam Tri-  
 nitatem omnipotentæ Dei, & apud vni-  
 uersos seruos eius catholicos simplicitas  
 & probatio, sat est. Testem inuoco Deum  
 super animam meam beatissimi Sacerdo-  
 tes, scribentibus vobis hæc eadem mecū-  
 que testantibus, nullam me in illo conuen-  
 tu vestro ore meo protulisse blasphemiam,  
 neque huiuscemodi verba quæ mihi  
 ab Episcopo Ioanne sunt obiecta dixisse:  
 hoc est, etiam cum Dei adiutorio nō pos-  
 se esse hominem sine peccato. Satisfactum  
 etiam contentioni opinionis ignaræ à no-  
 bis ideo volo, ne forte à vobis quidem nō  
 auditum, à me tamen dictum putantes,  
 testimonio laboretis ambiguo: vulgo au-  
 tem rumorique propterea, ne dum Epi-  
 scopum mentiri posse nō crederet, alia in-  
 nocentē credulitate estimaret peccare. Et  
 inde quis ignoret autores, vel in ac cula-  
 tione



712 PAVLI OROSII APOLOGIA  
 tione Susannæ, vel in lapidatione Nabu-  
 thæ? Et ne fortè quis nesciat, in Hieroso-  
 lymam nunquam ad effundendum sangui-  
 nem Christianum, vel argenti suffragia,  
 vel flagella militum defuisse, nunc quoni-  
 am ab hoc qualicumque verbo esse meli-  
 berum reor, liberum fide vestra, liberum  
 conscientia mea, ipsius verbi ambiguitate  
 discussa conabor exquirere, hi qui ita nos  
 respondisse asserunt, qualiter ipsi interro-  
 galle videantur. Forsitan per modum in-  
 terrogationis ipsorum arcanum dogma-  
 tis denudabitur: vt reciprocis feriendo  
 vulneribus, emissorem suum remissa cer-  
 tius tela castigent. Ait enim à nobis esse  
 respõsum, nec cum Dei adiutorio potest  
 homo esse sine peccato. Hoc si quisquam  
 hominum ita dicendum putet, vt sub in-  
 firmitate hominis Deum non posse con-  
 firmet, & omnipotentia Dei aliquid im-  
 possibile suspicetur, in omni creatura cœ-  
 lestium & terrestriũ & infernorum, hunc  
 non tantum sententia mea dixerim blas-  
 phemum, anathema detestandum, sed et-  
 iam vel in exemplum Nadab & Abiu di-  
 uino igne damnandum, vel iuxta perditio-  
 nem Datan & Abyron, hiatu terre rece-  
 ptum viuum ad inferna mergendum. Vtri-  
 que si-

Leuit. 10.

Deut. 11.

DE ARBITRII LIBERTATE. 713  
 que siquidem præsumptione cordis Dei  
 potentia derogarunt, vel illi dum ignem  
 alienum, quasi hoc indigeret Deus, of-  
 ferunt, vel isti dum resistentes Moyse in  
 terram repromissionis introduci se posse  
 diffidit. Deus omnia potest, & quæ vult,  
 semper potest. Quàm potens in faciendo  
 de nihilo, tam facilis in perficiendo de fa-  
 cto. Ipsi enim subest, cum velit, posse. Hoc <sup>Sap. 12.</sup>  
 indulta secundum spiritum gratia confi-  
 tetur, hoc secundum literam lex conscri-  
 pta testatur, hoc in vniuersis lex naturalis  
 intelligit, hoc ordinatissimus mundi mo-  
 tus ostendit. Quis enim Gentilium hoc  
 audeat dicere, cui in prospectu semper  
 sunt cœli terræque ac maris elementa di-  
 stincta? Quis Iudæorũ hoc suspicari que-  
 at, ad quem tradita per Moysen legis sci-  
 entia quantulacunque peruenerit, cum  
 scriptum & agnoscat & credat, nuda di-  
 scissis rubri maris fluctibus profunda pa-  
 tuisse, & tutum iter in pelago pediti præ-  
 buisse terreno, diuisumque Iordanem re-  
 Iosue 3.  
 lupinis in fontè refluxisse gurgitibus: vel  
 mortalem, in corpore Heliam euectum 4. Reg. 2.  
 flammei currus igne, nec læsum: vel præ-  
 paratis onustum elcis Abacuc, vt ieiuno <sup>Dan. 14.</sup>  
 inter esurientes feras iusto prandium mi-  
 nistra-



714 PAVLI OROSII APOLOGIA  
 nistraret, vt vulgata narrat æditio, in mo-  
 méto diei à Iudæa in Babyloniam trans-  
 latum fuisse protinus ac relatum? Quis  
 hoc Christianus in cor suum, vel in ato-  
 mo cogitationis admittat, qui sciat Laza-  
 rum quatruiduanum mortuum fœtētibus  
 membris, ac liquida iam intrasemet pelle  
 fluitantibus, domini deuoto profluuisse  
 seruitio: qui legerit cæcum à natiuitate,  
 eundem que iam ætatem habentem, vel fa-  
 ctis subito vel reffectis viguisse lumini-  
 bus: qui probauerit ventos, fluctus ac tē-  
 pestates, simulque inuicē elementari xan-  
 tia dominicæ increpationis audito man-  
 fuetasse præcepto: qui credat Petrū car-  
 nali sarcina grauem, & ter dominum con-  
 tinuò negaturum super tumidos fluctus  
 pendulis incesisse vestigijs? Itaq; vniuer-  
 sos homines arbitror, vel qui excellēti fi-  
 de & sapiētia præditi sunt, vel qui se aliter  
 habent, hoc quod Deus omnia potest ve-  
 nerari, credere, confiteri. Ideo enim ge-  
 neraliter ab vniuersa creatura dicitur om-  
 nipotēs, quia omnia potest. Et hoc est De-  
 us solus, qui ait, Hæc apud homines im-  
 possibilia sunt. Atque alibi docet, dicens:  
 Sine me nihil potestis facere. Potest ergo  
 omnia in homine: qui utiq; potest omnia.  
 Porrò

Ioan. 11.

Ibid. 9.

Matt. 8.

Ibid. 14.

Luc. 18.

Ioan. 13.

Porrò autem quid superbit terra & cinis;  
 vt dicat, homo potest, cum Deus possit?  
 Clamat Apostolus, Gratia eius sum quod  
 sum, & gratia eius egena in me non fuit,  
 sed abundantius illis omnibus laboraui:  
 Non ego autem, sed gratia Dei mecum.  
 Quid incaute præsumptor aspicias, quia  
 dixerit, mecum? Attende quia præmise-  
 rit, non ego. Quapropter in hæc duo ver-  
 ba, non ego, & mecum, gratia Dei media  
 est: cuius est verè & velle & perficere pro  
 bona voluntate, & tamē voluntate homi-  
 nis. Vnde & ille confusus est, vt diceret,  
 mecū: quia dixerat, non ego. In voluntate  
 ergo hominis gratia diuinæ virtutis ope-  
 ratur, quæ & hoc ipsum velle donauit. Ita  
 conscientia hominis profitetur vt dicat,  
 nō ego: gratia Dei largitur, vt mecū. Cla-  
 mat Apostolus: gratia Dei sum quod sum.  
 Meminerat enim domini prædicātis: Ne-  
 mo venit ad me, nisi quē pater attraxerit.  
 Et rursus alibi: Ego aut vobiscū sum om-  
 nibus diebus vsq; ad cōsummationē secu-  
 li. Et in alio loco de spiritu sancto, sic ait:  
 Expedi vobis, vt ego eā. Nā si nō abiero,  
 non veniet cōsolator ille ad vos. Si autem  
 iero, mittam eum ad vos. Infelix ô homo,  
 secundum veritatem sententiæ Dei, Pater  
 te at-

1. Cor. 15.

Ioan. 6.

Matt. 28.

Ioan. 16.



716 PAVLI OROSII APOLOGIA  
 te attrahit, Filius tecum est, & Spiritus  
 consolatur, & in hac tanta diuinæ maie-  
 statis circumstantia audes dicere, gratia  
 quidem Dei adiuuante, sed mea possibili-  
 tate sum quod sum? Asseris enim nunc  
 post hanc lociam antiquo errori emēda-  
 tionem, potest homo sine peccato esse cū  
 Dei adiutorio: quanquam in libro tuo,  
 quem testimoniorum titulatione signa-  
 sti, hæc ipsa sententia, hoc modo con-  
 scripta sit, posse hominem sine peccato  
 esse, & facile Dei mandata custodire, si ve-  
 lit. Nulla ibi gratia, Dei nullū adiutori-  
 um nominatum est: quālibet crebrò dicas  
 de gratia Dei, non ideo negaui, quia non  
 dixi, sed ideo dixisse accipiendus sum,  
 quia non negaui. Quasi verò & Susanna  
 ideo de adulterio confessa credenda sit,  
 quia arguentibus alijs non negauit: aut te-  
 stimonium falsorum testium Dominus Ie-  
 sus quia tacuit, approbavit. Quod si apud  
 vos, non negasse, dixisse est: & tacuisse,  
 clamasse est: si ustra David postulat, Pon-  
 domine custodiā ori meo, & ostium cir-  
 cūstantiæ labijs meis: frustra & ego me  
 non dixisse in quo arguor, testibus & te-  
 stificatione confirmo, si alter audire po-  
 tuit, quod meus sermo non dixit. Sed cō-  
 cedo,

Psal. 140.

DE ARBITRII LIBERTATE. 717  
 cedo, vt quod nequaquam dixeris, pro  
 dicto accipiendum putes? Quid agimus  
 ex eo quod inuenientes ex sensu diuer-  
 sitatem sermonis, iuncturis discordi-  
 bus non cohærent, quod ipsa quoque pa-  
 gina discrepantia in se verba non recipi?  
 Scribis enim, posse hominem sine pecca-  
 to esse: & facile Dei mandata custodire,  
 si velit. Et quemadmodum beatissimus pa-  
 ter Hieronymus de hac eadem sentētia in  
 epistola, quam ad Ctesiphontem scribit,  
 exposuit. Nouissimè quasi ex grauissimo  
 somno expergiscens adijcis, non sine ad-  
 iutorio Dei? In hoc enim repugnat tibi  
 ipsa veritas, & redamat. Quid per fastidi-  
 osum tumorem, nauseantemque verecun-  
 diam non necessarium tibi in ore tuo ad-  
 iutorium Dei detines, qui facilia tibi cun-  
 cta arbitraris? Summis labijs me honoras, Esa. 29.  
 cor autem tuum longè est à me. Non est  
 opus duobus in operatione, quod vni fa-  
 cile est: frustra que se gratia diuinitatis in-  
 terferit, vbi fatetur se homo quod facile  
 possit, si velit. Tu volenti facilia esse man-  
 data dixisti: at ego etiā illud assero, quod  
 & difficilia dicas compleri. Tamen quo-  
 quo modo per hominem posse promit-  
 tas, dominum exprobras inuidiæ, qui ad-  
 iuncto



718 PAVLI ROSII APOLOGIA  
iuncto adiutorio suo tentet ascribere,  
quod solus per voluntatem homo potu-  
isset implere. Aut tolle homini, si velit, &  
gratię ascribe, quod possit: aut quia homi-  
ni tribuis posse cum velit, remoue simula-  
tam gratię palpatamque, nec coherentē  
participationem, & nudam ex absūdantia  
cordis profiteri blasphemiam. Sed mea-  
rum ista partium non sunt latius indaga-  
re: præsertim vnde beatissimi patres, Au-  
gustinus & Hieronymus, plenissimā con-  
uictæ hæreseos probationem Occidenta-  
libus prouincijs tradiderunt. Ad proposi-  
tam supra redeam quæstionem, ad quam  
non fiducia suscitatus ingenij, sed iniuria  
motus accessi. Dicis posse in hoc seculo es-  
se hominem sine peccato cum Dei adiu-  
torio. Tu dicis, potest homo: ego dico,  
potest Deus. Tres in camino pueros æstu-  
ans introrsum flamma non læsit. Quis eor-  
um quod contra naturā factū est, potuit,  
vtrum ne ipsi, an quartus in medio eorū  
similis filio Dei? Leprosus exclamat, Do-  
mine si vis potes me mūdare, possibilitate  
voluntatē manifestans, voluntatē possibili-  
tate confirmans. Ipse est enim solus, cui  
cum velit, posse subsistit. Accesserūt ad eū  
cæci, vt illuminarentur, orantes: qui-  
bus

Dan. 3.

Matth. 8.

DE ARBITRII LIBERTATE. 719  
bus ait Iesus, Creditis, quod possum hoc Matth. 9.  
facere? Dominus Christus summo præ-  
mio fidei dignum iudicat, si quis hæc fi-  
lium Dei posse crediderit, & Britanni-  
cus noster mox vt voluerit se posse con-  
fidit? Fideli paralytico dominus dicit, Ibidem.  
Constans esto fili, dimissa sunt tibi pec-  
cata tua: & nunc nouus magister mini-  
sterque mensarum, remissionem peccato-  
rum de sua magis ausus est possibilitate  
presumere, nec de domino expectat au-  
dire? Scribæ non intelligentes verita- Mar. 2.  
tem, murmurant & dicunt: Quis potest  
dimittere peccata, nisi solus Deus, & hic  
abolita esse iudicat, quæ Deum nesciat  
dimisisse? Ecce inflatus spiritu carnis tuę,  
tanquam super nihil sit, libero superbus  
arbitrio, gloriaris & dicis, peccator sum  
quia volo, pecco dum volo, cum autem  
rursum voluero, possum esse sine peccato.  
Quod dicis, pecco cū volo, verū est: quia  
& quod opere nō feceris, cogitatione fe-  
cisti: rursus cum volo, non pecco, durum  
quidem ac difficile, nec per omnia sub-  
est, sed tamen aliquando fieri posse non  
dubium est: at verò posse esse sine pecca-  
to, qui aliquando peccauerit, impossi-  
bile est absq; sola gratia baptisimij, vbi ex per-  
lona



Pfal. 50.

720 PAVLI OROSII APOLOGIA  
Iona domini dicitur, Remissa sunt tibi pec-  
cata tua. Quod suadeor credere: quia per-  
mittor audire. Possum ergo esse sine pec-  
cato, in hac duntaxat corruptione qua  
viuimus, non suscipio, non præsumo, non  
audio. Si enim Dauid orat ad dominum,  
Tibi soli peccaui & malum coram te feci:  
& secundum Apocalypsim Ioannis, iudi-  
candi sunt mortui ex his, quæ coram Deo  
peccauerunt, ex his quæ scripta sunt in li-  
bris recipientes secundum opera sua, cur  
meum circa me præsumo iudicium, si me  
scio etiam de ipso iudicandum? Aut si li-  
bri illi sacri nunquam nisi in iudicio ape-  
riendi, pariter vitæ nostræ bona malaque  
suscipiunt, examē iudicij in pondere præ-  
bituri, quomodo sine examine in hac vita  
& ante mortem abolutos esse cognosci-  
mus, quos non solum post mortem, ve-  
rum etiam post resurrectionem legimus  
proferendos? Ego in potestate habui pec-  
care: liberari à peccato in potestate non  
habeo. Precari meum est, absolui non me-  
um. Vbi verò peccato me dedi, seruus fa-  
ctus sum accusatoris, reus iudicis. Pos-  
sum propter alsiduarum precum premis-  
sa suffragia de bono iudice spem ferre: in-  
nocentem sine timore conscientiam ante  
promul-

DE ARBITRII LIBERTATE. 721  
promulgationem sententiæ vendicare nõ  
possum. Dicit enim Apostolus, Nolite 1. Cor. 4.  
ante tempus quid iudicare, donec veniat  
dominus, qui & illuminabit occulta tene-  
brarum, & manifestabit consilia cordiũ:  
& tunc laus erit vniciquæ à Deo. Alio-  
quin si in potestate hominis est, vt liberũ  
se ipse faciat à peccato suo: aut non est iu-  
dex Christus, aut frustra est. Sed dicitis, E-  
go dixi hominem sine peccato, secundum  
hunc sensum. Peccator cum ingemuerit,  
tunc saluus erit, hoc est, tunc ad salutem  
incipiet pertinere: tamen sine peccato sta-  
tim non erit. Dominus enim cum intras-  
set domum Zachæi credentis, ait, Hodie Luc. 19.  
salus domui huic facta est. Nunquid si vi-  
nus credidit, statim vniuersa domus fami-  
lias sine peccato fuit, cui tunc vtiq; \* ma- \* maiore  
ior domus credenti initium salutis intra-  
uit? Nam & Dauid cum peccasset inge-  
muit. Et quamuis meruisset audire dimis-  
sum sibi esse delictum, multo tamen post-  
ea id ipsum exilio, & plurimo expiauit  
obprobrio: vt manifestè & pena in presen-  
ti reddita & remissio in futurum reddenda  
videatur: & per hoc Deus multum mi-  
sericordiæ ingemiscenti donauerit pec-  
catori, vt peccatum quod morte dignum  
Zz erat,

722 PAVLI OROSII APOLOGIA  
erat, temporaria castigatione purgaret.  
Ananiæ de Paulo dicitur, quærelâ de per-  
secutione eius cum timore facienti, Ego  
monstrabo illi quanta patietur propter  
nomen meum: vt cum Paulus ibi soluere-  
tur, vbi ligasset persequendo Christum,  
mox patiendo pro Christo, tribulatus vs-  
que ad mortem in resurrectione glorifi-  
catus existeret. Ita fit quia misericordia  
& veritas præeunt semper faciem Dei, vt  
si in tempore ab ingemiscente volunta-  
rium sacrificiû, vt veritas in misericordia  
fiat, contribulati spiritus & contriti cor-  
dis offertur, in fine misericordia iudicio  
præferatur. Dominus Christus venturus  
in gloria Dei patris & creditur & spera-  
tur, iudicaturus viuos & mortuos, à cu-  
ius aspectu, vt scriptura testatur, Fugiet  
cælum & terra: & existunt homines, qui  
nec propter ignorantia, vt non dicã, pro-  
pter conscientiam, iudicio superuenturo  
subiectos esse se iudicent, & aduētum do-  
mini illustrationemque fulgoris eius ele-  
mentis ardentibus, & mundo pereūte tre-  
pident. Quos ex illis fore timeo, de quibus  
præmonet dominus. Multi enim dicent  
in illa die, homines scilicet de illa carna-  
li arrogantia, qua homines seducebant, &  
non

Matth. 7.

DE ARBITRII LIBERTATE. 723  
non tam coram Deo, quàm adhuc apud  
semetiplos iusti, Domine, domine, nonne  
in nomine tuo prophetauimus, & in no-  
mine tuo virtutes magnas fecimus? Et  
tunc ego iurabo illis, & dicam: non noui  
vos, discedite à me operarij iniquitatis. *Psal. 14.*  
Dicitur per prophetam Dauid in persona  
Christi: Domine quis habitabit in taber-  
naculo tuo, aut quis requiescet in monte  
tuo sancto? Qui ingreditur sine macula, *Ioan. 14.*  
& operatur iustitiam. Hoc est reuera di-  
cere: qui potest esse, & est sine peccato.  
Nam & ipse de se dominus ait, Venit prin-  
ceps mundi huius, & nihil in me inuenit  
suum. Quid enim est diabolus? Haud du-  
bitû quin peccatû. Ab initio enim diabo-  
lus mē dax est: & cōtrâ dominus meus est,  
qui loquitur veritatē in corde suo, & nō  
egit dolû in lingua sua. Angelus magnus *Apoc. 5.*  
& fortis, scriptura testante, clamat in cœ-  
lo, Quis est dignus aperire librû, & solue-  
re signa eius? Nec quisquam poterat, neq;  
in cœlo, neque in terra, neque sub terra a-  
perire librû, neque perspicere eum. Flet  
multum Ioannes & luget, quod ex vni-  
uersitate rationalium creaturarum nemo  
dignus repertus esset, qui aperiret librû,  
vt videret eum. Flentem Ioannem vnus  
ZZ 2 è seni-



724 PAVLI OROSII APOLOGIA  
 è senioribus consolatur & dicit: Noli fle-  
 re Ioannes, Ecce vicit Leo ex tribu Iuda,  
 radix Dauid, aperire librum & soluere si-  
 gnacius. Quis rogo iste liber est, quem de  
 manu viuētis in secula nullus fuit dignus  
 accipere, nisi qui ingreditur sine macula  
 & operatur iustitiam? Parum est quia sine  
 macula, parum quia agnus, nisi & occisus,  
 nisi puritatem vitæ, passionis testimonio  
 coronasset, habens septem cornua & oculo-  
 los septem, qui sunt septem spiritus Dei:  
 nec dubium, quin spiritus sapientiæ & in-  
 tellectus, spiritus consilij & virtutis, spiri-  
 tus scientiæ & pietatis, spiritus timoris  
 domini. Quis ergo iste est liber? vt credo,  
 iudicij. Pater enim non iudicat quem-  
 quam, sed omne iudiciū filio dedit. Proch-  
 dolor, cogor dicere, quod horruī cogi-  
 tasse. Ecce nunc & Pelagius, qui ausus est  
 profiteri, se esse sine macula atque pecca-  
 to, consequenter arbitratur dignum se ad  
 accipiē dum librum atque iudicium: pro-  
 ximum quō est vt dicat sibi, Ego potesta-  
 tem habeo ponēdi animam meam, & ite-  
 rum sumendi eam, & præparat se in thro-  
 no Christi futurum esse cōsortem. Miser  
 homo, qui non potius intelligit præpa-  
 rare se Antichristi aduētui præcursorem,  
 qui

Psal. 14.

Apoc. 5.

Ioan. 3.

DE ARBITRII LIBERTATE. 725

qui cū fuerit reuelatus, extollit se super 2. Theff. 2.  
 omne quod dicitur, aut quod colitur De-  
 us: iuxta hunc qui se iam comparat in co-  
 æquationem vnici filij Dei. Agnus Dei,  
 filius Dei, vt accipiat librum de manu pa-  
 tris præfert stigmata passionis, non iudi-  
 cans perpetrata nisi in morte atque in  
 resurrectione victoriam & ἀναμάρτητος me-  
 us venire sibi posse perfectionem vitæ im-  
 maculatæ manducanti, bibenti, dormien-  
 ti quæ confirmat? Dominum nostrum le-  
 sum post quadraginta dierum ieiunium  
 ter diabolus tentans, terque superatus re-  
 liquit, & non reliquit in perpetuum, sed  
 ad tempus, acrior vsque ad mortem cru-  
 cis Apostolo præuaricante rediturus, &  
 ἀπαθής noster victis sanè, vt sibi videtur,  
 cum autore tentationibus, non posse se  
 ultra tentari, perturbari quæ confidit? A-  
 gnus ille perfectus, ille qui non solum pec-  
 catum non habet, sed etiam tollit pecca-  
 tum mundi, & qui habet cornua septem  
 in capite, non ita ventilare sufficiat tenta-  
 torem quin redeat, & nosse hic mutilus,  
 lætis in fronte μονοφάλμος non necessari-  
 um sibi æstimat munimen in capite, qui  
 possibilitatem præsumit in carne? Miser,  
 qui secundum Euangelium magis fortè si

Matth. 4.



726 PAVLI OROSII APOLOGIA  
 cæcus esset, peccatū non haberet. Sed for-  
 sitā quia septem oculi septē spiritus sunt,  
 abundare se his omnibus iactat, & quasi  
 interiorem hominem suam congestis se-  
 ptiiformis gratiæ vigere virtutibus: præ-  
 fertim qui sibi totidem dogmatum suorū  
 titulis gloriatur. Vnde fieri potest, vt iu-  
 dicio suo se arbitretur spiritu sapientiæ  
 refertum, præcipuè cum dicat, facilia Dei  
 esse mandata: spiritu intellectus sufficien-  
 tem, maximè qui prænoscat & prædicat  
 omnes peccatores simul cum impijs in æ-  
 ternum ignè esse damnandos: spiritu con-  
 filij diuitem, qui moneat malū nec cogi-  
 tandum: spiritu virtutis potentē, quo af-  
 firmet posse esse hominem sine peccato:  
 spiritu scientiæ inflatum, quo sperat, nisi  
 qui scientiam legis habuerit, sine peccato  
 esse non posse: spiritu pietatis exuberan-  
 tem, quo doceat inimicum velut amicū  
 diligendum, oblitus quia ipse dixerit, In-  
 mico omnimodis non credendum: spiritu  
 timoris Dei cohonestatum, qui post mul-  
 tam crapulam nouissimè expergefactus  
 adiungit, posse hominem sine peccato  
 esse, non sine adiutorio Dei, & per hos  
 præsumptionum, vt arbitror, gradus  
 non reformidat ascendere, vsque in id  
 elatus;

DE ARBITRII LIBERTATE. 727  
 elatus, vt dicat, quia in similitudinē Chri-  
 sti perfectā sui potentia plenus, in toto su-  
 per eum descenderit spiritus sanctus &  
 manserit: cum tamen hoc illi soli à patre  
 Deo datum sit, cui etiam dedit nomen, *Philip. 2<sup>o</sup>*  
 quod est super omne nomen, qui solus si-  
 ne peccato est & ingreditur sine macula,  
 apud quē manet ipsum sanctitatis vnguen-  
 tum: Nos autem in odorem vnguentorū *Cant. 1.*  
 eius currimus, & interim super nos auræ  
 vitalis afflatu dulcia vitæ spiramina domi-  
 no præcedente captamus. Sed dicis: Cur  
 tanta me laceasis iniuria? Cur tam arrogā-  
 tibus verbis inuidia grauas? Egō ne me ser-  
 tus comparare audeā domino meo? Egō  
 ne terra & cinis conferā verbo Dei? Egō  
 ne morti obnoxius, dici debeam victori  
 mortis æqualis? Bene quidē ō condemna-  
 ta nequitia, dans testimoniū Deo, humili-  
 aris in verbis, sed aliter sensus tuus clamat  
 in paganis. Dicis, hominem posse esse sine  
 peccato. Iterum ac sæpius repeto. Homo  
 qui hoc potest, Christus est. Aut præsume  
 nomē, aut depone fiduciā. Deus illud vni-  
 tantum donauit, & hoc non nisi primo-  
 genito in multis fratribus. Sic catholica *Röm. 8<sup>o</sup>*  
 fide traditur, sic tenemus. Sanè dominus no-  
 ster admonuit infideles, Ego veni in no- *Ioan. 5.*  
 mine



28 PAVLI GROSII APOLOGIA  
 mine patris mei, & non me recepistis. Veniet alius in nomine suo: forsitan ipsum recipietis. Aut nobiscum illum cui credimus peccatores unum sine peccato eundemque unigenitum sequere, aut si tu es ille alius, confitere. Ipse est dominus Iesus, qui morte devicta & diabolo triumphato ascendens in altum, captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus. De eius plenitudine nos omnes accepimus, sicut Apostolus docet: Unicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Et ad Romanos idem magister gentium scribit: Dico enim per gratiam, quae data est mihi, omnibus qui sunt inter vos non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Et unicuique sicut Deus divisit mensuram fidei. Deinde ad Corinthios praedicat, Divisiones vero gratiarum sunt: idem autem spiritus. Et divisiones operationum sunt: idem autem Dominus. Et divisiones ministratorum sunt, gratiarum atque virtutum. Subiicit. Haec autem omnia operatur unus atque idem spiritus, dividens singulis prout vult. Deinde per comparationem membrorum in corpore hominis, manifestat corpus unitatis Ecclesiae ex disparibus operum

Psal. 67.

Ioan. 1.  
 Ephes. 4.  
 Rom. 12.

1. Cor. 12.

DE ARBITRII LIBERTATE. 729  
 operum modis, in unam perfectionis convenire concordiam, probans nullum penitus esse membrorum, quod non egeat alterius ope atque compage, ipso domino capite constituto, in quo omnes sensus ac thesauri sapientiae & scientiae sunt absconditi. Unde & nobis dedit sensum, per quem sciremus, quod est verbum in Christo Iesu, in quo est omnis plenitudo divinitatis corporaliter: in quem, iuxta testimonium Iohannis, descendens spiritus sanctus & permanens in ipso, esse dominum declaravit. Itaque si & nemo habet, nisi quia a te petit, & nemo nisi secundum divisionem mensuramque accepit, & qui acceptum habet, ad ipsum custodiendum alieno eget auxilio, qua rogo amentia sibi de plenitudine promittit, qui in singularitate non sufficit? De domino Evangelista testatur, Erat autem lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Dicit vero Dominus Apostolis suis, Vos estis lux huius mundi. Ibi in solo domino lux tota, quia vera: hic in cunctis Apostolis lux quidem, sed de luce quae tota est. Et cum hoc in Apostolis ita est, in quorum electione uniuersum Ecclesiae corpus assumptum est, quid nos, nos  
 Zz s inquam,

Coloss. 2.

Ioan. 1.

Mar. 1.

Ioan. 1.

Matt. 5.



inquam, & singuli, quid post eos videri possumus, nisi secundum apostolum Petrum homines ignari, credentes tantum per fidem Evangelico propheticoq; sermone, tanquam lucernæ lucenti in caliginoso loco? Quia illustrati, etiam ipsi persuademur: ut præparatè in operibus bonis sint lucernæ ardentes in manibus nostris, quæ multimodis tentationibus fatigatæ, & defectu semper proprio & verbere periclitantur alieno. Vnde & Dominus in Evangelio ait, Et si ipsa lux, quæ in nobis est, tenebræ sunt: ipsæ tenebræ quantæ erunt? Sed concedo, ut hoc quântulumcunque lumen est, indeficienti vsque in finem vigore permaneat, id est, donum illud, quod sortitus est specialis gratiæ, non amittat, (Alioquin plenitudo lucis absistit in toto, caligo nõ remanet: caliginem autem dico insipientiæ, de peccati sordibus accidentem) quid si cõpetens ratio est, ut quantum de luce defuerit, tantum de caligine superfit? Porro autem difficillimum est, ut offendiculum caligo non habeat. Necesse est homini in quantitate luminis, & in reliquijs caliginis constituto, volenti bonũ & non effugienti malum: & subsistere adiutorium & non deesse peccatum.

Luc. 12.

tum. Quod si cuiquam obscure dictum videtur, accipiat exemplum conuersationis humanæ. Duo singuli habent dona diuersa: vnus ut sit humilis in silentio, alter ut sit suadibilis in docendo. Ille cui silentium cordi est, si fortè poscatur rationem de fide reddere, putas ne nullam assumit in humilitate fallaciam? Aut facile arbitris, ut simplex scurrilitate careat, lætus verbo, sollicitus iracundia, patiens negligentia, mitis pigritia, doctus iactantia, summissus inuidia, extra illam quæ est omnium bonorum operum caligo generalis, vanæ gloriæ concupiscentiam. Quod si hoc piè sancteque intelligitur, vnusquisque nostrum assumat comparationem, ut magis semetipsum in melioris prælatione condemnet, quàm in minoris despectatione iustificet. Ita demũ inuicẽ membra sociabit, præcipuè si vna charitate veluti pelle ossa circumdante neruisque iunctis indigentia sui conscius homo, hanc ipsam quam habet gratiam, donum intelligat esse non meritum: & magis ex eo vnde accepit gloriatur in domino, quàm vnde non acceperit irascatur. Nos enim cum essemus naturaliter filij iræ propter delictum nostrum, facti sumus filij misericor-

Ephes. 2.



732 PAVLI OROSII APOLOGIA

ricordiae propter clementiam domini, nihil digni nisi damnatione. Nō ingeramus domino de non accepto quærelam, sed de accepto gratiam repenlemus, gloriamque soli illi creatori redemptori que nostro domino Iesu Christo tribuamus, quē posuit Deus propiciatorem in sanguine suo, ut in nomine eius omne genu curuetur, cœlestium & terrestrium & infernorum: quem in illa prædicta potestate iudicantem omnis caro videat, & cui omnis lingua fateatur. Vnde & Apost. ait, Ideo contendimus siue absentes, siue præsentis placere illi: Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis prout gelsit, siue bonum, siue malum. Et alibi, Omnes enim stabimus ante tribunal Dei. Paulus Apostolus dixit etiam se staturum ante tribunal Dei, & propria corporis prout gelsit cum cæteris redditurum: contra autem Pelagius confidenter audet dicere, ita consummo vniuersam in carne perfectionem, ut de iudicis bonitate nihil sperem. Iusti in illa die iudicis operum suorum glorias audientes, adhuc tamen velut ignorantes interrogabunt, Domine quando te vidimus, & hæc fecimus tibi, &

Rom. 3.

Philip. 2.

2. Cor. 5.

Rom. 14.

Matt. 23.

DE ARBITRII LIBERTATE. 733

bi, & hic noster scientissimus legis agnoscit, quo die, qua hora, quo monumento, vltimam sedem vltra quam nō sit alia plenissima sanctitatis intrabit? Aut forsitan reclamat & loquitur, Rectè mihi hæc amentia, ut non dicam, superbia ingereretur opprobria, si dicerem, sine adiutorio Dei hominē posse esse sine peccato: nunc autem quum adiutorium adijcio, nihil difficile assero. An tu fortassis Dei adiutorium negas? Cōcedo paulisper calumniae tuæ, ut dum quod in te cōvincere volo, in me videar detegere, inueniamur simul, & ego in mei defensione purgator, & tu in tua confusione manifestior. Mea semper hæc est fidelis atque indubitata sententia, Deum adiutorium suum non solum in corpore suo, quod est Ecclesia, cui specialia ob credentium fidem gratia suæ dona largitur, verum etiam vniuersis in hoc mundo gentibus propter longanimitate sui æternamque clementiam subministrare, non ut tu asseris cū discipulo tuo Cœlestio, cui iam apud Africanam Synodum occulta illa impiorum dogmatum natura contusa est, in solo naturali bono, & in libero arbitrio generaliter vniuersis vnâ gratiam contributam: sed speciatim cotidie per



754 PAVLI GROSII APOLOGIA  
 die per tempora, per dies, per momenta,  
 per *aromas*, & cunctis, & singulis mini-  
 strare. Dicit enim scriptura, Qui facit so-  
 lem suum oriri super bonos & malos. At  
 tu fortè respondes, Ordinem suum com-  
 posita bene natura custodit, ac per hoc  
 Deus elementarijs semel cursibus consti-  
 tutis, facit inde quæ facit. Quid ergo  
 de illa sententiæ parte, quæ lequitur o-  
 pinaris? Dat pluuiam super iustos &  
 iniustos, Vtique qui dat, cum vult dat,  
 & vbi vult dat: vel dispensando dispo-  
 sitam constitutionem, vel effundendo pro-  
 priam largitatem. Ac ne secundum amen-  
 tiam impietatis tuæ etiam hoc euacuare  
 mediteris, audi prophetam super hac ve-  
 ritate testantem, Qui aduocat aquas ma-  
 ris, & effundit eas super faciem terræ, do-  
 minus nomen est illi. Quid verò dicam de  
 spe vera generis humani, quia omnis qui  
 arat, in spe arat. Sperare autem, non est  
 possibilitatis propriæ, sed largitatis alie-  
 næ. Cùm autem quis seminauerit, iactam-  
 que sementem in sinu terræ cultor absco-  
 derit, non habet vltra quod faciat, nisi vt  
 oculos tēdat ad cœlum, oret non terram  
 cui commisit, sed Deum cui credidit, vt  
 labores eius vel matutino vel serotino  
 imbre

Amos. 5.

1. Cor. 9.

DE ARBITRII LIBERTATE. 735  
 imbre fœcūdet. Et vt spiritali testimonio  
 etiam ad communes vsus perfruar, neque  
 qui plantat, neque qui rigat quicquā sunt, 1. Cor. 3.  
 sed qui incrementum dat Deus. Quantū  
 ergo de Dei adiutorio gaudeam, per id  
 metire, quod ministrari per singula etiā  
 gentibus probo: vt manifestū nobis esset,  
 quem vsque in finem cauere, & quem sine  
 cessatione inuocare debeamus. Diabolus Iob. 1.  
 interrogatur à domino, Vnde ades? At  
 ille respondit: Circuiens terram & pera-  
 grans quæ sub cœlo sunt, adsum. Rogo  
 te, sollicitudo ista diaboli bonæ volunta-  
 tis, an malæ est? Fatearis necesse est omni-  
 no malæ. Hoc enim & sequens expo-  
 sitio eius ostendit. Manifestatio ista dia-  
 boli tempore Iob facta est, scilicet tempo-  
 re Moysi. Certè tunc nulla Iudæa, nulla  
 Hierusalem, nulla per orbem Ecclesia e-  
 rat. Adhuc vniuersa gentilitas Dei noti-  
 ciam non habebat, & iam tamen diabolus  
 circuiens terrā, omnia quæ sub cœlo sunt  
 peragrabat: atq; ad seducendū & disper-  
 gendū humanum genus incessabili mali-  
 ciæ suæ sollicitudine ferebatur. Itaq; cū  
 videas, hominibus ignaris tantam diaboli  
 incubuisse nequitia in disperdendū, nul-  
 lā hinc credis Dei in custodiendo gratiā  
 præfu-



Psal. 23.

736 PAVLI OROSII APOLOGIA  
 præfuisse? Aut fortè frustra dictum pu-  
 tas, Domini est terra & plenitudo eius, or-  
 bis terrarum & vniuersi qui habitant in  
 ea? At verò vt adesse adiutorium Dei, &  
 per singula & per singulos manifestius  
 probes: en ipse diabolus, dum testatur de  
 vniuersitate, de vno interrogatur. Ani-  
 maduertisti, inquit Deus, in puerum meū  
 Iob, quia non est quisquam similis illi su-  
 per terram? Nouit speciatim vnūquem-  
 que Dominus, nouit & diabolus. Ille po-  
 testate naturæ: iste labore nequiciæ. Ille  
 vt tentet: ille vt probet. Iob contradicen-  
 te aduersario à creatore laudatur. Vult  
 dominus opus iudicare hominis, quod  
 ipse operatur in eo: at verò de adiutorio  
 etiam diabolus confitetur. Dicit enim,  
 Nōne tu circūsepisti quæ sunt extra do-  
 mum, & intra domum eius? Expetete ini-  
 mico famulum suum Deus spoliat per ten-  
 tationem, non nudat: aufert substantiam  
 & dat gratiam: Ecce, inquit, omnia que-  
 cunque habet do in manu tua, sed ipsum  
 nolit tangere. Parū est. Inuidus furit, mor-  
 tem conatur inducere, sed e contrario dis-  
 pensatione Dei mouetur, gratia nō aufere-  
 tur: expetita prædoni præda præmitur, &  
 rursus prædæ suæ custos adhibetur. Di-  
 citur

DE ARBITRII LIBERTATE. 737

citur enim ad eū, Ecce trado eū tibi, tantū  
 animam eius custodi. Nemo ex hoc æsti-  
 met diabolus ad seducendam in corpore  
 tantummodo animam laborare, nisi etiam  
 ab ipso corpore vellendam: si non sauci-  
 um infirmumque hominē miserentis Dei  
 tutela muniret, & obuia, cunctis insidia-  
 rum eius conatibus semper occurreret.  
 Habes, vt arbitror, etiam in Gētibus suf-  
 ficientem cooperātis gratiæ probationē:  
 accipe manifestam quoque significanti-  
 am de illo præcipuè dono, quod Ecclesie  
 & corpori suo peculiare largitur. Paulus  
 Apostolus ad Corinthios scribit, Gratias 1. Cor. 2.  
 ago Deo meo semper pro vobis, in gratia  
 Dei quæ data est vobis in Christo Iesu:  
 quia in omnibus diuites facti estis in illo,  
 in omni verbo, & in omni scientia, sicut  
 testimonium Christi confirmatum est in  
 vobis: ita vt nihil vobis desit in vlla gra-  
 tia. Et iterum, Iustificati igitur ex fide, Rom. 5.  
 pacem habeamus ad Deum, per dominum  
 nostrum Iesum Christum: per quem &  
 accessum habemus fidei in gratia ista, per  
 quam stamus, & gloriamur. Vnde & Pe-  
 trus Apostolus admonet, dicens, Recipi- 1. Pet. 1.  
 entes finem fidei vestræ, salutem animarū.  
 De qua salute exquisierunt atque scrutati



738 PAVLI OROSII APOLOGIA  
 sunt Prophetæ, qui de futura in nos gratia Dei prophetauerunt. Ex quo evidentiſſimè declaratum eſt, nemini hominum deeſſe Dei adiutorium: præſertim cum & ſeductor inſiſtat, & inſit infirmitas. Conſula euacuataque eſt calumnia cæci arguentis, qui ait, Fortè tu Dei adiutoriū negas? Sed quoniam de Iob fecimus mentionem, dicamus quod & ſuperiori teſtimonio, recenſitum eſt, domino dicente, Homo ſine crimine, verax Dei cultor, abſtinens ſe ab omni malo. Solet enim à vobis ſæpiſſimè dictitari, ad probandum hominè ſine peccato poſſe eſſe, quia fuerit, hoc eſt, quia & Iob teſtimonio Dei homo ſine crimine eſt dictus & verax. Et Zacharias ſine quærela in Euâgelio probatus oſtenditur. Dixit dominus de Iob, Homo ſine crimine, nunquid dixit ſine peccato? Peccatum enim cogitatio concipit, crimen verò non niſi actus oſtendit: Eſſe etiam ſine quærela eorum cognitioni iudicioque aſcribitur, quibus in promptu eſt, in facie quidè manuſuetudinem aſpicere, ſed cordis bella neſcire. Vnde & Paulus confidenter iubet dicens, Oportet enim Episcopum ſine crimine eſſe. Et alibi generale dat teſtimonium Corinthiis atque aſſerit, Ita vt non

Luc. 2.  
 Iob. 1.  
 Peccatum.  
 Crimen.

Tit. 1.

1. Cor. 2.

DE ARBITRII LIBERTATE. 739  
 vt non indigeatis vlla gratia, expectantes revelationem domini noſtri Ieſu Chriſti: qui & confirmabit vos vſque in finem, ſine crimine. Ecce Paulus quos teſtimonio ſuo vſque in finem confirmat eſſe ſine crimine, mox eoſdem in eadem epiſtola corripit ſcribens: Iam quidem omnino delictum eſt in vobis, quod iudicia habeatis inter vos. Sub vno titulo iſdemq; perſonis, ecce ſine crimine, ecce delictum: vnde declarat, nò ſtatim ſine delicto aſſeri, què videas ſine crimine nominari. Dixit enim & Dominus Ieſus, Venit Ioannes nò manducans neque bibens. Et iterum ſcriptum eſt, Eſca illius erat locuſta, & mel ſilueſtre. Nunquid ex alterutro aut Ioannes non manducaſſe, aut Dominus ſefelliſſe credendus eſt? Sed econtrario in vtroque veritas eſt: quia & Ioannes in ſubſtantia carnis elcæ aliquid ſumpſerit, & rurſum verè dixerit dominus in Ioannem, nec cum cæteris, nec id manducaſſe, quod cæteros: probans ſe ſcripturasque ſanctas, occultata ſæpè ſcientia Dei, hominum manifeſtare ſententias. Quamobrem obſequenter accipitur, quotieſcunque ſcriptura commemorat, & iuſtum & ſine quærela pro captu temporis & ſe-

1. Cor. 6.

Luc. 7.

Matt. 3.



740 PAVLI OROSII APOLOGIA  
 cundam illud vltimum iudicium Dei, cui  
 vniuersorum conscientia subijcitur, &  
 lingua omnium confitetur. Deniq; liqui-  
 dō intellige, quia iustificatio Iob, passio-  
 numque eius in carnem permissio, proui-  
 do consilio Dei confusionem diaboli ar-  
 rogantis operata est: vt dum homo de ho-  
 nore creatoris, ipso domino probate lau-  
 datur, infidelitatis notam declinans ange-  
 lus puniretur. Rursus autem ne famulo  
 suo grauiorem plagam faceret, dum sana-  
 ret, & per curam carnis, animę vulnus in-  
 fligeret, hoc est, ne beatus Iob tāta tenta-  
 tione superata, duplicatisque omnibus &  
 restitutis in superbiam elatus, & iudicium  
 incideret diaboli, admonetur ab occultis  
 suis, vt & si à foris de iustitia laudaretur,  
 intus tamen ei se sciret subditum esse de-  
 bere à quo custodiretur. Dicit enim ad eū  
 dominus. Quis est hic qui cœlat me con-  
 silium, continens sermones in corde, &  
 me putat latere? Accinge tanquā vir lum-  
 bos tuos. Interrogabo: tu autem responde  
 mihi, Vbi eras cūm fundarem terram, in-  
 dica mihi, si nosti scientiam. Et post mul-  
 tam docendi correptionem, vel corrip-  
 endi doctrinam: respondens Iob domino  
 dixit, Quid ergo iudicor commonitus &  
 increpa-

Iob 32.  
 τίς ὄντος  
 ἐκρυπτήν  
 με βλάβην,  
 Sic septua-  
 ginta.

DE ARBITRII LIBERTATE. 741  
 increpatus à domino, audiens talia cūm  
 nihil sim? Talis & Zacharias, homo sine <sup>Luc. 2.</sup>  
 quærela, dignus honore hominū, dignus  
 testimonio scripturarum, quē aliqua iam,  
 vt arbitror, ex hoc inflatio titillabat, inci-  
 piebatque plus credere famę quā con-  
 scientiæ, per corripientem Angelum no-  
 ta infidelitatis arguitur, & temperario si-  
 lentio castigatur. Vnde & Paulus dicit, <sup>1. Cor. 10.</sup>  
 Itaque qui se existimat stare: videat ne ca-  
 dat. Et quasi forma hominū de se ipse pro-  
 nunciat dicens, Castigo corpus meum &  
 in seruitutem redigo: ne fortē cum alijs <sup>1. Cor. 9.</sup>  
 prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Ita  
 sine crimine dici quenquam & sine quæ-  
 rela: nō est perfectionis testimonium, sed  
 conuersationis exemplum. De immacu-  
 lato autem vbicunq; scriptura pronun-  
 ciat, sicut David ait, Beati immaculati in <sup>Psal. 118.</sup>  
 via, qui ambulant in lege domini, sana do-  
 ctрина traditum reor, quia vere beati sint,  
 qui sunt immaculati in via, hoc est, perfe-  
 cta fide in veritate gradientes: non decli-  
 nantes hæretica prauitate, neque in dexte-  
 ram, neque in sinistram. Via Christus est,  
 qui per spiritum sanctum ducit ad patrē.  
 Igitur qui sine macula atque lepra, nec  
 conuiolatus ab his quorū sermo serpit vt  
 Aaa 3 cancer,



742 PAVLI OROSII APOLOGIA  
 cancer, venerandaꝝ gloriã trinitatis au-  
 dit, credit, intelligit, beatus in fide imma-  
 culatusque consistit. Ex quo etiam dici-  
 tur ad Abraham, Ambula coram me, &  
 esto sine macula. Necessario enim Abra-  
 ham, qui credidit Deo & reputatum est  
 ei ad iustitiam, vt sit in eo quod credidit,  
 vidit & gauisus est, perfectus esse ac si-  
 ne macula commouetur, multarum gen-  
 tium pater constitus in fide, & fidelium  
 finis in requie vt simus omnes, qui spera-  
 mus in Deo cum fidei Abraham. Beati  
 immaculati in via, scriptum est; per fidem  
 enim ambulamus non per speciem. At ve-  
 rò si vis de immaculato qualem David or-  
 rã quærit audire, vanã possibilitatis tuæ  
 depone fiduciam, & prostratus in preci-  
 bus cum Propheta oratione coniungere,  
 flens pariter ac dicens, Delicta quis intel-  
 ligit? Ab occultis meis munda me domi-  
 ne, & ab alienis parce seruo tuo. Si enim  
 mihi non fuerint dominati, tunc immacu-  
 latus ero. Infelix ego homo, delicta quæ  
 nondum intelligo, quãdo vitabo? Petrus  
 diligit Christum, nec vnquam à dilectio-  
 ne declinat, Testimonio dilectionis domi-  
 ni, nunc petra fundamenti Ecclesiæ con-  
 stituitur, nunc Satanæ vocabulo deprauatur.

Gen. 17.

Psal. 18.

Matt. 16.

Ibid. 8.

DE ARBITRII LIBERTATE. 743  
 uatur. Vnum atque idem semper operan-  
 ti, nunc dicitur, Non reuelauit hoc tibi  
 caro & sanguis, sed pater meus, qui est  
 in cœlis: Nunc rursus ingeritur, Non  
 sapis quæ Dei sunt, sed quæ sunt homi-  
 num. Apostolus diligendo electus est,  
 diligendo confusus: habens pro nimio  
 amore peccatum. Siquidem annuncian-  
 ti de passione sua Domino amoris im-  
 patientia dixerat: propitius tibi esto do-  
 mine, non erit istud tibi. O miseria mi-  
 serorum. Si Petrus in aliquo Christum  
 amando peccauit, delicta quis intelligit?  
 Clamat propheta & clamat in spiritu  
 sancto: clamat ille, de quo dixerat domi-  
 nus, Manus mea auxiliabitur ei, & bra-  
 chium meum confortabit eum, & nihil  
 proficiet inimicus in eo: & quid clamet  
 attende, Ab occultis meis munda me do-  
 mine. David ille electus secundum cor,  
 ille quem promisit Deus facturum omnes  
 voluntates suas, ille quem vnxit in regem,  
 ille quæ prophetici spiritus sanctificatio-  
 ne donauit, stupens in obreptione pecca-  
 minum clamat ad dominum, vt ab occul-  
 tis suis mundetur implorat, & dicitur ei  
 à domino, in alio loco, Non ædificabis do-  
 mû nomini meo, eo quod sis vir bellator,

Psal. 88.

Ibid. 14.

1. Par. 17.



744 PAVLI OROSII APOLOGIA  
 & sanguinem fuderis: quasi verò sordium  
 abolitione cunctarum ita emundare eum  
 nequiverit, vt dignum digno operi præ-  
 pararet. Dauid vsque ad mortē non emun-  
 datur, sed prælato in templi constructio-  
 ne sibi filio se ipse condemnat: & Goliat  
 cum Armigero suo calumniatur mihi, cur  
 dominus nō faciat in eo, quod nunquam  
 fecit in seculo? Dicit & Ecclesiastes, Ni-  
 hil sub sole nouum, nec valet quisquam  
 dicere, ecce hoc recens est, iam enim præ-  
 celsit in seculis quæ fuerunt ante nos: &  
 nouorum dogmatum instructor affirmat,  
 potest fieri, quod nunquam factum est.  
 Non requiras vtrum fuerit, quod posse  
 esse non ambiguis. Aedificari voluit De-  
 us templum nomini suo, & hoc, vt non  
 nisi innocens & bene immaculatus extru-  
 eret. Duo ad hoc Reges cunctis viribus e-  
 ligantur, vterque ad adiutorium: de cu-  
 stodia vtrique promittitur. Ad Dauid si-  
 quidem dicit Deus, Veritas mea & mise-  
 ricordia mea cum eo. De Salomone verò  
 testatur, Ipsum elegi mihi in filium, & ego  
 ero ei in patrem. Ex his duobus templum  
 domini vnus preparat, alter ædificat: præ-  
 parat senex, perficit puer. Dignum est e-  
 nim vt sanctum domini templum sanctus  
 ædifi-

Pelagium  
 dicit &  
 Coelestiu.  
 Eccles. 1.

Psal. 88.  
 1. Par. 28.

DE ARBITRII LIBERTATE. 745  
 ædificet. Præparat, vt dixi, senex, sed qua-  
 si postquam peccare cessauit: perficit pu-  
 er, sed tamen penè cum adhuc peccare nō  
 cæpit. Ille ante peccauit: hic postea. Ille  
 multo peccato ædificare non meruit: iste  
 multum peccando quod ædificauerat, de-  
 reliquit. Et inter hæc mirabiliter sibi ordi-  
 natio sancta disposuit: vt inter duas æta-  
 tes, quod perpetuum in homine esse non  
 poterat, pro captu temporis inueniret.  
 Vterque aliquando non peccauit, tamen Rom. 3.  
 vterque sine peccato esse non potuit: vt  
 sit Deus verax, omnis autem homo men-  
 dax: sicut scriptum est, Vani filij hominū,  
 mendaces filij hominum in stateris. Ha- Psal. 61.  
 bentes vtique gratiam & adiutorium Dei,  
 tamen sine peccato esse, nec obtinere Da-  
 uid, nec Salomon valuit custodire, & Io-  
 uiniani filius vt omnipotens Deus pro  
 ipso discipulisque eius tantum rerum or-  
 dinem mutet, sperat, quod si factum fortè  
 non fuerit, Deum impossibilitatis accu-  
 set? potest, inquit, homo esse sine pecca-  
 to tamen cum Dei adiutorio. Quid faci-  
 am? Tolerabo interim pannum nouum,  
 vestimento veteri colligatum, donec e-  
 mendationis miseræ salutatem peior scil-  
 lura patefaciat. Concedo enim, vt contra  
 Aaa 5 ducem



746 PAVLI OROSII APOLOGIA  
 ducem veritatis loquentis, cum dixerit,  
 potest homo si velit, dixisse videatur, po-  
 test homo cum adiutorio Dei. Nunc demum  
 mihi veluti ad exordium propositionis  
 sermo reuocandus est: & paulisper iniu-  
 ria dolore seposito, cum reuerentia dis-  
 putandi ad celsitudinem capitis recur-  
 rendum. Caput enim nostrum est Christus  
 Iesus, quem sicut Apostolus ait, Proposu-  
 it Deus propitiationem per fidem in san-  
 guine ipsius ad ostensionem iustitiae, pro-  
 pter remissionem precedentium delicto-  
 rum, in sustentatione Dei & ostensione  
 iustitiae eius in hoc tempore, ut sit ipse iu-  
 stus & iustificans eum, qui ex fide est Iesu.  
 Itaque propitiator per fidem in sanguine  
 suo, positus ad ostensionem formamque  
 iustitiae, ipse est mediator Dei & homi-  
 num, homo Christus Iesus. De quo Io-  
 annes usque ad ipsam pene inaccessabi-  
 lem lucem introductus exclamat: In prin-  
 cipio erat verbum, & verbum erat apud  
 deum, & deus erat verbum. Hoc erat in  
 principio apud deum, omnia per ipsum  
 facta sunt. Ac post paululum exposita di-  
 uini operis veritate subiungit, Et verbum  
 caro factum est, & habitauit in nobis: &  
 vidimus honorem eius, gloriam tanquam  
 vnicui

Rom. 3:

Ioan. 1.

DE ARBITRII LIBERTATE. 747  
 vnici nati a patre, plenum gloria & veri-  
 tate. Qui peccatum non fecit, nec inuen- Esaie 53.  
 tus est dolus in ore eius, qui tanquam a-  
 gnus coram tondente, sic non aperiens os  
 suum, cum flagellatus, crucifixus & mor-  
 tuus est, qui aculeum mortis edomuit, qui  
 a mortuis resurrexit, qui captiuam du- Psal. 67.  
 cens captiuitatem, ascendit in caelos. Hic Rom. 8.  
 est vnigenitus in patre, primogenitus in Coloss. 2.  
 multis fratribus: in quo est omnis plenu-  
 do diuinitatis corporaliter. Hic ergo do-  
 minus Christus, hic inquam, filius Dei,  
 in virtute patris & gloria: quae in prin-  
 cipio condidit, & redemit in medio, et-  
 iam in nouissimo iudicabit. Itaque post  
 conditionem vniuersae, quae secundum vo-  
 luntatem eius extitit creationis, compo-  
 sitis modum rebus imposuit, ut quod ra-  
 tionale factum fuerat, ratione subsisteret:  
 & quod libero donarat arbitrio, ne in li-  
 centiam perditionis excurreret, prae-  
 cepti lege restrinxit: ut cum creatura cre-  
 atorem & domini donum agnosceret,  
 & praecepti stabilitatem: in subiectione  
 lapsus libertatem prospiciens, ad hoc  
 tantum ipsa libertate uti vellet, ut per eam  
 seruitium quo regeretur eligeret, digno ha-  
 bito iudicio, ut ex prudenti seruitute defen-  
 sionem,



748 PAVLI OROSII APOLOGIA  
 fionem, ita ex libera voluntate mercedé,  
 confirmante Apostolo qui ait: Si enim vo  
 lens hoc ago, mercedem habeo. Duo lu  
 minaria magna omnipotens Deus dixit  
 & facta sunt, præcepitque vt diuidant di  
 em ac noctem & sint in signa, & tempora,  
 & dies, & annos. Nunquid hæc semel de  
 creta distinctio, non vsque in præsentem  
 permanet diem? Et tamen hæc ipsa, quæ sic  
 ordinato motu feruntur, creatori mutare  
 cum velit, potentia inerat, si ratio non te  
 neret: quoniam in omnibus potentia Dei  
 ratio coniuncta est. Si enim esset apud cre  
 atorem mutatio operum, qualiter à crea  
 tura expectari posset obseruatio manda  
 torum? Iussum à Deo est, vt germinet ter  
 ra herbam, fœnum lignumque fructiferi,  
 hoc etiam nunc annuis vicibus incessabi  
 li parturitione custodit. Et tamen iratus  
 sapissimè Deus terræ, fructus negata im  
 brium vbertate diminuit, & quod aufer  
 re in totum potuit, maluit castigare, vt &  
 correctionem plaga ostenderet, & ordi  
 nem natura seruaret. Fecit Deus hominè  
 de limo terræ, & vitalis spiritus insuffla  
 tione viuentem posuit in paradyso deli  
 ciarum: libero insuper donauit arbitrio  
 circumdatumque mādato medio immor  
 talitatis

DE ARBITRII LIBERTATE. 749  
 talitatis & mortis: quamuis asserat tui, qui  
 abundantiora de pectore tuo venena lu  
 xerunt, mortalem eum fuisse factum, ni  
 hilque eidem damni ex transgressione cō  
 tigisse præcepti. At verò præuaricante ho  
 mine, terra maledicatur, laboribus ac do  
 loribus homo ipse coonustatur, vt in su  
 dore faciei panem adquirat iubetur: nota  
 mortis circumscribitur, donec in terram,  
 de qua sumptus est, reuertatur. Eijcitur  
 Adam de Paradyso, generat filios trahen  
 tes secum seminis infidelis originale pec  
 catum: peccat humanum genus, Nesci quo  
 que pœnituit quod hominem fecisset in  
 terra. O domine sustine paulisper stulti  
 tiam meam, donec qui sapiens & prudens  
 videtur, erubescat & sentiat impudenti  
 am. Peccante vno homine, ex quo in vni  
 uersam successione dira contagia tran  
 sierunt, regnumque in vniuersos mortis  
 inualuit, pœnitet te, irascaris, doles: & vs  
 que quo verbum caro factum passione, cru  
 ce, ac morte opus habeat cōmoueris. For  
 tè satius fuerat vnum deleri ilicò pecca  
 torem, & mox alius secunda plasmatione  
 substitueretur, quo ab omni sorde libera  
 & immaculata propago descenderet. At  
 hæc te Deus omnipotens quia non fecisse  
 agno-



750 PAVLI OROSII APOLOGIA  
 agnoscimus, non potuisse credimus? O  
 Petre supra quam petram Christus suam  
 fundavit Ecclesiam, & o Paule qui fun-  
 damentum posuisti, præter quod ali-  
 ud nemo potest ponere, qui est Christus  
 Iesus, beati Apostoli columnæ & firma-  
 menta veritatis, vos saltem huic qui con-  
 siliarius Deo est & mediator, sacris respõ-  
 dete sermonibus. Ait Petrus, Benedictus  
 Deus & pater domini nostri Iesu Christi,  
 per quem vocati estis in hæreditatem, in-  
 corruptibilem, & incõtaminabilem, con-  
 servatam in cœlis, vos qui in virtute Dei  
 custodimini per fidem in salutem paratã  
 reuelari in tempore nouissimo. Deinde  
 Paulus vas electionis, profert thesauros la-  
 lutares, & ait: Benedictus Deus & Pater  
 Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit  
 nos in omni benedictione spiritali in cœ-  
 lestibus in Christo, sicut elegit nos in ipso  
 ante mundi constitutione, vt essemus sancti  
 & immaculati in cõspectu eius in cha-  
 ritate, qua prædestinavit nos in adopcionem  
 filiorum per Iesum Christum in ipsum,  
 secundum propositum voluntatis suæ in  
 laudem gloriæ suæ, in qua gratificavit nos  
 in dilecto filio suo, in quo habemus re-  
 demptionem per sanguinem eius, remis-  
 sionem

Matth. 16.  
 Cor. 1.

1. pet. 1.

Ephel. 1.

DE ARBITRII LIBERTATE. 751  
 sionem peccatorum, secundum diuitias  
 gratiæ eius, quæ superabundavit in nobis  
 in omni sapientia & prudentia: vt notum  
 nobis faceret sacramentum volûtatis suæ  
 secundum bonum placitum eius, quod  
 disposuit in eo, in dispensationem plenu-  
 dinis temporum, restaurare omnia in Chri-  
 sto, quæ in cœlis sunt & quæ in terra. Di-  
 cit Petrus in salutem paratam reuelari in  
 tempore nouissimo: testatur & Paulus,  
 quod proposuit in eo in dispensationem  
 plenitudinis temporum instaurare omnia  
 in Christo: & nunc nobis nescio quis qua-  
 si rana è cœno emergit & personat, Quid  
 mihi est expectare tempus, expectare iudi-  
 cium? Deus si potest, semper potest: si sem-  
 per potest, personarum acceptor nõ est. Po-  
 test ergo, & modò potest: & in te verè  
 personarum acceptor probandus, si quod  
 in omnibus potest, & vtiq; acturus in tem-  
 pore suo est, in te solo ante tẽpus faceret,  
 quod neq; in Moyle fecit, cui vnũ tantum-  
 modo in hac vita peccatũ exprobrauit,  
 & tamen ante mortẽ remisit: quẽ ob hanc  
 culpam mori iussit, ne terrã repromissi-  
 onis intraret. Audiatur ergo Salomonẽ, su-  
 per ordinatione tẽporum & Dei cõstitu-  
 tione testantẽ, Omnia tempus, habent, &  
 suis

Eccles. 2.



752 PAVLI OROSII APOLOGIA  
 suis spatijs transeunt vniuersa sub cœlo.  
 Tempus nascendi : & tempus moriendi.  
 Tempus plantandi : & tempus euellendi,  
 quod plantatum est. Tempus occidendi,  
 & tempus sanãdi. Deinde alio loco dicit:  
 Vidi sub sole in loco iudicij impietatem,  
 & in loco iustitiæ iniquitatem, & dixi in  
 corde meo : Iustum & impium iudicabit  
 Deus: & tēpus omnis rei tunc erit. Quam-  
 obrem ô homo vacue, si quam fiduciam  
 habes, patienter expecta ordinem Dei,  
 quem dignatus est & ipse dominus expe-  
 ctare qui fecit : factus sub lege, qui fece-  
 rat legem. Audi ipsum tibi dicentem, Nô  
 est vestrum scire tempora, quæ pater po-  
 suit in sua potestate. Aut si vis apertius ac-  
 cipere testimoniũ, quia cum vtique possit  
 Deus, tamen pro ipsa sui ordinatione nô  
 faciat, dicit ad Petrum, An putas non pos-  
 se me modò rogare patrem meum, & ex-  
 hibebit mihi plusquam duodecim legio-  
 nes Angelorum? Sed quomodo comple-  
 buntur scripturæ? Quia sic oportet fieri.  
 Vides ergo quia operator tēporis, tēpe-  
 rat virtutes: & ratio dispositionis, miscet  
 potentiæ patientiã. Deinde ait dominus,  
 Reconde gladium in theca. Fieri enim nô  
 potest, vt calicem quem dedit mihi pater  
 non

Matth. 6.

DE ARBITRII LIBERTATE. 753  
 non bibam illum. Et tamē Deus nihil nô  
 potest: nec est quicquam quod non faciat  
 nisi fortè quod nolit, non oporteat, non  
 proponat. Loquitur Paulus ad Thessaloni-  
 censes, significans de aduētũ Antichristi:  
 Nô retinetis, quod cū adhuc essem apud  
 vos, hæc dicebã vobis? Et nunc quid deti-  
 neat scitis: vt reueletur in suo tēpore. Tan-  
 ta vis est decreti Dei, & tam irreuolubilis  
 status constitutorum in suis quibusq; cau-  
 sis temporũ, vt propter electos suos dies  
 seculi abbreviari dixerit dominus, nô au-  
 ferri: vt faceret temporũ statutorum pro-  
 maiestate plenitudinem, pro pietate bre-  
 uitatem: simulque & compendium mise-  
 ricordia caperet, & numerum mundus im-  
 pleret, & tu vis iam? Ecce ego cum dolo-  
 re misericordiæ loquor, tu, inquã, vis ô ho-  
 mo similis mei, vt tibi homines in hoc  
 præsentī tempore, quod nunquã antea di-  
 ctũ in sacris voluminibus inuenitur, quẽ-  
 quam sine peccato esse respondeant, & si  
 in hoc fortè consenserint, de die momen-  
 toque subscribant: nouam calumniæ ma-  
 chinam instruens, vt quod non fieri dici-  
 mus, non posse fieri dixisse videamur, &  
 in quo præcipuè operantem in dispositio-  
 nem quam statuit omnipotentiam prædi-  
 camus,

Bbb



754 PAVLI OROSII APOLOGIA  
 camus, ne impatienter infamare impoten-  
 tiam iudicemur? Vanum, queso te, furorē  
 abijce: quoniam hoc ipsum ad peccatum  
 proficit, de quo abstergendo possibilita-  
 tem temporis, non clementiā iudicis co-  
 gitasse. Hactenus de potētia Dei, quā præ-  
 dicamus & colimus, & de præfinitione  
 temporū, quæ profundissimo ipsius sunt  
 statuta consilio, dixisse sufficiat, de qua &  
 si plura quæ sunt sanctorum scripta non  
 essent, dæmonū saltem respōsio sola suf-  
 ficeret, qui propria damnati conscientia  
 vociferantur ad dominū, **Quid tibi & no-**  
**bis fili Dei? Quid venisti ante tēpus per-**  
**dere nos? Quos cū intelligas de cōstitu-**  
**tionē iudicij confidētes, cape certissimū**  
**ipsum cōtra te exemplū. Si illos in oppres-**  
**sione miserit homines cōprehensos: vlti-**  
**mo tunc iudicio intelligis esse dānatos.**  
 Accipe & te ipsum hic imperturbabili e-  
 mūdatione purgandū. Sin aut, vt legitur,  
 patiētia Dei adhuc illis liberum indulget  
 arbitriū: adhuc & te crede tentandū. Nūc  
 ad aliā strictim trāseo quæstionem, quam  
 tu aduersus oēs catholicos vibrare sapius  
 diceris. Nam etiā in epistola tua illa lucu-  
 bratissima hæc ipsa intelligere vix potui-  
 mus. Ita ista, inquā, ad Demetriadem, pu-  
 ellam

Marc. i.

DE ARBITRII LIBERTATE. 755  
 ellam (vt audio) sacram & sanctam, homo  
 verecundissimus scribere nō erubuit: do-  
 cēs, vt credo, reuerentiā castitatis sub stro-  
 pha Ioseph luxuriantis Dominae suæ, vbi  
 dixisti, contēpta frequēter Domina, pro-  
 piores adolescenti tēdit insidias, secretū  
 æ sine testibus manu impudēs apprehen-  
 dit, inopportunā historiā oblcænisimo  
 sermone contexēs: quanquam hoc quod  
 neq; aptē, neq; de corē dicitur, tibi impu-  
 tare non debeamus, cui neq; natales dede-  
 runt, vt honestioribus studijs erudireris,  
 neq; naturaliter prouenit, vt saperes, sed  
 illis dictatoribus tuis, qui miserū sensum  
 miserimo sermone cōscribūt, & te legē-  
 dum cachinnis quasi titulū cōfusionis ex-  
 ponunt. Inter hæc ergo huiusmodi sen-  
 sum in eadem epistola indigestis sermoni-  
 bus eruēstasti, quod plerique nostrorum  
 dicerent, deum malam hominibus condi-  
 disse naturam. Quod etiam ille Phinees  
 tuus pedetentim nobis tentauit intēdere:  
 vnde breuiter primū profiteor, deinde  
 respondeo, Ante tribunal Christi in dex-  
 tera inter agnos Dei non sit dignus assi-  
 stere, nec mereatur videre dominū in re-  
 gione viuorū, nec in gloria resurrectio-  
 nis vita Iesu manifestetur in mortali cor-  
 pore



756 PAVLI OROSII APOLOGIA  
 pore eius, qui dicit deum aliquam malam  
 vel hominis vel cuiusque rei condidisse  
 naturam, vel qui liberum in aliquo tollit  
 arbitrium: cum scriptum legerit, omnia  
 quæcunque fecit deus, bona valde. Et de  
 libero hominis arbitrio scriptum est: De-  
 us creavit homin inextiminabilē, & re-  
 liquit eum in manu consilij sui. Cæce &  
 maligne, aliter enim tibi loqui nequeo, sen-  
 sum dominicæ authoritatis, sensum pro-  
 priæ fragilitatis, sensum communis intel-  
 ligentiæ non habenti: nos naturam homi-  
 nis infirmam dicimus esse, non malam. Nā  
 si mala esset, bonum omnino nō caperet:  
 nunc verò cum genuino affectu concupi-  
 scat bonum, & adhæreat bono, malumq;  
 omnino fugiat, vbi in ea mala dicenda est  
 esse substātia? Dominus clamat, Spiritus  
 quidem promptus est, caro autē infirma.  
 Clamat Abraham, Ego autem terra & ci-  
 nis. Clamat Iob, Homo putredo, & filius  
 hominis vermis. Clamat Elaias, O miser  
 ego quoniam compunctus sum, quia cum  
 sim homo, & immunda labia habeam, in  
 medio quoq; populi immūda labia habē-  
 tis habito. Clamat Hieremias, Anima in  
 angustijs, & spiritus anxius clamat ad te:  
 Vide Domine & miserere. Clamat A-  
 cuc,

Mar. 14.  
 Gen. 18.  
 Iob. 25.  
 Esa. 6.  
 Baru. 3.  
 Abac. 3.

DE ARBITRII LIBERTATE. 757  
 cuc, Custodiui, & expauit venter meus, à  
 voce orationum intra me turbata est ha-  
 bitudo mea. Clamat Dauid, Exaudi me in  
 tua iustitia, & nō intres in iudicium cum  
 seruo tuo, quia non iustificabitur in con-  
 spectu tuo omnis viuens. Clamant omnes  
 apostoli infirmitatis timore turbati, Do-  
 mine libera nos, perimus. Clamat Ioānes,  
 Si dixerimus quoniam peccatum non ha-  
 bemus, ipsi nos seducimus, & veritas in no-  
 bis non est. Clamat Iacobus, In multis e-  
 nim offendimus omnes. Clamat Paulus,  
 Infelix ego homo, quis me liberabit de  
 corpore mortis huius? Gratia Dei per Ie-  
 sum Christum Dominum nostrum. Et vt  
 generaliter vniuersorum clamet infirmi-  
 tas, clamat spiritus sanctus in sanctis, Om-  
 nis caro scænum & gloria hominis sicut  
 flos scæni. Scænum aruit, flos decidit: ver-  
 bum autē domini manet in æternum. Con-  
 tra has tam splendidas, perspicuasq; diui-  
 norum aubes testimoniorum, audiat la-  
 borans in gemitu suo mundus vniuersus  
 Pelagium reclamantem: atque humili ve-  
 ritati non solum verborum impudentia,  
 sed etiam cauteribus resistētem. Ait enim  
 in epistola, quam supra nominauimus, Ve-  
 rum e contrario rem flo ac fastidioso ani-  
 mo ac

Psal. 142.  
 Luc. 8.  
 1. Ioan. 1.  
 Iacob. 3.  
 Rom 7.  
 Esa. 40.



758 PAVLI OROSII APOLOGIA  
 mo ac nequam ore nos domino reclama-  
 mus & dicimus: Durū est, arduum est, nō  
 possumus, homines sumus, fragili carne  
 circūdāmur. Et ō cecā infāniam: & ō pro-  
 fanam temeritatē. Duplicis ignorātiæ ac-  
 cusamus scientiæ dominū: vt videatur ne-  
 scire, quod fecit: nescire, quod iussit. Et  
 quasi oblitus fragilitatis humanæ, cuius  
 autor ipse est, imposuerit homini quod  
 ferre nō possit. Quid rogo hac præsum-  
 ptione feralius? Quid hac increpatione  
 puerius? Exprobras Ecclesię catholicę,  
 cuius nos viscera sumus, quod quasi dice-  
 re desperādo videatur, quod Deus author  
 hominis imposuerit homini, quod ferre  
 nō possit: cuius tamē fidelissima est & ore  
 & humilitate professio: deū & primo om-  
 nia possibilia præcepisse, & nemine tamē  
 possibilia complente, propter quod sub-  
 ditus sit omnis mundus Deo, postea pon-  
 dus præcepti substituta gratiæ indulgen-  
 tia subleuasse. Veruntamē tu serue nequā,  
 & maligne, qui quod tibi dominus tuus  
 remisit, cōseruis tuis conaris exigere: tu-  
 um primū sensum discutio, & meum postea  
 si videtur explano. Tu qui non posse  
 ferre onus legis dixisse quosdam arguis,  
 ergo tu ipsum ferre posse confidis? O mi-  
 ser qui

Matt. 18.

DE ARBITRII LIBERTATE 759  
 ser qui secundum quod scriptum est, di-  
 cis in corde tuo, Diues sum & ditatus, &  
 nullius rei egeo, & nescis quia tu es miser Apoc. 4.  
 & miserabilis & pauper, & cæcus & nu-  
 dus, nunquid ad te locutus est Christus,  
 Amen dico tibi, non tibi reuelauit caro Matt. 16.  
 & sanguis, sed pater meus qui est in cœ-  
 lis? Nunquid tibi dixit, tu vocaberis Ce-  
 phas? Nunquid tibi spondit, super hęc  
 petram fundabo Ecclesiam meam? Atten-  
 de enim quid Petrus Apostolus spiritu Act. 15.  
 sancto docente commoneat, qui ait: Et  
 nunc ergo vos quid tentatis Deum, impo-  
 nere iugum collo discipientium, quod ne-  
 quenos ipsi, neque patres nostri potui-  
 mus portare? sed gratia domini nostri  
 Iesu Christi credimus nos posse saluos  
 fieri, sicut & illi. Petrus Apostolus dicit,  
 quia ille verē Deum tentet, qui nunc ho-  
 mini onus legis molitur imponere: con-  
 trā autem tu obijcis & minaris, quod  
 ille criminetur iniustitiæ Deum, qui per  
 confelsionem propriæ infirmitatis, ad  
 gratiam spiritus à litera occidente con-  
 fugiat. Samuel, Helyas, Helisæus, E-  
 saias, Hieremias, Daniel, Zachari-  
 as, omnes sancti, vel Iudices, vel Reges,  
 vel Prophetæ, patres sine dubio nostri  
 sunt,

Bbb





760 PAVLI OROSII APOLOGIA  
 sunt, & neminem patrum Petrus affirmat,  
 sed neque semetiplos, hoc est, Apostolos,  
 cum essent Iudæi, onus legis ferre potuis-  
 se, sed fide Christi secundum spem gratiæ  
 fuisse saluatos.

An fortè secundum te omnes isti san-  
 cti patres Dei adiutorium non habebant?  
 Ecce Petrus increpat illos, qui graue iu-  
 gum collo discentium ponere conabatur:  
 tu e contrariò in scandalum Petri increpas  
 eos, qui ad fidelem Dei misericordiã con-  
 fugiunt: & se per semetiplos onus legis fer-  
 re diffidunt. Sed tibi specialis inde portã-  
 di oneris fortasse fiducia est, quod balne-  
 is epulisque nutritus latos humeros ge-  
 stas robustamque ceruicem: præferens et-  
 iam in frõte pinguedinem, sicut scriptum  
 est: Tetendit enim aduersus Deum manũ  
 suam & contra omnipotentem roboratus  
 est. Cucurrit aduersum eũ erecto collo,  
 & pingui ceruici armatus est. Operuit  
 faciẽ eius crassitudo, & de lateribus eius  
 aruina dependet. At illi tales esse nõ pos-  
 sunt, quibus seraper in corde loquitur  
 Christus: Contendite per angustiam viã  
 introire: lata est enim, quæ ducit ad mor-  
 tem. Et Paulus Apostolus monet, Curam  
 carnis ne feceritis in concupiscentijs. Est  
 in me

Iob. 15.

Luc. 15.

Rom. 13.

DE ARBITRII LIBERTATE. 761  
 in me veritas Christi, quia multũ doleo p-  
 vobis. Iuxta sententiã enim beati patris meĩ  
 Augustini, Nõ est sani fiducia sed insani.  
 De vno præcepto eodemq; primo, te si di-  
 gnaris interrogo. In lege dominus per  
 Moysen iubet, quod & in Euãgelijs Chri-  
 stus affirmat, Diliges dominũ Deum tu- Matt. 22.  
 um ex toto corde tuo, & ex tota anima  
 tua, & ex totis viribus tuis: & secundum  
 simile huic, Diliges proximum tuum tan-  
 quam teipsum. Rogo te, responde nõ mi-  
 hi, sed Deo: non voce, sed conscientia, si  
 ita ex toto corde Deũ diligis, vt nullã vn-  
 quam in eo cogitationem, quæ absq; timo-  
 re & dilectione Dei intelligi possit, admit-  
 tas: si ita in tota anima sequeris, vt susce-  
 pta semel cruce in nullã penitus oblec-  
 tionẽ habita ad tempus iocunditatis suc-  
 cedas: si ita in totis visceribus tuis calore  
 charitatis ardes, vt nulla penitus per au-  
 gmenta necessitatis infirma concupiscenti-  
 ijs aut desiderijs adquiescas. Deinde cum Rom. 14.  
 scriptũ sit, Omne quod nõ sit ex fide pec-  
 catum sit: & siue nobiliũ loco rũ Episco-  
 pos videris, siue potentes seculi viros, siue  
 diuites sub religione videas, vtrum omni-  
 no nihil vel adulationi, vel timori, vel spei  
 acceptione personarũ captus indulgeas,  
 Bbb 5 nec



762 PAVLI OROSII APOLOGIA  
 nec quicquam in quo te cor tuū reprehendat, & conscientia remordeat, vel si nulla verba tempori potius quàm veritati accommodata respondeas. Illud etiam consulo, vtrum æquè omnes Christianos sic ut te ipsum diligas. Nos enim sub vno capite, quod est Christus: & sub vna Ecclesia, quæ est Christus, omnes fratres sumus, & vnum corpus in Christo. Vtrum ergo sicut te ipsum diligas omnes qui misericordiam Dei sperant, quos tamen non ueris, confitere. Non enim te de ignotis cōsulo: quos ex eo te diligere arbitraris, quod quia non noueris, non odisti. Sed quid ego hæc à confessione tua exigo, cū conuersationem tuam vulgus agnoscat? Tu perfectus sine infirmitate, tu omnem legis sarcinam ferre possibilis, tu, inquam, homo inflate, sed vacue: audi si dignaris dominū saluatorem, te si tamē hoc poteris ad sancta reuocantē: Amen dico vobis, quisquis nō receperit regnū Dei, velut infans, nō intrabit illud. Infans nihil in se habet, nisi quod diligit blandientē, & quod panem suum non in sudore suo, sed in precibus sperans alimoniam vitæ, simplici petitione consequitur, quam fiduciali opere non meretur: qua tu cōparatione commo-

Luc. 9.

DE ARBITRII LIBERTATE. 763  
 monitus, conuertere ad infantiam, vt reuertaris ad vitam. Et quoniam superius dixeram, de possibilitate oneris sustinendi, tuum primum sensum discutio: & meum postea si videatur, explano. Mea sententia est, quia & in hoc quoque peccamus, qui cū infirmi sumus, de infirmitate conquerimur, hanc esse intentionē legis arguentis, vt propter illa, quæ peccata fiunt, confugiatur ad gratiam domini miserantis, velut pædagogus cōcludente in eandem fidem, quæ postea reuelata est: vbi & remittantur quæ malè fiunt, & eadē gratia iuuatē non fiant. Proficientium est enim via, quamuis bene proficiscētes dicantur perfecti viatores: illa est autem perfectio summa, cui nihil addatur, cū id quo tenditur, cœperit possideri. Iam verò illud quod eis dicitur, ipse tu sine peccato es? reuera non pertinet ad eam rem, de qua vertitur quæstio: sed quod dicit negligentia suæ potius imputari, quod non est sine peccato bene quidem dicit, sed dignetur inde & orare dominum, ne illi hæc iniqua negligentia dominetur. Quam rogabat Psal. 118. quidam quando dicebat, itinera mea dirige secundum verbum tuum, & ne dominetur.



764 PAVLI OROSII APOLOGIA  
 minetur mihi omnis iniquitas: ne dum sue  
 diligētię quasi proprijs viribus fudit, neq;  
 hęc ad veram iustitiam, neque illic vbi sine  
 dubio perfecta desideranda est & speran-  
 da, perueniat. Et illud quod eis à quibus-  
 dam dicitur, nusquā esse scriptum his om-  
 nino verbis posse esse hominem sine pec-  
 cato, facile refellit: quia non ibi est quę-  
 stio, quibus verbis dicatur quęque sentē-  
 tia. Non tamen fortasse sine causa, cū a-  
 liquoties in scripturis inueniatur, homi-  
 nes dictos esse sine quærela, nō inuenitur,  
 qui dictus sit sine peccato: nisi vnus solus  
 de quo apertē dictum est, eū qui non no-  
 uerat peccatū. Et eo loco vbi de sacerdo-  
 tibus sanctis agebatur. Etenim expertus  
 est omnia, secundū similitudinem sine pec-  
 cato: in illa scilicet carne, quę habebat si-  
 militudinē carnis peccati, quanuis nō es-  
 set caro peccati. Itā illud quomodo acci-  
 piendū sit, Omnis qui natus est ex Deo nō  
 peccat, & non potest peccare, quia semen  
 eius in ipso manet, cū ipse Apostolus Io-  
 annes quasi non sit natus ex Deo, aut eis  
 loqueretur, qui nondū essent nati ex Deo,  
 apertē posuerit, Si dixerimus quia pecca-  
 tum non habemus, nos ipsos seducimus,  
 & veritas in nobis non est: in libris quos  
 ad Mar-

2. Cor. 5.

1. Ioan. 3.

1. Ioan. 1.

DE ARBITRII LIBERTATE. 745  
 ad Marcellium de hac re scripsi, sicut po-  
 tui explicare curavi. Et illud quod dictū  
 est, Non potest peccare, pro eo dictū est,  
 ac si diceretur, nō debet peccare: non im-  
 probanda mihi videtur huius assertio.  
 Quis enim insanus dicat debere peccari,  
 cū ideo sit peccatū, quia nō debet fieri?  
 Sanē quod Apostolus Iacobus ait, Linguā  
 autē nullus hominum domare potest, non  
 mihi videtur ita intelligendum, quasi per  
 exprobrationē dictū, tāquam diceretur:  
 Ergōne linguam nullus hominum doma-  
 re potest? Tanquā obiurgans & dicens,  
 Domare feras potestis, linguam non po-  
 testis? Quasi facilius sit linguam domare,  
 quā feras. Nō puto quod iste sit sensus  
 in hoc loco. Si enim id sentiri vellet de fa-  
 cilitate domandę linguę, cetera seque-  
 rentur in bestiarum comparatione. Nunc  
 verò sequitur. Inquietum malū, plena ve-  
 neno mortifero: vtiq; nocentiore, quā be-  
 stiarum atque serpentum. Nam illud car-  
 nem interficit: hoc vero animā. Os enim Sap. 1.  
 quod mentitur, occidit animam. Non er-  
 go quasi id esset facilius, quā mansuefa-  
 ctio bestiarum, sanctus Iacobus illam sen-  
 tentiam pronunciauit, aut ea voce voluit  
 pronunciarī: sed potius ostendens, quan- Mare. 1.  
 tum



766 PAVLI OROSII APOLOGIA  
 tum sit in homine lingue malum, vt à nullo homine domari possit, cum ab hominibus domentur & bestię. Neque hoc ideo dixit, vt huius in nos mali dominationem per negligentiam permanere patiamur: sed vt ad domandam linguam diuinę gratię poscamus auxilium. Non enim ait, Linguam nullus domare potest, sed nullus hominum: vt cum domatur, Dei misericordia, Dei adiutorio, Dei gratia, fieri fateamur: Conetur ergo anima domare linguam, & dum conatur, poscat auxilium: & oret lingua, vt dometur lingua donante illo, qui dixit ad suos: Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Itaque præcepto facere commone-mur: quod conantes & nostris viribus nõ valētēs, adiutorium diuinum præcemur. Proinde & ipse cum exaggerasset lingue malũ, inter hæc dicens, Non oportet fratres mei hæc ita fieri: continuo monuit, consummatis his, quæ hinc dicebat, quo adiutorio ista non fierent, quæ dixit fieri non oportere. Quis sapiens, inquit, & disciplinatus inter vos? Ostēdat ex bona cõuersatione operationē suam in mansuetudine sapientię. Quod si zelũ amarũ habe-

tis &

DE ARBITRII LIBERTATE. 767  
 tis & contentiones in cordibus vestris, nõ lite gloriari & mendaces esse aduersum veritatem. Non est ista sapiētia de sursum descendēs, sed terrena, animalis, diabolica. Vbi enim zelus & cõtentio, ibi inconstātia & omne opus prauũ. Quæ autē de sursum est sapientia, primũ quidem pudica est, deinde pãcifica, modesta, suadibilis, plena misericordię & fructibus bonis, nõ iudicans, sine \* æmulatione. Hęc est sapi-  
 entia, quæ linguã domat, de sursum descē-  
 dens, nõ ab humano corde profiliens. An  
 & istã quisq; abrogare audet gratia Dei,  
 & tam superba vanitate ponet in hominis  
 potestate? Cur ergo oratur, vt accipiatur,  
 si ab homine est, vt habeatur? An & huic  
 orationi contradicitur, ne fiat iniuria  
 libero arbitrio? Quod si sibi sufficit pos-  
 sibilitate naturæ ad implenda omnia præ-  
 cepta iustitię, contra dicatur ergo & ei-  
 dem Apostolo Iacobo admonenti & di-  
 centi, Si quis autem vestrum indiget sa-  
 pientia, postulet à Deo, qui dat omni-  
 bus affluenter, & non impropertat & da-  
 bitur ei. Postulet autem in fide nihil hæsi-  
 tans. Hęc est fides ad quam præcepta com-  
 pellunt: vt lex imperet, fides impetret. In  
 multis offendimus omnes. Non enim &

\* simula-  
 tionē

Iacob 7.

hoc



768 PAVLI OROSII APOLOGIA  
 hoc iste Apostolus alio modo pronuncia-  
 uit, sicut & illud quod ait, Linguam nul-  
 lus hominum domare potest. Nec illud  
 quisquam istis pro impossibilitate nō pec-  
 cādi similiter obiecerit quod dictum est,  
 Sapientia carnis inimica est Deo. Legi e-  
 nim Dei non est subiecta, nec enim potest:  
 qui autem in carne sunt, Deo placere non  
 possunt. Sapientiam quippe carnis dixit,  
 non sapientiam de sursum descendentem:  
 & in carne esse non eos, qui nondum de  
 corpore exierūt, sed eos, qui secundū car-  
 nem viuunt, significatos esse, manifestum  
 est. Non autem ibi est quæstio, quæ ver-  
 satur. Illud est quod expecto ab isto audi-  
 re: si qui secundum spiritum viuunt, & ob  
 hoc etiam hic adhuc viuentes iam quodā-  
 modo in carne nō sunt, vtrum gratia Dei  
 viuant secundum spiritum, an sibi suffici-  
 ant, iam data cum crearentur possibilitate  
 naturæ in sua propria voluntate: cūm ple-  
 nitudo legis non sit nisi charitas, & cha-  
 ritas Dei diffusa sit in cordibus nostris,  
 non per nosmetipsos sed per spiritum san-  
 ctum qui datus est nobis. Tractat etiā iste  
 de peccatis ignorantia, & dicit hominem  
 præuigilare debere ne ignoret, ideoque  
 esse culpandam ignorantia, quia id homo

om. s.

1. Tim. 1  
Rom. 5.

nescit

DE ARBITRII LIBERTATE. 769  
 nescit negligentia sua quod adhibita dili-  
 gentia scire debuisset: dū tamē omnia po-  
 tius disputet, quā vt oret, dicat, Da mihi *Psal.*  
 intellectu, vt discā mandata tua. Aliud e-  
 nim est nō curasse scire, quæ negligentie  
 peccata etiā per sacrificia quæ dā legis vi-  
 debantur expiari: aliud intelligere velle,  
 nec posse, & facere contra legē, non intel-  
 ligendo quæ fieri velit. Vnde admonemur *Iacob 1.*  
 petere à Deo sapientiā, qui dat omnibus,  
 affluēter: vt iq; his omnibus, qui sic petūt,  
 & tantū petunt, quomodo & quantū res  
 tanta petēda est, Diuinitus tamen expian-  
 da esse peccata cōmissa, & pro eis domi-  
 nū exorandū fatetur, propter veniā scili-  
 cet promerendā: quia id quod factū est, fa-  
 cere infectum multum ab isto laudata po-  
 tenta illa naturæ & voluntas hominis etiā  
 ipsa fatente, non potest. Quare hac neces-  
 sitate restat vt oret ignosci: vt aut adiute-  
 tur ne peccet, nusquā dixit, non hic legi.  
 Mirū de hac re omnino silentiū, cūm o-  
 ratio dominica vtrumque petendum esse  
 cōmoneat: & vt dimittantur nobis debi-  
 ta nostra, & vt non \* inducamur in tenta-  
 tionē. Illud vt præterita expientur: hoc vt mur-  
 futura vitētur. Quod licet nō fiat, nisi vo-  
 luntas adsit: tamen vt fiat, voluntas sola

\* infera-

Ccc non



770 . PAVLI OROSII APOLOGIA  
 nō sufficit. Ideo pro hac re, nec superflua,  
 nec impudēs domino immolatur oratio.  
 Nā quid stultius, quā orare, vt facias  
 quod in potestate habeas? Iam nunc vide-  
 te quod ad rem maximè pertinet, quomo-  
 do humanam naturā tanquam omnino si-  
 ne vitio vllō sit, conatur ostendere: & cō-  
 tra apertissimas scripturas Dei luctetur  
 sapientia verbi, qua euacuatur crux Chri-  
 sti. Sed plane illa non euacuabitur, ista po-  
 tius sapientia subuertetur. Nam cū hoc  
 ostenderimus, aderit fortasse misericor-  
 dia Dei, vt & ipsum hęc dixisse poenite-  
 at. Primò, inquit, de eo disputandum est:  
 quod per peccatum debilitata dicitur &  
 immutata natura. Vnde ante omnia quæ-  
 rendum puto, inquit, quid sit peccatum:  
 substantia aliqua, an omni substantia ca-  
 rens nomen, quo non res, non existentia,  
 non corpus aliquod, sed perperam facti a-  
 ctus exprimitur. Deinde adiungit, Credo  
 ita est. Et si ita est, inquit, quomodo potu-  
 it humanam debilitare vel mutare naturā,  
 quod substantia caret? Videte, quæso,  
 quomodo nesciens nitatur euertere me-  
 dicinalium eloquiorum saluberrimas vo-  
 ces: Ego dixi domine miserere mei, sa-  
 na animam meam, quia peccauī tibi. Quid  
 sana-

psal. 6.

DE ARBITRII LIBERTATE. 771  
 sanatur, si nihil est vulneratum, nihil sau-  
 ciatum, nihil debilitatum atque viciatum?  
 Porro si est quod sanetur, vnde viciatum  
 est? Audis confitentem, quid desideras  
 disputantem? Sana, inquit, animam meam.  
 Ab illo quære vnde viciatum sit, quod sa-  
 nari rogat: & audi quod sequitur: quo-  
 niam peccauī tibi. Hunc iste interroget,  
 ab isto quærat, quod quærendum pu-  
 tat, & dicat, O tu qui clamas, sana  
 animam meam, quoniam peccauī, quid  
 est peccatum? Substantia aliqua, an om-  
 ni substantia carens nomen, quo non res,  
 non existentia, non corpus aliquod, sed  
 tantum perperam facti actus exprimitur?  
 Respondit ille: ita est, vt dicis. Non  
 est peccatum aliqua substantia, sed tantum  
 hoc nomine perperam facti actus expri-  
 mitur. Et contra iste, Quid ergo clamas,  
 sana animam meam, quoniam peccauī tibi?  
 Quomodo potuit vitari anima tua? Me-  
 dico indiget: quia sana non est. Omnia  
 quidē bona quæ habet in formatiōe, vita, sen-  
 su, mēte, à summo Deo habet, creatore &  
 artifice suo, vitiū verò quod ista naturalia bo-  
 na cōtenebrat & infirmat, vt illuminatiōe  
 & curatione opus habeat, nō ab inculpa-  
 bili artifice contractum est, sed ex origi-  
 nali



772 PAVLI OROSII APOLOGIA

nali peccato quod cōmissum est libero arbitrio: ac per hoc natura pœnalis ad vindictā iustissimam pertinet. Si enim iā sumus in Christo nōua creatura: tamen eramus natura filij iræ sicut & cæteri. Deus autē qui diues est in misericordia propter multā dilectionē qua dilexit nos cū essemus mortui peccatis conuiuificauit nos Christo: cuius gratia sumus salui facti. Hæc igitur gratia Christi, sine qua nec infantes, nec ætate grandes salui fieri possunt, non meritis redditur, sed gratis datur: propter quod & gratia nominatur: iustificati, inquit, gratis, per sanguinē ipsius. Vnde hi qui non per illam liberantur, siue qui audire nondū potuerunt, siue qui obedire noluerunt, siue etiā cū per gratiam audire non possent, lauacrum regenerationis quod accipere possent, per quod salui fierent, non acciperunt, iustē utiq; damnantur: quia sine peccato non sunt, vel quod originaliter traxerūt: vel quod malis moribus addiderunt. Omnes enim peccauerunt, siue in Adā, siue in seipsis: & egent gloria Dei. Vniuersa igitur massa pœnas debet. Et si omnibus debitū damnationis supplicij redderetur, non iniustē proculdubio redderetur. Qui ergo inde per gratiam

Eph. 1. 2.

Rom. 3.

DE ARBITRII LIBERTATE. 773

tiam liberantur: nō vasa meritorū suorum, sed vasa misericordiæ nominātur. Cuius misericordiæ, nisi illius qui Christū Iesum misit in hunc mundū peccatores saluos facere, quos præsciuit & prædestinauit, & vocauit, & iustificauit, & glorificauit? Quis igitur vsq; adeo demētissimē insaniat, vt nō agat ineffabiles gratias misericordiæ, quos voluit, liberātis, qui rectē nullo modo possent culpāre iustitiā, vniuersos omnino dānantis? Hoc si secundū scripturas sapiamus, nō cogimur contra Christianā gratiam disputare, & ea dicere, quibus demonstrare conemur naturā humanam neq; in paruulis medico indigere, quia sana est, & in maioribus sibi ipsam ad iustitiam si velit, posse sufficere. Acutē ipsi videntur hæc dicere: sed in sapientia Verbi, qua euacuatur crux Christi. Nō est ista sapientia de sursum descendēs, nolo quod sequitur dicere, ne amicis nostris quorū fortissima, & acerrima ingenia, non in peruersum, sed in directum currere volumus, facere existimemur iniuriā. Quantō igitur maiore zelo accēsus est libri huius quē misistis cōditor, aduersus eos qui peccatis suis patrociniū de natura humanæ infirmitatis perquirūt: tantō



774 PAVLI OROSII APOLOGIA  
 to & multo ardentiore zelo nos oportet  
 accendi, ne euacuetur crux Christi: Eua-  
 cuatur autem, si aliquo modo praeter illi-  
 us sacramentum ad iustitiam vitamq; eter-  
 nam perueniri posse dicatur, quod in li-  
 bro isto agitur, nolo dicere absente, ne  
 illum qui eum scripsit, ne Christianum  
 quidem habendum iudicem, sed quidem  
 magis credo a nesciente, magnis sane viri-  
 bus, sed eas sanas volo, non quales phre-  
 netici habere consueuerunt. Nam prius  
 distinguit aliud esse, querere, an possit ali-  
 quid esse quod ad solam possibilitatem  
 pertinet: aliud, utrumne sit. Hanc distin-  
 ctionem veram esse nemo ambigit: Con-  
 sequens enim est, ut quod est, esse potue-  
 rit: non est autem consequens, ut quod esse  
 potest, etiam sit. Quia enim dominus Laza-  
 rum suscitauit, sine dubio potuit: quia ve-  
 ro Iuda non suscitauit, nunquid dicendum  
 est, non potuit? Potuit ergo, sed noluit.  
 Nam si voluisset, etiam hoc eadem potestate fe-  
 cisset: quia & filius, quos vult viuificat.  
 Sed hac distinctione vera atque manifesta  
 quod tendat, & quid efficere conetur, ad-  
 uertite. Nos, inquit, de sola possibilitate  
 tractamus: de qua nisi quid certum con-  
 stiterit, transgredi ad aliud grauissimum  
 esse

DE ARBITRII LIBERTATE. 775  
 esse atq; extra ordinem \* dicimus. Hoc ver- \* lucimus  
 sat multis modis & sermone diuturno: ne  
 quis eum aliud, quam de non peccandi pos-  
 sibilitate querere existimet. Vnde inter  
 multa quibus id agit, etiam hoc dicit. Idem  
 iterum repeto. Ego dico posse esse hominem  
 sine peccato. Tu quid dicis? Non posse esse  
 hominem sine peccato? De posse, & non pos-  
 se: non de esse, & non esse contendimus. De-  
 inde nonnulla eorum, quae aduersus eos de  
 scripturis proferri solent, ad istam questio-  
 nem non pertinere, in qua queritur, pos-  
 sit ne an non possit homo esse sine pecca-  
 to, iam commemorat: Nam nullus, in-  
 quit, mundus est a seorde, & non est homo,  
 qui non peccet, & non est iustus in terra,  
 & non est, qui faciat bonum, & caetera  
 his similia, inquit, ad non esse, non ad non  
 posse proficiunt. Huiusmodi enim exem-  
 plis ostenditur, quales homines quidam  
 tempore aliquo fuerint: non quod aliud  
 esse non potuerint. Vnde & iure inueni-  
 untur esse culpabiles. Nam si idcirco tales  
 fuerunt, quia aliud esse non potuerunt, cul-  
 pa carent. Videte quid dixerit. Ego au-  
 tem dico paruulum natum in eo loco, ubi  
 ei non potuit per baptismum subueniri  
 morte praeventum, idcirco tale fuisse, id est,  
 Ccc 4 sine

176 PAVLI OROSII APOLOGIA  
sine lauacro regenerationis exisse, quia  
esse aliud nō potuit. Absoluat ergo eū &  
aperiat ei contra sententiā domini regnū  
cœlorum. Sed non eum absoluit Aposto-  
lus, quia ait, Per vnum hominem peccatū  
intrauit in mundum, & per peccatū mors,  
& ita in omnes homines pertransijt, in  
quo omnes peccauerūt. Rectè ergo ea dā-  
natione, quæ per vniuersam massam cur-  
rit, non admittitur, in regnum cœlorum:  
quāuis Christianus non solū non fuerit,  
sed nec esse potuerunt. Sed non dānatur,  
inquiunt, quia in Adam peccasse oēs, non  
propter peccatum nascēdi origine attra-  
ctum, sed propter imitationē dictum est.  
Si ergo ideo dicitur Adā auctor omniū,  
qui subsecuti sunt, peccatorū, quia primus  
in hominibus peccator fuit: cur non poti-  
us Abel, quàm Christus ponitur caput ho-  
minū iustorū, quia primus in hominibus  
fuit iustus? Sed de infante non loquor. Iu-  
uenis vel senex in ea regiōe defunctus est,  
vbi non potuit Christi nomen audire, po-  
tuit fieri iustus per naturam & liberum ar-  
bitrium, an non potuit? Si potuisse dicūt,  
ecce quod est crucem Christi euacuare,  
si sine illa quemquam per naturalē legem  
& voluntatis arbitrium iustificari posse  
conten-

DE ARBITRII LIBERTATE.  
contendere. Dicamus & hic, ergo Chr-  
stus gratis mortuus est. Hoc enim oēs po-  
sent, etiā si mortuus ille non esset. Et si iu-  
sti essent, quia vellent, essent: non quia iu-  
sti esse, non possent: Si autem sine Christi  
gratia iustificari omnino non potuit, etiā  
istum si audet absoluat secundū verba sua:  
quia idcirco talis fuit, quod alius esse nō  
potuit, culpa caruit. Sed obijcit sibi quasi  
ab alio dictū: & ait, Potest quidem esse sed  
per Dei gratiā. Deinde velut responden-  
do subiungit. Ago humanitati tuæ grati-  
as, quod assertionē meam, quā dudum op-  
pugnabas, non modo non oppugnare  
aut non confiteri solū contentus non es,  
verū etiā non refugis cōprobare. Nam  
dicere, potest quidē, sed per illū, aut per il-  
lud, quid aliud est, quàm non solū consen-  
tire quod posset esse, verū etiam quomo-  
do vel qualiter posset ostendere? Nullus  
itaq; magis alius rei possibilitatē appro-  
bat, quàm qui eius etiā qualitātē fatetur,  
quia nec absq; re qualitas esse potest. His  
dictis: iterum sibi obijcit. Sed tu, inquit,  
hoc in loco Dei gratiā quandoquidē eā  
non commemoras, videris abnuere. Dein-  
dè respondet: Egōne abnuo, qui rem con-  
fitendo, confitear necesse, & per quod ef-



PAVLI OROSII APOLOGIA

Si res potest: an tu, qui rem negando, & quicquid illud est, per quod res efficitur, proculdubio negas? Oblitus est iam se illi respondere, qui rem non negat, cuius obiectionem paulò ante propoluerat, dicitis: potest quidem esse, sed per Dei gratiam. Quomodo ergo illam, pro qua iste multum laborat, possibilitatem negat, qui etiam dicit, potest esse sed per Dei gratiam? Veruntamen quia isto dimisso, qui rem iam confitetur, agit adhuc aduersus eos, qui negant esse possibile hominem esse sine peccato, quid ad nos? Contra quos vult agat, dum tamen hoc confiteatur, quod impietate sceleratissima negatur, sine gratia Dei hominè sine peccato esse non posse. Dicit ergo, siue per gratiã, siue per adiutorium, siue per misericordiam, & quicquid illud est, per quod esse homo absq; peccato potest, confitetur quisquis rem ipsam fatetur. Fateor dilectioni vestræ cù ista legerem, læticia repètè perfusus sum, quod Dei gratiam non negaret, per quã solam homo iustificari potest, hoc enim in disputationibus talium maximè detestor & horreo, sed pergens legere cætera, primò ex datis similitudinibus cœpi habere suspectum. Ait enim, Nunc si dixero

DE ARBITRII LIBERTATE.

9  
xero, homo disputare potest, auis volere, lepus currere, & non etiã per quæ hæc effici possint commemorauero, id est, linguam, alas, pedes num ego officiorũ qualitates negau, qui officia ipsa confessus sum? Videtur certè hæc eum commemorasse, quæ natura valent, creata sunt enim hæc membra huiusmodi naturis, lingua, alæ, pedes, non tale aliquid posuit, quale de gratia intelligi volumus, sine qua homo non iustificatur: vbi de sanandis, non de instituendis naturis agitur. Hinc iam ego sollicitus cœpi legere & cætera, & me non falso comperi suspicatum: quò priusquam veniam, videte quid dixerit. Cùm tractaret quæstionem de differentia peccatorum, & obijceret sibi, quod quædã sæpe irruant, non posse cuncta vitari, negauit debere argui, ne leui quidem correptione, si vitari omnino non possunt: scripturas vtique non aduertens noui testamenti, vbi didicimus, sicut Apostolus ait, Nunquid dicit figmētum ei qui se finxit, Rom. 9. quid me fecisti sic? Infirmittatis ei quærela propriæ virtutis ambitio est, quoniam occultè adiutorium Dei fastidit, qui peculiarem fortitudinem quærit. Et hic diabolus est, qui dicit, viribus faciam. Ego autem



780 PAVLI OROSII APOLOGIA  
autem secundum Apostolum, gloriabor  
semper in infirmitatibus meis: vt semper  
dicat cor meū Deo, In velamento alarum  
tuarum exultabo, adhēsit anima mea post  
se: me suscepit dextera tua. Vnde & scri-  
ptum est, Postulationes vestre innotescāt  
coram Deo: & pax Dei quę superat omnē  
mentem, custodiat corda & corpora ve-  
stra in Christo Iesu. Habeo itaq; infirmi-  
tatem: & gaudeo in cognitione infirmi-  
tatis meę. Cū enim infirmor, tunc po-  
tens sum: potentem inuocādo Deum, qui  
me exaudit infirmum, qui nobis fidelissi-  
mē repromisit: ego autē vobiscum sum om-  
nibus diebus vsque ad consummationem  
seculi. Peculiare opus infirmitatis est, in  
omni loco semper orare, vt omnipotens  
Deus, qui spondit nō deserere, etiā iu-  
uare non cesset. Ecce enim scriptura cla-  
mat infirmis: Quærite dominū & confir-  
mamini: quærite faciem eius semper. Cui  
respondit vera & pia confessio: Ecce sicut  
oculi seruatorum in manibus dominorum  
suorum: ita oculi nostri ad dominū Deū  
nostrum donec misereatur nostri. Magna  
& certa est de perfectione fiducia, cū om-  
nipotens facit quod optat infirmus. Rur-  
susque magna & certa est de confirmatio-  
ne se-

2. Cor. 11.

Psal. 62.

1. 28.

Psal. 122.

DE ARBITRII LIBERTATE. 781  
nē securitas, cū omnipotens seruat, nec  
perdit infirmos, sicut scriptum est, Ei a- Ephes. 3.  
tem qui potest omnia abundantius facer  
quā petimus & intelligimus, secundum  
virtutē qua operatur in nobis: ipsi gloria  
in Christo Iesu. Quamobrē admonet A-  
postolus, Quę sursum sunt sapite, nō quę  
super terrā: mortui enim estis & vita ve-  
stra abscondita est cū Christo in Deo.  
Cū Christus apparuerit vita vestra, tunc  
& vos apparebitis cū ipso, in gloria. Vt  
fructus est sanctitas: sanctitas verō est, esse  
sine peccato. Si ergo incorruptionis glori-  
a abscondita est ab omnibus hominibus  
in hoc tempore, tu quomodo hoc eodem  
tempore ipsa incorruptione posse te su-  
perindui gloriaris? Sicut enim corruptio-  
nis principū fuit homini declinare in pec-  
catū, ita incorruptionis initium erit, non  
habere peccatum. Quis ergo illud ante iu-  
diciū Dei abscondit, aut de sinu Christi  
abstulit, & tibi tradidit? An fortē quia nō  
meretur eā in futuro de manu domini in-  
telligis. Hęc pręsummus instruit Paulus,  
& dicit, Cū autē mortale hoc indueris. Cor. 5.  
immortalitatem: tunc fiet sermo qui scri-  
ptus est, Absorpta est mors in victoriam.  
Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors  
stimu.



PAULI OROSII APOLOGIA

malis tuus? Stimulus autem mortis peccatum est. Per quod ostendit Apostolus, nullo modo eatenus quenquam insultare posse morti atque peccato, donec mortalitatem immortalitas, & corruptionem incorruptio consequatur: & ubi infirmitate deleta virtus perfecta succedit, ubi non erit masculus & foemina, sed erunt omnes similes angelis Dei. Porro autem si quis iam in tantum cumulū sanctitatis excrevit, ut vivens in hac carne, vel masculū se esse, vel foeminā nesciat, si iam plenissima sui puritate percepta, nec habens vestimenta sordida, similis est angelis Dei, & si iam illa quae promissa est sanctis in specie solis claritate circundatur, dignè hanc perfectionem non voce, sed habitu profitetur. Veruntamen praesumptio ista perditio est: quin potius huiusmodi homini expedit, ut non suū cor, sed Paulū magistrum Gentium audiat & sequatur, simulque oret cum eo, cui oranti respondeat dominus: Sufficit tibi gratia mea: virtus autem in infirmitate perficitur. Itaque quod solum & in quo solo liberū arbitrium proficit: praebat se unusquisque non sibi Deo terrā voluntariā. Dei autem agricultura sumus: Dei aedificatio sumus. Mittat in agrū suū semen verbū, credat in corde, ipse

Psal. 117

Col. 3

DE ARBITRII LIBERTATE

ipse plātet, ipse riget, ipse foecūdet, & fruatur incrementum, qui est verus agricola. Quod solum tamen in nobis potest voluntaria deuotio, ad continendā in se radicem minimis & nutriendos vberes paruis fideliter subministret, semperque orationibus suis agricolā suū, ne inimicus zizania supereminare possit exsuscitet. Haec sit eius in opere Dei cooperatio, cum spe non dubia & charitate incera. Ait enim dominus Iesus: Ego sum vitis, vos estis palmites: quodcumque habe, de vite habet. Non enim, inquit, postolus tu radicem portas, sed radix est. Quid se ego extollit in fructibus, qui videtur in eo, cum totū pertineat ad vitam non solum ut possit, verum etiam ut sit? Alioquin excidetur & in ignem mittetur. Non enim palmites, sed vites potest: & quod vites potest, palmites ostendit. Sufficit ergo unicuique, ut habeat. At vnde & ubi habeat, & humiliter agnoscat, & patienter expectat: ne dum non habet & habere se credit, id ipsum quod habet auferatur ab eo. Primum hominem peccantem de paradiso eiecit Deus, deinde in cruce credentem primum in paradysum induxit. Merito ergo quae diu in paradiso non sum, & in terra peregrinationis amicum habeo, sine peccato me esse non credo.

Ioan. 15

Rom. 11



P. A. OROS. APOL. DE ARB. LIB.  
 Paradysum gratia Dei traductus. sue-  
 per perfectione mea, & morte superata,  
 peccatoq; deleto, æternâ in cōspectu Dei  
 potentia eius gloriâ prædicabo. Hæc er-  
 go ut potui beatissimi Sacerdotes, causa  
 fidei & simplicitatis exposui. Non mihi  
 succenseant, qui læserunt, si in aliquo per  
 comparationes nominû \* titulantur. De  
 questionibus verò æquanimiter sentiant, ma-  
 gis que, si timorẽ Dei habent, gaudeant res-  
 ponsum fuisse quod verũ est. Ego, teste  
 Iesu Christo, odisse me fateor Hæresim,  
 non Hæreticũ: sed sicut iustum est, inte-  
 rim propter Hæresim, Hæreticum vito:  
 quia & prohibui, & corripui. Detestetur  
 & damnet, ore pariter ac man, & cunctis  
 fraternitatis vinculo hæret: quia  
 scriptum est, Inuicem oera ve-  
 stra portate: & sic am-  
 plebitis legem  
 Christi.

FINIS.

forẽ  
ellancur

Psal. 122

Ita q; s  
 trium p  
 strũ Dec  
 tura sur  
 in agrũ

Col. 31



Universidad de Deusto  
Biblioteca

